image
not
available

COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

CVM NOTIS.

TAVRINI
MDCCCXXV
PER IOSEPHVM POMBA.

MARCI FABII

QVINTILIANI

ET

CALPVRNII FLACCI

DECLAMATIONVM.

M. FABII
QVINTILIANI
DECLAMATIONES
MAIORES ET MINORES

ITEM

CALPVRNII FLACCI

EX RECENSIONE

PETRI BVRMANNI

TOMVS QVINTVS

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXV.

TYPOGRAPHVS TAVRINENSIS

L. S.

Quae statim sub Augusto, nec multo post sub Nerone Romae fuerit eloquentia, utriusque Senecae scripta ostendunt, ex quibus mirum videatur eo temporis intervallo, quod a Tullii

morte effluxerat, tantam in dicendo commutationem fieri potuisse. Ad paullo posteriorem aetatem pertinet dialogus de Oratoribus et panegyricus Traiano dictus, expolitissimus ille quidem, at limatioris industriae, quam ut tibi persuadeas ab homine veterum studiosissimo esse profectum. Sed enim hoc fatale fuit eloquentiae, ut quae prima in romanis artibus fuerat, eadem non modo citius corrumperetur, sed suo quasi contactu caeteras inficeret. Nam poëtas nobiles, qui per id tempus fuerunt, multos inde falsos colores hausisse compertum est, uti ex Lucano praesertim apparet, cuius vitia a Burmanno docte reprehensa, non aliunde quam ex rhetorum disciplina fluxerunt. Neque id minus de ultimo An-

nacorum, tragoediarum, uti ferunt, auctore, et Iuvenale existimandum est, quorum uterque in dissimili admodum genere, vel copiam vel acumen ostentando, declamatorias dictiones expressit. Idem aio de historia, quae apparatiore tunc stilo, et oratorie magis quam vere tractari coepta est. Quum enim Velleius, Valerius Maximus et Florus superiorum facundiam nequirent exaequare, alteram illam vitiosam et Asiaticam scribendi rationem, quam Timaeus apud Graecos invexerat, sic tenuerunt, ut in ficto argumento ingenium periclitari, non res narrare videantur.

Quamquam nemo dixerit doctrinae elegantiam tunc Romanis defuisse, quum vix alia excultior aetas fuerit, multis Graecorum disciplinas et

in dicendo subtilitatem aemulantibus, sive ita ferret urbanitas, sive id demum post civiles discordias solatium servitutis videretur. Vt autem Augustus eloquentiae laudem adeo concupiverat, ut ne Mutinensi quidem bello ipsius studium omitteret, sic octoginta ferme annis post, Nero, qui aurigationem in Circo fecerat, et Herculem ac Nioben cantaverat, publice quoque declamando populares plausus quaesivit. Quin etiam rhetoribus, ad quos magni undique venustiorum fierent concursus, stipendia a Vespasiano scimus constituta, cuius exemplum Antoninus Pius deinde secutus est. Sed quanta esset eloquentium fama, quanta eorum in facienda oratione diligentia, ex Plinianis epistolis abunde colligitur, ubi de Pom-

peio Saturnino aliisque sermo est, quos propter summam in arte contentionem, M. Crasso et Antonio comparaverim, quorum quasi spirantes imagines conscriptis a se libris de oratore Tullius praeposuit.

At complura erant, quae eloquentiae obessent, atque illud in primis, quod Quiritium sermo, communicata iam cum victis gentibus civitate, in tanta externorum frequentia multum nitoris ob peregrinitatem debuit amittere. Quod si eloquentiam, ut opinor, non tam verba quam mores efficiunt, iam intelligitur qualis fuerit quum homines diversi et repentini ex Hispania et duabus Galliis in ea facultate certatim niterentur, quam nemo fere, nisi romanus attigerat. Quibus omissis, quantam porro vim

periculosissima virtuti tempora habuisse existimabimus? Nam quae orationis dignitas esse potuit aut sub Tiberio, qui neque Cornelio Gallo assentanti libertatem ignosceret, aut sub Caligula, qui praeclarissima scriptorum monumenta flammis vellet deleta? Vnde tamen perspicitur, cur eloquentia una cum reliquis bonis artibus paullatim interierit, non vero cur eam formam acceperit, quam subinde habuit, quaeque adeo a perversa eiusdem tradendae ratione mihi videtur repetenda. Quid enim si a foro et populari iactatione ad umbratiles exercitationes fuerit traducta? Quid si quae postrema essent in arte, prima haberentur, et oratores neglecta omni utilitate, aurium voluptati unice studerent?

Id vero quantum eloquentiae offecerit, haud multis opus est demonstrare. Nimirum quum duae admodum partes oratoris sint, et vincendi, et delectandi, nemo non videt principem illam et pugnaciorem tanti esse, ut si desit, ne eloquentia quidem possit intelligi. Et revera quum legimus in Bruto, duos olim Romae oratores fuisse, C. Laelium, P. Scipionis familiarem, quo non alius nitidior aut suavior in orando esset, et Servium Galbam, verbis horridum, at acrem et vehementem, quique orationis vi sententias de manibus iudicum extorqueret, quas ille non poterat; quis postremum hunc priori non anteponat? Neque aliud fuit antiquiorum Graecorum iudicium; apud quos ii primum eloquentes

dicti sunt, qui quum nec artem esse suspicarentur, mobilia vulgi studia vel dicendo retinerent, vel quo vellent impellerent. Eorum autem oratio quo simplicior fuit, eo etiam efficacior, uti ex Hellenicis Xenophontis, vel potius ex Thucydide arguitur, cuius bellum Peloponnesiacum tamquam scenica quaedam actio est, in qua Corcyraei, Corinthii, Athenienses et Lacedaemonii, concionibus non minus quam armis se invicem oppugnant. In illis autem describendis tam diligentem se praebuit historicus, ut in tanta morum et ingeniorum diversitate nihil notatione dignum omiserit, nec solum Alcibiadis aut Periclis sententias, sed ipsas plerumque locutiones exprimere visus sit. At quam apte, quam etiam sim-

pliciter dicit uterque! ut quum Periclem audiveris, quod suorum civium esset eloquentissimus, et rempublicam pro arbitratu regere, et multitudinem subito calamitatis ictu perculsam confirmare potuisse, mireris nullo paene verborum apparatu id esse consecutum. Maior etiam erit admiratio in funebri caesorum militum laudatione, quae propter dicendi genus, quod epidicticum Graeci vocant, magnificentius poterat ornari. Verum ut gravissima est, sic eo stilo conscripta, ut sedatior prae illa Lysiae, subtilis et adstricti oratoris, esse videatur. Ad id sane plurimum faciebat recepta quaedam de eloquentia opinio, quam a levioribus artibus omnino secernerent, uti colligitur ex Plutarchea de Antiphonte

narratione, qui valere iussa poësi, quam Corinthi ad eam diem fuerat professus, ad eloquentiam, utpote multo graviorem praestantioremque se convertit. Inde ille color, qui non minus in oratoribus, qui scripserunt, quam in vetustioribus apparet. Vt enim de Isocrate loquar, quem tamen ob sermonis elationem et nimium concinnitatis studium redarguit Dionysius Halicarnasseus, quam pure et leniter fluit! Nam si numerum demas, cuius fuit repertor, et translata quaedam, quae tunc nova videri debuerunt, nullus plane locus est in panegyrico vel in panathenaico, ubi naturalem orationis pulchritudinem desideres. Et certe si ornatiores Attici in dicendo fuissent, non erat cur tantam sui admiratio-

nem facerent Sophistae, ad quos Atheniensem iuventutem, novitate figurarum praesertim illectam, cupidissime perhibent confluxisse. At quam parum usitata dicendi ratione uterentur, docet Aristoteles in rhetorica, ubi Gorgiam reprehendit, Euripideam vero dictionem, quod communi sermoni propior eoque magis oratoria sit, nominatim commendat. Sed ne longius abeam, qui character, ut ita dicam, tunc esset eloquentiae, nusquam melius videas, quam in Demosthene, cuius is stilus est, ut multi ipsius severitate suboffensi non satis intelligant, qui tam modicus cultu orator primas in arte obtineat. Tametsi quid ego plura, si ille orationis candor ut praecipua virtus Atticorum a veteribus lau-

datur? Inde fit, ut quum Tullius Asiaticis in dicendo copiam, Rhodiis acumen attribuat, hanc eloquentiae sanitatem quam vocat, unius Athenarum urbis propriam esse confirmet. Quod quum parum recte interpretarentur qui inter Romanos Attici vellent audire, iidem ieiuni et exsangues videbantur, quos propterea non tam nervos, quam gracilitates orationis sectari aiebat Cicero, Quintilianus autem Aglaophonti et Polygnoto comparabat, qui perfecta nondum arte pinxissent. Nihil propterea mirum, si Longinus, qui tumorem in scribendo saepe exagitat, perpauca vitiosae dictionis exempla ex oratoribus afferat, complura vero ex historicis, qui primi post Xenophontem lautitiis dele-

ctati a vetere scribendi via deflexerunt.

Ea fuit praestantissimorum eloquentia, a declamatoribus foede corrupta, sive quod a rebus civilibus remoti in fictis argumentis consenescerent, sive quod per florida poëtarum loca licentius excurrerent. Ac vix dici potest quam multos falsa duarum artium similitudo deceperit. Quamquam quid magis distat, quam poëta ab oratore? quum ille admirabilitatem faciat, hic fidem; ille vel alienam personam imitando, ab ipso scribendi artificio laudem quaerat, hic optimus habeatur, si id penitus dissimulaverit. Hoc adeo veteribus erat persuasum, ut Alcidamas Atticus, quem post Aldum edidit Reiskius, mirari se dicat Sophistas, qui

primi omnium orationes ut poëtae carmen in otio conscriberent, quum antea quisque uti res se darent, sine ulla meditationis suspicione ad populum dissereret. Et recte; nam si poëtarum mens procul ab urbium celebritatibus suo quodam afflatu excitatur, orator contra ab ingenti aliqua utilitate, a magnitudine periculi, a vultu iudicum, a fremitu, ab adsensu concionis varie ad dicendum impellitur. Vnde iam patet, quod in altero virtus sit, id alteri vitio esse vertendum, praecipue si nescio quid depictum et procul quaesitum nimiam oratoris curam prodiderit. An igitur parum excultum, et sine palaestra probabimus? Immo eum, qui apte politeque dicat, quem tamen verba properantem ultro sequi, non

aucupii causa retardare, vel a cursu detorquere videantur. Ita nempe affectationis et frigoris notam effugiet, ac flammeam illam referet in dicendo mobilitatem, quae in Verrinis, in Cluentiana, in secunda Agraria Ciceronis, praecipue conspicitur. Sed Tullius, qui nemini poëtarum de elegantia concederet, ab eorum elocutione ita se removit, ut alio prorsus sermone uteretur. Fac eum ut Ennium aut Lucretium loqui, an eosdem effectus praestiterit? An quae in illis lumina, in hoc portenta verborum non videbuntur? Fac rursus epicum poëtam oratorie quidpiam narrare aut describere; quis ferret? adeo scilicet utrique distant inter se, adeo dissimiles in rebus simillimis fiunt, quos idcirco simul nequeas

comparare, nisi velis iisdem verbis Caesarem romanos milites, ac Tyrtaeum Lacedaemonios in proelium euntes adhortari. Quod quidem discrimen in plerisque recentiorum linguis satis perspicuum, in graeca et romana manifestius apparet; ex quo latinos declamatores multo magis culpandos censeo, qui contra vetustatis exemplum vocibus et coloribus promiscue sumtis usi sunt. Nam quum antea, uti habet Gellius, tria in soluta oratione scribendi genera a Graecis numerarentur, uber, gracile et medium, quod esset quasi cinnus amborum, floridum illi invexerunt, ubi pro arbitrio lascivirent. Quem autem stilum maxime probarent, testatur auctor dialogi de Oratoribus. « Exigitur, inquit ille, ab

oratore iam poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus.» Festivi sane homines, qui artem arte corrumperent, et nativam eloquentiae speciem adscitis ornamentis extinguerent! Cuius rei causam in recitationibus praecipue mihi videor videre, quibus rhetores circumstantium plausus ambitiose captarent. Vt enim eloquentiae moderatrix auditorum sapientia est, sic ubi haec desit, ad ineptias illam delabi necesse est, ac splendida vitia pro virtutibus laudari. Quod et Romae debuit contingere, quum obliterata iam ex hominum mentibus superioris facundiae memoria, qui tunc essent eloquentiores, non minore studio se popularibus ostenta-

rent, quam Prasina aut Veneta factio de circensi favore contenderent. Quibus namque vociferationibus a corona exciperentur, auctor est Plinius iunior in epistola ad Senecionem, ubi de Claudio Caesare narrat, qui audito clamore et quaesita causa, ut rescivit Nonianum domi recitare, permotus viri fama, ad eum improvisus adivit.

Sed nemo melius recitationum fastum expressit, quam Petronius Arbiter in ipso operis initio. Ibi quum multa festive descripta leguntur, tum vero placet hominis indignatio, qui auditis rhetoribus, negat fieri posse, ut talibus magistris antiqua ingenia reviviscant. « Grandis, inquit, et ut ita dicam, pudica oratio, non est maculosa nec turgida, sed

naturali pulchritudine exsurgit. Nuper ventosa isthaec et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit ... quis postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit? ac ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo pasta, non potuerunt usque ad senectutem canescere. » Verissime sane dictum non solum de romanis declamatoribus, sed de Sophistis eorum auctoribus, quos plus aequo laudare mihi visus est Cl. Heerenius, in Germanis doctissimus. Cui nimirum probaverit summam graecae linguae expolitionem eisdem esse tribuendam, quum omnium antiquissimi vel extra Atticae fines, vel in barbaria, uti Protagoras ille Thracius, nati esse dicantur, tunc

autem ipsorum fama Athenis percrebuerit, quum mortuo iam Pericle, Xenophon historiam conscriberet, et Aristophanes urbem salibus exhilararet? Quod si iam de oratoria elocutione sermo est, cur Gorgias omnium princeps a doctioribus passim reprehenditur, Isocrates vero a Dionysio laudatur, quod dicendi rationem, quam turbidam nuper a Sophistis acceperat, puram et nitidam reddiderit? Etsi ne id quidem negaverim, permultos ingenio et doctrina valuisse, quod autem res a vulgi captu remotas subtiliter pertractarent, egregiam disputationibus materiam praebuisse, quas postea omni dictionis venustate expolitas, Plato literis mandavit. Verum nonne inde obscurior et parum popularis

eorum oratio debuit esse? Nihilne interest inter philosophum et oratorem, praesertim si ille per multas ambages, uti ex Theaeteto, Philebo, Protagora aliisque Platonis dialogis, Sophistas constat fecisse, in abditas fallentesque saepe rerum intelligentias inquirat? Atqui Sophistarum doctrinae obscuritatem haud parum augebant, tum contortae involutaeque sententiae, quas in aequalibus notabat Socrates, in posterioribus Wernsdorfius ad Himerium; tum vero hominum levitas ipsa verborum novitate multitudini se ostentantium. Adde iam conclusiunculas fallaciarum plenas, quibus enudandis integrum librum composuit Aristoteles. Hinc illud Hesychii ex Aristophanis Equitibus sumtum « Sophista

praestigiator et malus magister » quam nominis invidiam, iam suis temporibus, credo, pervagatam, ut a se removeret Pythagoras, philosophus, non Sophistes voluit appellari. Quapropter si qui acutiores in iudicando essent, perpetuum Sophistis bellum indixerunt, atque inter alios Xenophon in extremo Cynegetico, ubi hominem videas vere Socraticum et a natura lenissimum, tamen irasci, et universam eorum disciplinam indignanter damnare. Pigeret vero Isocratis aliorumque testimonia in tam illustri argumento proferre; id unum quaeram, qui factum sit, ut huiusmodi secta per tot hominum aetates a Socrate ad Lucianum, eosdem de se lusus praebuerit. Eadem enim eloquentiae vitia,

idem assentandi studium a scriptoribus expressum invenias. Inde Philippi Macedonis dictum apud Plutarchum in Demosthene; quum enim Athenarum oratores convivio excepisset, quem sibi putidius inter vina sensit blandiri, ut inverecundiam carperet, Sophisten vocavit.

Nec tamen Sophistarum diligentiam praeterire in animo est, qui oratorias artes scripto illustrarunt. Et horum quidem magnus fuit in Graecia proventus; quis enim, ut caeteros sileam, Hermogenem, Theonem, Aphthonium, aut Sopatrum eiusque enarratores non audivit, quos duobus voluminibus Pius Aldus complexus est? Qui porro elegantioris doctrinae fructus inde percipiatur, in praefatione ad Rutilium Lupum

abunde docuit Ruhnkenius; nihil certe tam exquisite aut enucleate dici potest, quin ab hominibus animo vacuis, otio abundantibus, expositum exhaustumque sit. At quorsum tandem pertinuit haec tanta cura scribendi? An ut priores spiritus eloquentia reciperet? Vereor ut hoc dici possit de ea disciplina, quae non tam reconditas praeceptiones, quam magnitudinem ac robur desiderat. Quid attinet res tam accurate definire et in partes tribuere, si nimia ipsa subtilitate docendi nervos concideris? Vt igitur, Graecia iam externorum armis oppressa, Arriani aut Onesandri commentarii antiquorum exemplis referti, haud tantam vim habuerunt, ut extinctam animorum virtutem revocarent, sic in rhetorum officinis

expoliri, vel potius extenuari ars potuit, reviviscere eloquentia non potuit. Id adeo verum est, ut ne imbellis quidem dictionis vitia emendarentur, et poëticus furor et copia mirum in modum cum sententiarum vanitate pugnarent. Nam in omnibus ferme eius aetatis scriptionibus quiddam exanime ac prorsus emortuum occurrit, ut in Vitis Sophistarum, de Libanii stilo aiebat Eunapius.

Ab istorum ratione haud multum discedunt declamationes, quas ad Batavam P. Burmanni editionem an. MDCCXX, nunc tibi exhibeo, candide lector. Quod si iam quaeras quale fuerit viri docti de Quintilianeis praesertim iudicium, aio alias aliis nitidiores elegantioresque ipsi visas fuisse, nec vero eiusmodi, ut nobi-

lissimo rhetori, cuius nomen praeferunt, possint attribui. Quae quum scriberet, omnem tamen operam contulit, ut quam antea castigatiores prodirent. Cuius exemplo permotus, simul ne positae ab eo industriae fructu careres, hoc volumen Quintiliano adieci, optimum factum nec tibi plane iniucundum putans, si quod in Spaldingio deerat, id a me frustra requiri passus non fuissem. His utere, candide lector, et vale.

Dabam Taurini XII kal. Maias
A. MDCCCXXVI

CLARISSIMO ATQVE AMPLISSIMO VIRO

CHRISTOPHORO THVANO

CELIO, EQVITI

REGNI CVRIAE PRAESIDI PRIMARIO ET SACRI CONSISTORII SENATORI

P. PITHOEVS S. P. D.

Declamandi studium, quamquam et senatus amplissimi, et gravissimorum censorum praeiudiciis notatum, sero demum apud Romanos receptum est, usu tamen ipso sic utile honestumque apparuit, ut principes civitatis viros, summos etiam imperatores in eo se exercere non puduerit. Nam ut M. Tullium et grandes illos praetextatos omittam, sane traditum est magnum etiam Pompeium sub civilis tumultus initium, repetiisse declamandi consuetudinem, M. vero Antonium, ipsumque adeo Augustum, ne Mutinensi quidem bello, in tanta rerum mole, omisisse. Et vero qui eloquentiam non in foro modo iudiciisque, sed et apud populum tanti fecerunt, ut illam de summis virtutibus unam quandam esse dicerent, et eosdem fere sapientes atque eloquentes haberent, nihil profecto mirum est, eam potissimum rationem tam avide amplexos, quam esse iudiciorum consiliorumque imaginem, id est, forensium et

popularium actionum meditationem, quin et solam ad formandam ipsam eloquentiam sufficere „ censuerunt. Mihi quidem eius exercitationis fructus non in solis veterum poëtarum carminibus, aut iis quae supersunt oratorum actionibus, sed et in historicorum scriptis elucet maxime, quorum ego directas obliquasque conciones quum lego, non unius mihi hominis, sed plurium simul ingeniorum sensus collectaque acumina agnoscere videor. Quo magis doleo, hanc et dicendi et scribendi, ut ita dixerim, cotem sic a nostris hominibus neglectam, ut simul etiam eloquentiam ipsam amittere necesse fuerit? atque eo quidem magis, quod maiores nostros in eo studii genere non excelluisse modo, sed Romanis ipsis auctores, duces ac magistros fuisse comperio: nam L. Plotium, qui primus apud Latinos dicendi praeceptor extremis L. Crassi temporibus floruit, Gallum fuisse traditum est: et ne singulos enumerare necesse habeam, Augusto reip. clavum tenente, Votienus Montanus Narbonensis pro summo oratore habitus, demum a Tiberio in insulas Baleares relegatus legitur. Sub ipso Tiberio Domitium Afrum praestantissimum oratorem Nemausus, Clodium Quirinalem rhetorem Arelas Vrbi dedit. Sub Caligula Trogi Pompeii pater e Vocontiis epistolarum et legationum, simul et annuli curam habuit. Temporibus Neronis L. Statius sive Vrsulus, sive Surculus Tolosas Romae rhetoricam celeberrime docuit: et eadem fere aetate Iulius Florus, patruus Iulii Secundi, mirae facundiae et infinitae curae viri in

eloquentia Galliarum, quam et ibi demum exercuit, princeps ut inter paucos disertus a M. Fabio laudatus est. Sed nec ego M. Aprum indictum abire patiar, Iulii Secundi aequalem, celeberrimum sui fori ingenium, quamvis plerique maligne opinarentur, nec Secundo promptum esse sermonem, quod non satis pro aetate pugnax, saepius ad curam rerum ab elocutione respicere videretur, et Aprum ingenio potius et vi naturae, quam institutione et literis famam eloquentiae consequutum. Et ut ad posteriorum imperatorum tempora transeam, una nostra Aquitania, quamvis graeca se iactet origine, plures Vrbi latinos rhetoras oratoresque dedit, quam reliquae simul omnes provinciae. Testes mihi in primis erunt Nazarius, et ipsius filia Eunonia patri eloquentia nihilo inferior: testes Paterius atque Delphidius acerrimus orator, Marcellino dictus Hieronymianae Hedibiae maiores, et Alcimus Nitiobrix, et Tiberius Victor, Alethiusque, Minervii Burdigalenses, sed et Victorinus ille, qui etiam in foro Traiani statuam meruit. Testes Tiberianus et Titianus viri disertissimi: quorum uterque praefecturam praetorii in Galliis administravit magna cum laude non eloquentiae modo, sed innocentiae et prudentiae singularis. Testis Latinus Pacatus Drepanius, et Theon ille praeceptorum et exemplorum huius artis traditione notissimus, quem sub Iuliano illustrem in Gallia famam consequutum, Eunapius auctor est. Testes et alii plures non Ausonio solum Aquitano, sed et Hieronymo Strido-

niensi quasi ex professo laudati: quibus et eae, quae supersunt, nonnullorum reliquiae, testimonium reddunt artis non immerito vel a Romanis ipsis in summa admiratione habitae. Nam quid ego ad Leonis, Cati, Lampridii, Antedii, Consentii, et Severiani, id est, ad Sidonii Apollinaris tempora deveniam, ipsius scriptis melius nota? aut cur ea repetam, quae de theologorum nostratium eloquentia alibi dicta sunt? illud potius, etiam infelicissimis temporibus superfuisse Galliae oratores suos, quum Vrbi ipsi deessent. Exstat de Aratore patricio elogium illud apud senatorem: *Romanorum eloquium non suis regionibus invenisti, et ibi te Tulliana lectio disertum reddidit, ubi quondam gallica lingua resonavit. Vbi sunt qui literas latinas Romae, non etiam alibi, asserunt esse discendas? Evaserat Caecilius pondus verecundiae, si hunc proventum priora secula genuissent. Soluta quippe est vis illa sententiae. Mittit et Liguria Tullios suos.* Quae quidem eo libentius retuli, quod et Statium Caecilium, et Ligures ipsos Galliae asserant, quos Italiae qui tribuunt, sane non usque adeo intolerabilem iniuriam faciunt maioribus nostris, inter quos tamen eam gentem nec postremam fuisse vel illa Lucani arguunt:

Et tunc, tonse Ligur, quondam per colla decora
Crinibus effusis toti praelate Comatae.

Miretur nunc aliquis et Belenum, et Teutatem, et Ognium illum Herculis gallici appellatione a Luciana Proslalia descriptum, tanta religione a Gallis

cultos, ut eius non apud graecos latinosque scriptores modo, sed in ipsis etiam lapidibus hodieque supersint reliquiae. Miretur Lugdunensem aram kalendis suis Iulio Antonio et Fabio Africano consulibus Augusto dicatam, et rhetores gallos utriusque facundiae ex Caii instituto ad eam pallescentes. Miretur ab ipso Augusto Antonium sororis nepotem multa claritudine generis, sed improspera, in civitatem Massiliensem specie studiorum sepositum, ipsumque Iulium Agricolam generi testimonio laudatum, quod eam sedem ac magistram eruditionis habuisset locum, ut ille ait, graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum, in cuius encomio vix ipse sibi Strabo satisfacit. Miretur sub Tiberio nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis apud Eduos operatam, et quae de iisdem scholis longo post tempore Eumenius sacrae memoriae magister ad Constantium Imp., immo et Constantius ipse suis ad illum literis testatus est. Miretur et illa Iuvenalis, quae satyrice licet, non frustra tamen dicta res ipsa clamat:

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.
et — — *nutricula causidicorum Gallia.*

Miretur et Tolosam iam olim Palladiam appellatam, et Medericum Chonodomari regis Alemannorum fratrem obsidem in Galliis, doctum graeca arcana, Serapionis nomen filio imposuisse. Miretur et illa Claudiani ad Honorium,

— — *te Gallia doctis*
Civibus, et toto stipavit Roma senatu.

Certe Catonis ex Originibus longe antiquius testimonium est, Galliam duas res semper studiosissime persequutam, rem militarem, et argute loqui: adeoque gentili Gallorum vocabulo facetos pro facundis dictos Fortunatianus notat. Sed illa Hieronymi omni exceptione maiora sunt, viris semper fortissimis et eloquentissimis abundasse Galliam, et Galliarum studia suo etiamnum tempore fuisse florentissimam. Quae si quis de proximis tantum Italiae regionibus dicta putet, legat et quae de Belgis Mosellaeque accolis Ausonius, atque inter cetera, illa:

Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Aemula te Latiae decorat facundia linguae.
Quinetiam mores, et laetum fronte serena
Ingenium natura tuis concessit alumnis.
Nec sola antiquos ostentat Roma Catones .....

Sed et haec,

— — Tempus erit, quum facta viritim,
Belgarum patriosque canam, decora inclyta mores ....
Quis mihi tum non dictus erit? memorabo quietos
Agricolas, legumque catos, fandique potentes,
Praesidium sublime reis: quos curia summos
Municipum vidit proceres, propriumque senatum.:
Quos praetextati celebris facundia ludi
Contulit ad veteris praeconia Quintiliani:
Quique suas rexere urbes, purumque tribunal
Sanguine, et innocuas illustravere secures:
Aut Italum populos, aquilonigenasque Britannos
Praefecturarum titulo tenuere secundo.
Quique caput rerum Romam, populumque, patresque
Tantum non primo rexit sub nomine, quamvis
Par fuerit primis .....

Intelligatque ad omnes pertinere quod senator scripsit, legisse Romam frequenter fasces de moenibus gallicanis, ne aut in damno suo praecipua contemneret, aut probata virtus inhonora cessaret. Sed hae quidem maiorum virtutes, nostram arguunt ignaviam, quibus vix satis fuit ab hoc tramite deviasse; nisi et ipsa eorum vestigia deleri pateremur. Ego vero etsi natura bene sentiendi iudicandique potius quam dicendi studio teneor, eam tamen exercitationem a nostris repeti cuperem, iisdem illis legibus, quas optimi magistri toties sanxerunt, ut esset, quantum potest, ad veritatem accommodata declamatio, non ad solam composita voluptatem, meminissentque iuvenes, iis se velut praepilatis ad verum discrimen aciemque iustam instrui: ideoque in eo una specie consenescendum non esse, sed ad id perveniendum, cuius potissimum gratia reperta est. Illud etiam observari vellem, ne cruda adhuc studia in forum impellerentur, utque non eloquentia tantum ipsa, quod ex veteribus plures questi sunt, sed illa etiam iurisprudentia, qua nihil esse maius et angustius confitemur, pueris induerentur adhuc nascentibus: quin, paterentur quamlibet properantia parentum vota, ut annorum, sic laborum et honorum gradus fieri, et, quando haec apud nos summarum virtutum studia sic coniuncta sunt, ut utriusque una iam fere possessio esse videatur, nihil duobus dignum putarent, quod vel alteri impar esset, nec primum sinerent esse, quod maximum est. Nunc refractis

pudoris et reverentiae claustris, illa iam nobis vetus querela propria est; pueri in scholis ludunt, iuvenes ridentur in foro, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνοντες, ut est apud Theonem: et, quod utroque turpius est, quod quisque perperam didicit, in senectute confiteri non vult.

Inde canina foro latrat facundia toto,

ut est apud christianum poëtam: et in magno causidicorum ac moratorum grege, iuridicorum et oratorum non magnus est numerus: quin et declamatorum clamatoribus longe impar. Denique res ipsa probat, ut litigiosa est potius iuris ignoratio, quam ipsa scientia, sic artis dicendi inscitiam ipsa eloquentia verbosiorem esse: ut non immerito a veteribus dictum esse videatur, nihil esse in ea quod spem tantopere fallat, quam quod quilibet quum audierit, statim se nullo negotio consequuturum imitatione confidat. Verum hic ego neque tempora acerbius notare constitui, neque mihi censoris partes adsumere in eam maxime culpam, cuius meipsum inter multos conscium ac participem fateri malo, quam convinci; et cui potius remedio aliquo saltem in posterum succurri cupio. Atque hoc quidem animo M. Fabii Quintiliani, non illius, cuius XII Institutionis oratoriae libros Hilarius noster imitatus dicitur, sed vel patris, vel potius, ut plurium coniectura est, avi declamationes nunc a me eduntur et ampliores, et meliores ope atque auxilio vetustissimi exemplaris, quod Cl. Falceti Monetariae curiae praesidis viri candore, humanitate et rerum nostra-

rum cognitione inter paucos numerandi, beneficio lubens merito acceptum refero. Adieci et Calpurnii Flacci nomine excerptas quasdam, ut praeferebat titulus vetustioris exemplaris, quod partem earum habuit, decem rhetorum minorum; credo ad Senecae controversiarum comparationem, quae et ipsae in eodem Codice X rhetorum inscribebantur, maiorum videlicet: quas et istis lubens praetulissem, nisi me aliunde distractum difficultas ipsa terruisset, et hanc potissimum laudem Fabri nostri optimi et doctissimi viri propriam esse voluissem; quo profecto nullus est, cui Annaeorum familia plus debere velit aut possit. Nam Quintiliani nepotis quae vulgo leguntur, aut Portii Latronis illam, quae contra Catilinam est, adjicere non libuit; sed nec Sallustii et Ciceronis nomine scholasticas controversias, et quod in omnium manibus exstent, non adeo corruptae, et quod istis, ut verum fatear, non satis mihi respondere videantur. Ac erit fortasse tempus quum vel mihi, vel alii potius, non primarum modo secundarumque exercitationum praecepta exemplaque, sed et reliquos omnes veteres artium scriptores, quorum plerosque vel nomine ipso etiam literatis ignotos video, in unum corpus colligere, ac nostris hominibus exhibere dabitur. Interea vero, praeses amplissime, quidquid id est, quod in Quintiliano et Flacco praestitimus, etsi dignitate tua longe inferius, tibi tamen dicare visum est, quum quod Fabii magna pars, etsi lacera deformataque pridem alterius, cuius diligentiae et hoc beneficium tamdiu

debuimus, adsignatione tua quodam iure facta est, adeo ut nunc reddi potius, quam donari videatur: tum quod in eo senatu primas tenes, in quo huiusce studii fructus percipitur maximus, non ex honorariis, et (ut quidam veterum, sed paulo acerbius et iracundius dixit) advocatorum stipe, sed ex animo et contemplatione ac scientia, praecipue vero ex illa incredibili voluptate, quae liberis et ingenuis mentibus insita est, benefaciendi pluribus, non amicis modo, sed quibuslibet, qua nihil esse puto, quo ad Deum homines propius accedamus. Fuit et illa mihi propria causa, quod studiis nostris, et literarum nomine et paternae amicitiae recordatione pro tua summa gratia atque humanitate hactenus favere visus es: et ut in posterum magis ac magis faveas, erit tibi hoc, si placet, gratitudinis atque obsequii mei pignus, si non dignum amplitudine tua, certe professione nostra saltem pro tempore non indignum. Bene vale, praeses amplissime. Lutetia Parisior. kal. april. rebus prolatis MDLXXX.

PETRVS PITHOEVS

PETRO NEVELETO DOSCHIO

SORORIS FILIO S.

Quae requiris, altioris sunt indaginis, et maius otium desiderant. Interea tamen, quae de iis in mentem venerunt, pro tempore haec habe.

Declamatio aut Suasoria est, aut Controversia. Auctor Dialogi de oratoribus: «Nempe duo genera materiarum apud rhetores tractantur, Suasoriae et Controversiae. Ex iis suasoriae quidem, et si tanquam plane leviores et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur: Controversiae robustioribus assignantur.» Fabius lib. II, cap. 1: «Suasoriae, inquit, apud rhetorem materiae sunt inter rudimenta dicendi.» Seneca lib. VI Controv. de Severo Cassio: «Aiunt eundem non tam bene Suasorias, quam iudiciales Controversias dicere.» «Sic apud Graecos Anaximenes Iudicialem et Concionalem generales causarum partes esse voluit;» Fabius, lib. III, cap. 4.

Suasoriarum Senecae titulum qui non probant, et Laudabilia inscribi malunt, auctorem arguunt, qui suum ipse librum sic appellavit.

«Demonstrativum genus, quod Aristoteles, et alii plerique ἐπιδεικτικὸν, Hermogenes vocat πανηγυρικὸν, magis ad Suasorias pertinere videtur,» Fab. lib. III, cap. 8. Et quamquam locus nullus, aut felicius, aut saepius a Cassiodoro tractari dicatur in scholis, quam laudis, aut vituperationis, ut qui sit communis omni dicendi generi, demonstrativae tamen materiae appellationem iam inveterata ignoratione sublatam Emporius rhetor ait. Interdum tamen et hoc genus controversiarum est, ut legum laus, et vituperatio apud Graecos, apud quos earum lator ad iudicem vocatur, ut Fabius ait, lib. II, cap. 4: Romanis pro concione suadere, aut dissuadere moris fuit: itaque apud eos et haec proxime ad Suasorias accedit, ut apud Quintil. decl. 255.

Προσομιλητικὴ Platonica, ut a forensi ratione, sic a scholae secundis exercitationibus disiuncta est; utpote privatis sermocinationibus accommodatior, et ad dialecticam magis pertinet.

Sermo extra Controversiam est, et praecepta artis continet in themate proposito, quaestionis, et divisionis, quae paene hoc proprium habet, ostendere ossa et nervos controversiae, et ut sic dixerim, ipsam controversiam ἀνατομίζειν finitionis; tractationis, interdum et coloris, prout thema exigit; sed actionis ipsius, et quod ad personam agentis attinet, et quod ad agendi modum.

Tractatio non illa, quam M. Tullius in collocatione verborum ponit, sed quae proprio nomine a posterioribus rhetoribus sic appellata est, videtur

fuisse loci communis, et a quaestione distinguitur. Seneca lib. I Controvers.: «Adiecit quaestionem Gallio alteram, an abdicari possit iam adoptatus ob id vitium, quod antequam adoptaretur, notum fuit adoptanti. Hoc autem ex aequitatis parte pendet, et tractatio magis est, quam quaestio.» Quaestio controversiae pars est, ut et divisio. Idem Seneca prooemio lib. III de Albutio: «Raro totam controversiam implebat: non posses dicere divisionem esse, non posses declamationem; tanquam declamationi multum deerat, tanquam divisioni multum supererat.» Paulo post de eodem: «Erat et illud in argumentatione vitium, quod quaestionem, non tanquam partem controversiae, sed tanquam controversiam implebat. Omnis quaestio suam probationem habebat, suam excusationem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. Ita unam controversiam proponebat, plures implebat. Quid igitur? omnis quaestio per numeros suos implenda non est? est quidem, sed tanquam accessio, non tanquam summa.»

Praelocutio Senecae sermo est, interdum et sedentis, ut lib. I Controv. de Portio Latrone: «Id quod nunc a nullo fieri animadvertimus, semper fecit: antequam dicere inciperet, sedens quaestionem eius, quam dicturus erat controversiae, proponebat.» Et in prooemio lib. III: «Silo Pompeius sedens, quum facundus et disertus et literatus haberetur, si proclamante dimitteret, tam male declamabat, ut videar non male optasse, quum dixi: Nunquam surgas.» Idem lib. III

de Albutio Silone Novatiensi: «Incipiebat sedens etc.» De quo et Suetonius libello de Illustrib. Rhetor. «Solitus, inquit, proposita controversia sedens incipere, et calore demum provectus consurgere ac perorare; declamavit autem genere vario, modo splendide atque adornate, tum ne usquequaque scholasticus existimaretur, circumcise ac sordide, et tantum non trivialibus verbis.» Sic is locus quum ex veteri meo exemplari, tum ex doctissimi Fabri nostri coniectura restituendus est.

Praefatio non solum extra controversiam, sed etiam extra sermonem controversiae fuit. Fabius lib. VIII Inst., c. 3: «Nam memini iuvenis admodum inter Pomponium et Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an, Gradus eliminat, apud Accium in tragoedia dici oportuisset.» C. Plinius lib. IV, epist. 11, de Licinio Valeriano, «Et de fortuna praefationibus se vindicat.»

Altercatio, cuius praecepta tradit Fab. lib. VI, cap. 5, tota mihi videtur fori potius esse, quam scholae: ut non immerito suspectum habeam, quod Rodolph. Agricola, lib. III, de Invent. Dial., cap. 15, et lib. II, cap. 12, iactat habere se M. Fabii Altercationum librum unum, quem ego Antiphontis librum eodem iure dixerim, quo Gallio pater Othonis Iunii libros Colorum. Quamquam scio habuisse non rhetores modo, sed et oratores ipsos locorum communium commentarios, ut Ciceronem in vltia, itemque prooemiorum sive initiorum volumen a Quintiliano laudatum, cuius ipse lib. XVI, epist.

ad Atticum meminit, exemplo scilicet Demosthenis. Nam eius exstant δημηγορικὰ προοίμια eius generis, quod a Sulpicio Victore et Hieronymo galeatum, ab aliis vulgare dicitur. Huiusmodi etiam fuerunt Q. Hortensii loci communes, et Domitii Afri de Testibus libri duo apud eundem Quintilianum lib. II, cap. 1, et lib. V, cap. 7; et illi ipsi colorum Othonis Iunii, quos Seneca irridet. Sed et pericula illa sententiarum apud Fabium lib. II, cap. 11, et lib. X, cap. 1. Et codicilli sive manualia, quorum Paulus Aegineta in praefatione meminit, et Fabius ipse sub finem lib. X. Quin et pueri ipsi Commentarios suos habuerunt; in quos ea congererent, quae aliis declamantibus laudata essent, ut ait idem Fabius lib. II.

Declamationes aut sunt Tractatae, aut Coloratae:

An Tractatae, quae aliquoties tractatae sunt? ut apud Quintilianum nostrum Declam. 261. Coloratae vero, quarum thema ab ipso declamatore primum fingitur?

An Coloratae illae, quae a M. Fabio Figuratae controversiae; Philostrato in Polemone sophista ἐσχηματισμέναι ὑποθέσεις dicuntur, et ab eodem Fabio exponuntur lib. IX Inst., cap. 1, his verbis: «Zoilus id solum putavit schema, quo aliud simulatur dici, quam dicitur, quod sane vulgo quoque sic accipi scio. Vnde et figuratae controversiae, de quibus post paulo dicam, vocantur.» Et postea: «Iam ad id genus, quod et frequentissimum est, et exspectari maxime credo, veniendum est, in quo per quandam suspicionem, quam non dicimus, accipi volumus non

utique contrarium, ut in ironia, sed aliud latens et auditori quasi inveniendum, quod, ut supra ostendi, iam fere solum schema a nostris vocatur, et inde figuratae controversiae dicuntur. Eius triplex est usus: unus, si dicere parum tutum est: alter, si non decet: tertius, qui venustatis modo gratia adhibetur, et ipsa novitate ac varietate magis, quam si relatio sit recta, delectat. Ex his quod est primum, frequens in scholis est.» Hieronymus epistola 66 ad Rufinum: «Praefatiuncula tua oblique, immo aperte petor: qua mente sit scripta, tu videris: quid intelligatur, et stultis patet. Poteram et ego, qui saepissime figuratas controversias declamavi, aliquid de vetere artificio repetere, et tuo te more laudare. Sed absit a me, ut quod in te reprehendo, imiter.» Ad has et illa Senecae pertinere videntur lib. I Controv., sed corrupta: «Albutius figuram divisit in controversiam, et quae de schemate ex Portii Latronis sententia scribit sub finem procemii.» Et in prooemio III de Albutio: «Figurabat egregie, praeparabat suspiciose.»

Atqui haec quoque tractatarum communia sunt: et in tractatis ut figuras et schemata, sic colores adhiberi certum est, ut apud ipsum Quintil. Declam. 285 et 384, quae inter Tractatas numerantur. Quin et Colores sensus sive sententiarum, sunt schemata: irrisusque est ob id Fabio lib. IX, Cornelius Celsus, quod verbis et sententiis figuras colorum adiicere voluerit.

An Coloratas dicemus eius figurae sive thematis

controversias, quod a rhetoribus παράδοξον dicitur, id est, ut M. Fabius et Sulpicius Victor interpretantur, admirabile, ut Augustinus, malae opinionis? quod genus thematis omnino colorate tractandum est, et ut Seneca lib. II Controv., in specioso iuvene cum uxore in cubili deprehenso dixit, suspiciose. Idem Fabius lib. IV, cap. 11: «Sunt quaedam et falsae expositiones, quarum in foro duplex est genus. Alterum, quod instrumentis adiuvatur, ut P. Clodius fiducia testium, qua nocte incestum commiserat, Interamnae se fuisse dicebat: alterum, quod est tuendum dicentis ingenio: id interim ad solam verecundiam pertinet, unde etiam mihi videtur dici Color: interim ad quaestionem.»

Quaeri a pluribus non immerito potest, et quae sint illae rhetorum declamationes, quas ab Hieronymo continuas appellari solitas legunt in libello Sacerdotis, quem Cassiodorus se collegisse ait, quique Bedae nomine amplior editus est: verba haec sunt: ὁμοιοτέλευτον, id est, similis terminatio dicitur figura, quotiens media et postrema versus sive sententia simili syllaba finiuntur, ut

Eos reduci quam relinqui, revehi quam deseri, malui.

Hac figura poëtae et oratores saepe utuntur, ut

Pervia divisi patuerunt caerula ponti etc.»

Et huiusmodi orationes esse reor, quas Hieronymus continuas (sive, ut quaedam impressa exemplaria habent, cachinnas), rhetorum declamationes appellat. At ego in veteribus schedis lego Concinas

rhetorum declinationes: in aliis, Concinas declamationes: ut dubitem, an Concinas declinationes dixerit concinentes flexus et terminationes sententiarum, id est, similiter cadentes clausulas, et eodem desinentes modo, sive similem sententiarum aut dictionum finem: an cincinnos declamationis, ut auctor dialogi de Oratoribus Calamistros Maecenatis, qui homoeoteleutis et homoeoptotis maxime constant, et M. Tull. III de Oratore, Cincinnos oratorum et poëtarum. De utroque sustineo.

Declamationis vero praecepta colligi possunt ex Annaei Senecae patris controversiis, et suasoriis; ex utroque Quintiliano, itemque Petronii Arbitri Satyrico et C. Plinii Epistolis quibusdam, quae ab alio nihil opus est, ut requiras, quum tibi ipse praestare et possis, et debeas. Bene vale. Raptim 11 Non. April. MDLXXX.

P. AERODIVS

CHRISTOPHORO THVANO

PRIMI GALLIAE SENATVS PRIMO PRAESIDI

SALVTEM.

Quum ipsius non solum Quintiliani testimonio, sed ex scriptis aliorum, sub eius nomine, diversa Declamationum volumina, Sermonumve et Altercationum certum esset exstitisse, ac etiam usque ad tempora Rodolphi Agricolae pervenisse; mirabar quid esset, cur aut tam cito, quasi repentino periissent, aut nescio quo malo, inter hominum manus non amplius versarentur. Nullus enim iam dubitaverit, opinor, ad Coloratas Quintiliani Declamationes Iuvenalem illius discipulum alludere, quum ait,

Dic aliquem nobis, dic Quintiliane, colorem.

Et haec adeo diserte ab eo scripta: «Homo neque alieni matrimonii abstinens, neque sui custos etc.,» quae Lactantius Firmianus libris suis retulit, non minimam mihi cupiditatem ea legendi afferebant, unde tam praeclara sumpta viderentur. Id certe ne hodie quidem accidit: sed in una harum fuisse Declamationum, quae has praecesserunt, quas in lucem edimus, plane nunc ausim affirmare. Quid vero quum in eum Agricolae locum incidi, de In-

ventione dialectica lib. III, cap. 14, ubi Quintiliani ex ea transcribit Declamatione verba, quae inscribitur, inquit (et exstat hodie) *ignominiosus contra tres rogationes*? quae ita profecto suo nitore, et Quintilianeo dicendi genere, mihi auctorem suum redolere videbantur, ut tum eas Declamationes et coeperim efflagitare magis, et in ea me, cum plerisque aliis doctioribus, opinione confirmare, suppositas et adulterinas esse vulgares illas Caeci, Parietis dealbati, militis Mariani Declamationes (de quorum summis et argumentis nusquam in Institutionibus meminit); latere autem, necdum eas infantium more saltem expositas, quae verae illius essent, legitimae et naturales. Nihil aliud est Declamatio, ipse inquit Fabius, quam forensium actionum meditatio: quo genere Tullium ipsum, ceterosque omnes tum graecos, tum latinos oratores, ad pugnam forensem velut praepilatis se exercuisse, notum est exemplis. Ideoque quum e medio foro, ab iis, qui diutius in eo versati essent, multa in scholam traducta verisimiliter viderentur, quae ad ius iudiciorumque veterem morem et consuetudinem pertinerent (quod unum ex Cicerone et hoc nostro Quintiliano, praesertim in tanta romanorum auctorum penuria, peti possit) mirum est, si hoc Declamationum opus (utinam integrum!) unice nobis restitui, ac veluti captivum postliminio reverti, aut redimi cupiebam? Amissa potiundi spe, languescit amor. Sed ecce nihil minus mihi cogitanti, novissimis potissimum turbulentis et irreligiosissimis his

temporibus, quum undique totis usque adeo turbatur agris, quum e patrio et pacato solo fit hosticum, nec iam linguae aut animi religionis ergo (ni calumnia magis) pars corporis caeca et fera (ut Cyrus ait apud Xenophontem), manus videlicet immaniter et impure conseruntur, dumque silent leges inter arma, viso tamen, ut alias saepe, sed tum melioribus avibus, meum Auratum: quamquam is me suum verius possit dicere, cui debeo plurimum. Illic post varios sermones, quum in quendam depravatum Lysiae locum mecum incidisset, ac forte, quia iuris erat quaestio, feliciter satis (ut quidem ei videbatur), eum coniectura quadam restituissem: At vero (inquit) harum ad instar, quae tam breves sunt et acutae, Lysiae orationum, Quintiliani tibi Declamationes habeo, si omnino emendari, non nisi certe a Iurisperito possint, atque adeo perspicaci, ἔργον (inquiebat) οὐ φαῦλον, ἀλλὰ ὀξὺ βλέποντος. Quid pluribus opus est? E bibliotheca sua mihi profert has Quintiliani reliquias. Video θέματα: verba legum audio: agnosco plura e medio iure deprompta. Traditum igitur volumen accipio lubens: sed non eo in primis animo, ut unquam mihi tantum assumerem, quantum existimant, sed amice, me hodie amici mei praestitisse. Nam ut primum lineam lego unam aut alteram, *caelum undique, et undique pontus:* nulla fere cohaerentia, confusa, indistincta, manca, corrupta ac transposita omnia, ut iam mirari desierim, licet excusum opus Lutetiae per Ioannem Parvum, anno Christi 1509, tamen quasi

desperatum, et pro derelicto habitum, legi, et in manibus haberi desiisse: ut testamentum id deseri, ac destitui dicimus, quo aperto signa confusa et conturbata conspiciuntur. Hoc adeo, quo vitio evenerit, ex Thadaei Vgoleti epistola, quam hic apponi iussi, cognosci potest. Sed omnino quam foeda essent omnia, nisi qui simile meo exemplar habuerit, nullus abunde iudicabit. Ergo perquiro prius undique, num manuscriptum, aut saltem alterius editionis librum invenire possem. Vnum modo F. Bitaldus amicus et familiaris meus ex sorore affinis, mittit ad me, repertum Andegavi, et excusum Parmae anno Dom. 1494; sed ne ulla quidem literula a primo differebat. Quid igitur? non colligemus, si id in statuis usurpatur, ne Quintiliani quidem rudera? Expostulant itaque amici, ut quando nulla spes sit exemplaris veteris, quidquid tamen iudicio vel coniectura possem, hoc Quintiliano pie concederem: neve paterer has forenses meditationes, ego qui in foro versari vellem, iterum supprimi et obrui: me nullam fori, in quo tum nihil agebatur, habere excusationem: quin ut aliquid in eo maxime ageretur, qua sum aetate, nullos adhuc ob frequentiam postico me fallere clientes. Non est munus hoc tam impar a me reiiciendi locus: nec mihi, quod C. Laelio, conceditur, qui causa ampliata, quum existimaret se ultra nihil posse, censebat causam ad Ser. Galbam deferendam. Victus ergo non tam proculdubio precibus, quam multorum virorum auctoritate, tum quum etiam (ut minus mihi vitio verti

possit) omnes omnia veterum instituta et monumenta restituere et reponere videri volunt, Quintilianum, quam possum, tandem cunctando ipse restituo, ac in lucem ex misera conditione, quasi in libertatem assero, vindico: sic tamen, ut quoniam nullis, nisi ex ingenio nostro (quod sentio quam sit exiguum) tanquam e domo adductis probationibus, nec absque ulla codicis alterius fide, veluti sponsore, assiduoque fideiussore iudicium agitur: ceteri liberum habeant, quid omnino sequi, et pro iudicato habere velint. Quid praestiterim non meum est dicere. Hoc unum affirmare ausim, cum aliqua nunc delectatione et utilitate has Declamationes legi posse, quae vix antea poterant, etsi exstitissent. Sane quum intelligerem id, quantulumcumque sit, quod praestiti, viris doctissimis satis approbari: inter quos honoris et virtutis causa nomino I. Ferrerium, F. Balduinum, B. Brissonium, L. a Quercu (quorum in his iudicio et opera sane quam usus sum familiariter), facile permisi, in lucem id exiret, cum aliquot meis ad obscuriores locos notis et animadversionibus: in quibus, ne quoque longior essem, castigationum et emendationum nostrarum causam et rationem fere non attuli, quod unaquaque Declamatione lecta semel ac iterum, facile bene iudicanti apparebit, cur unumquodque aut immutaverim, aut addiderim, aut subtraxerim. Omnibus satisfacere difficile est. Ergo ut a Varrone dicebatur, *Si quis quid ignorat, discat: si quis scit, nunc ubi labar, observet*: sane non committam unquam,

ne, dum alii melius quid afferenti non gratuler, ipsi Quintiliano potius, bonam sui partem supprimendo, iurisque studiosis invideam. Voluerunt nescio qui eius auctoritatem minuere quondam: sed quo erunt ore vel stomacho, quibus ne quidem placet Aristoteles? *Faciunt nae intelligendo, ut nihil intelligant.* Id unum vereor magis, ne merito, praeses amplissimi ordinis, arroganter et temere fecisse me existiment, qui tibi potissimum hoc opus dedicare, et sub titulo tanti nominis in vulgus emittere non dubitaverim, quasi et summae rerum, iudiciisque tibi tam valde occupato, vacet haec legere: aut sint huiusmodi (si legere per remp. liceat), quae tantae auctoritatis, prudentiae, virtutis, eruditionis et excellentiae viro offerantur: quem ita non minus perite et recte de omni scientiarum genere, quam sancte et religiose in senatu de iure ambiguo statuere et iudicare, cum summa audientium admiratione conspicimus: ac quem denique huius vere Fabii oratorem possumus appellare, qui vir profecto civilis sit, publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatus, qui regat consiliis urbes, fundet legibus, iudiciis emendet. Hunc tu, remotiorum, inquient, subselliorum advocate, tam eximium censorem, et severum iudicem non reformidas? nescis hunc sacrosanctum? nec eum temere appellari, aut interpellari posse, nisi quod fraude et detrimento fiat? Sed et si totum esset meum hoc opus, qua te scio esse comitate, humanitate et facilitate (quae plus eo laudari solet, quo gratiam, opes, et

potentiam nacta est), quali etiam animo cupidam iuventutem te scimus amplecti, ut non minus debere se tibi merito prae se ferat, quam se M. Crassus Q. Maximo, qui quum adolescentulus in initio accusationis (ut te iudicia tenente, non ignorantia plerumque, sed stupore accidit) exanimatus esset, continuo concilium dimiserit, simul ac eum fractum ac debilitatum metu conspexerit. Haec, iterum dico, si de re sola cognoscerem, omneque hoc munus ex me proficisceretur, ne quidem horum reprehensionem pertimescerem. Sed ille ipse Quintilianus est, qui sese clientelae tuae dat, dicit, addicit: Quintilianus sua aetate vir inter alios optimus, orator eloquentissimus, Domitiano Augusto familiarissimus, senex in hemicyclo sedens more maiorum, totius romanae nobilitatis praeceptor et moderator: Tibi olim Patrono omnium solertissimo et facundissimo: si consilii tui copiam faceres, ut M. ille Manilius transverso ambulans foro, peritissimo et consultissimo: nunc praesidi vere primario, nec Regi solum Reginaeque iucundissimo, sed patricio sacrique consilii comiti. Quid? se Fabius Thuano commendat: eum iam apud te, quum sedebis, laudari sinito. Illius ergo est, non mea liberalitas. Sed si quid ad me attinet, nulla alia verborum utar, vel obtestatione, vel praeparatione, qua nec quidem uti necessarium existimavit Aristoteles, apud bonos et aequos iudices: at unum id dixero, Quum in lege Deditionis nihil Quintilianus de se receperit, transit ad te velis nolis quantulumcumque de meo est, indivisa

videlicet, opera, et industria. Hanc si aequi bonique consulas, cumulate mihi satisfactum arbitrabor. Bene vale. Lutetiae Parisiorum, XIV Kalend. Augusti, MDLXIII.

THADAEVS VGOLETVS

GEORGIO ANSELMO

NEPOTI

VIRO ERVDITISSIMO S. P. D.

M. Valerium Probum grammaticum acutum et diligentem, quam pluribus contractis exemplaribus veteres libros mendosos, et ob id prope neglectos, emendare, distinguere, adnotare solitum accepimus; nec ulli praeterea grammatices parti deditum. Hunc morem sive temporum incuria, seu doctorum penuria, diu intermissum, et paene abolitum, paulo ante Laurentius Valla, vir eloquens et eruditus, quum in aliis, tum in Liviana emendatione revocavit. Multi quoque aetatis nostrae celeberrimi nominis viri, et utriusque linguae doctissimi, hunc aemulati, non minimum adminiculum liberalium artium studiosis attulerunt. Quorum exemplo quum me provocares, ut M. F. Quintiliani, Quintiliani, ut opinor, Institutionum oratoriarum scriptoris, avi, Declamationes (hoc est forensium actionum meditationes), quae diu in ruinis linguae latinae delituerant, emendarem: quo forensis eloquentia, quae multis annis evanuit, his fundamentis restauraretur:

aut saltem qualescumque apud me essent, impressoribus quotidie efflagitantibus, traderem, nec in arca strangulatas tenerem; quemadmodum hi, quos festive et eleganter (ut omnia) βιβλιοφάγους appellitare soles: in hoc quam lubenter adquievi, in altero enixe repugnavi. Nam quum trifariam exemplaria depraventur, appositione, aut commutatione, aut subtractione; multaque huiusmodi essent in his libris corrosis, squallidis, ac carie obsitis, utpote nuper e ruderibus erutis, quae ex unico exemplari emendare desperarem: maluit ut, qualescumque essent, tuo auspicio in lucem postliminio redirent, quam a tineis, ut maior earum pars, corroderentur. Confusas tamen antea leges, argumenta, declamationes, sermones, ne beneficium nostrum gratia sua fraudemus, separavimus: et in pristinam formam redigere curavimus. Correximus etiam nonnulla librariorum vitia, temporum nequaquam; multa intacta omisimus, ne forte magis depravaremus. B. V.

M. FABII QVINTILIANI

DECLAMATIONVM.

M. FABII QVINTILIANI

DECLAMATIONVM

LIBER

DECLAMATIO I.

PARIES PALMATVS

ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius caecus, quem heredem instituerat, induxit illi novercam, iuvenemque in secreta domus parte seposuit. Is noctu, dum in cubiculo cum uxore iaceret, occisus est; inventusque postero die habens gladium filii defixum in vulnere, pariete ab ipsius ad filii cubiculum vestigiis palmae cruentato. Accusant se invicem caecus et noverca.

PRO CAECO CONTRA NOVERCAM.

CAP. I. Si iuvenis innocentissimus, iudices, uti vellet ambitu tristissimae calamitatis, poterat allegare vobis

Declamationum) Trebellius Pollio in triginta tyrannis de Postumo Iuniore: *Fuit autem (quod solum memoratu dignum est) ita in Declamationibus disertus, ut eius controversiae Quintiliano dicantur insertae: quem declamatorem Romani generis acutissimum, vel unius capitis lectio, prima statim fronte demonstrat.* GRON. Haec declamatio in Voss. pr. et Colb. pr. est secunda, et praeponitur illa pro Noverca; argumentum deerat in Colbert. sec. Voss. sec.

Quem heredem instituerat) *Eodem instituto herede*, Voss. pr.

In secreta) *In deserta*, Leid. pr.

Uti vellet ambitu) Non est Quintiliano calamitatem multis ambagibus, longaque circuitione narrare, et ob oculos ponere, ut Sueton. Tib. 71, sed referre ad conciliandum favorem et adiungendam gratiam. Ab hominibus, quorum ambitu utimur, id est per quos prensamus, et efficimus, ut in gratiam ponamur apud alios, translatum ad res, eiusmodi exempla sunt, Declam. VII fin.: *Nec tamen, iudices, putetis solo me calamitatum ambitu petere quaestionem*; Declam. IV sub fin.: *novo mihi inauditoque opus est*

amissam cum oculis cogitationum omnium temeritatem: sed quum ostendere innocentiam suam moribus malit, quam adversis; neque pietati neque conscientiae suae gravem ferre contumeliam potest, ut parricidium non fecisse videatur beneficio caecitatis. Quare non petit, ut miserum putetis, nisi et innocens fuerit: non petit, ut afflictum allevetis, nisi et probaverit sese infeliciorem quod patrem amisit, quam quod oculos. Aestimate iuvenem iis moribus, quibus videntem aestimaretis, vita, pudore, pietate. Quae si omnia sibi, ut erunt promissa,

ambitu malorum. Decl. XVI: *Homo, qui omnium calamitatum mearum ambitum in hoc consumpsi, ut redirem.* Declam. vero XVII est, *vos vero, sanctissimi viri, quo iam ambitu, quibus possem convenire precibus*; cui in v. geminum illud, *hae preces, hic ambitus rogantis fuit* etc.; paulo ante fuerat: *Tandem, quod solum habebat, ambitus genus desperatione praevaluit*; simili fere modo translatum possit videri *allegare*, quod sequitur; nam ut hoc loco, sic Declam. seq. initio: *Hoc primum itaque publicis allegamus affectibus*; et Declam. VII, fin.: *Iam nunc tamen vobis, iudices, infirmitatem meam allego, commendo*; item Decl. XI: *Parvulos suos ostendet, allegat*. Declam. 340: *Ego vobis allego etiam illud sacrum praetextatum, quo sacerdotes velantur* etc.; in his *allegare* est rem proferre, quae possit facere ad movendum eum, cuius voluntatem nobis secundam cupimus. At apud Terent. Andr. V, 3, 28: *hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem*, et apud Plautum saepissime; quod notum est. Alter Quintil. Declam. 377: *iterum amicos allegare non possum*, et puto non incommode ab hac origine istud derivari. SCHVLTINGIVS. *Vt ambitu calamitatis* mihi videtur etiam notare exaggerare operosa calamitates, ut Fabius lib. VI praef. dixit, *non sum ambitiosus in malis*; ita Decl. V: *corruptum me precibus putatis ambituque lacrymarum*, in quibus omnibus ostentatio quaedam est. BVRM. — *Tristissimae*) *Tritissimae*. W.

Adversis) Quibus oculorum lumina, et oblectamenta vitae, omniumque adeo cogitationum lasciviam atque audaciam perdidit; vid. Declam. seq. initio. SCHVLTING. Francius malebat *verbis*. *Adversus*. W.

Neque pietatis) *Neque pietati*, Obr. recte, ut puto.

Quare non petit) *Quare igitur non petit*, Leid. pr. Voss. sec. Lucas.

Vt miserum putetis) *Vt illum miserum p.* W. Leid. Voss. omnes. Colb. pr. Vict. Lucas. Colin. Vidov.

Nisi et probaverit) *Nisi comprobaverit*, Leid. pr. et deest. W.

Quod patrem) *Ex eo quod patrem*. W. *Amiserit* volebat Francius.

Iis moribus) *Moribus* omisit Obr. *His moribus*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Vt erunt promissa) Quomodo promissa? per spem pueritiae atque adolescentiae. Infra hac Decl.: *Interrogabo quid ante perdite, quid flagitiose, quid impie fecerit, per quae se parri-*

constiterint, nullo terrebitur crimine: nec quod sceleratissima feminarum calamitatem nostram cruentato pariete imitata est, expavescimus. Quo diligentior, quo sollicitior fuit, ne deprehenderetur, hoc magis indicavit sibi oculos non defuisse. Gratias agimus, quod nimium avida suspicionis argumenta in nostram transtulit par-

cidam scelera promiserit. Senec. Cont. 29: *Illud in Haterio, qui et promisit Oratorem et praestitit, negabat se posse ferre.* Iust. VII, 6: *quod magnum spondebat virum.* Legendum autem non *erunt*, sed *erant*, quomodo accuratiores editiones et MS. Gronovii. Porro *constiterit* respicit *eo*, quod in vitam laudatissimam huius iuvenis, pudoremque eius et pietatem nunquam collata sit mutatio, quae non exspectaretur et minus deceret, quod semper sibi similis fuerit. Val. Max. IV, 4, 7, de Cincinnato: *Et tamen ei quatuor iugera aranti non solum dignitas patris familiae constitit, sed etiam dictatura delata est.* Declam. XI: *Constet licet mortium numerus, totidem nobis ultio cadavera assignet:* Instit. Orat. V, 4, an *incredibilia dixerat, an inter se constantia.* Apud Tac. Hist. III init. et Dial. de Orat. 34, §. 6, *constantius* est ad futurum pertinens, denotansque minus mutabile, nec ad irritum aut peius, quam sperabatur, facile recasurum; ipsissimo modo, quo et apud Suet. Aug. 10: *Et quo constantius cetera quoque exsequeretur* etc.; rarissima ratione Decl. 305: *constare vobis debet, iudices, ultro;* id est semper apud vos permanere. Schvlting. *Vt erant*, Leid. pr. Sed vulgata etiam commode ita explicari potest; quae si omnia, vobis mea oratione, iudices, probata fuerint, ut nunc promittuntur, id est adfirmantur a me. *Promittit* enim hic orator in initio orationis, quae postea probabit. Ita Quintil. praef. lib. I: *Facere cum optima, quam promittere maluerunt.* Ita *promissor* Horat. Art. Poët. 138: *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu.* Sic *promittere* pro iactare passim; vid. Barth. Adv. II, 16. Bvrm.

Terrebitur crimine) Almeloveenius in margine Codicis sui coniecerat *tenebitur*. Sed ego nihil mutandum censeo: non enim hic agitur adhuc an absolvendus sit nec ne, sed de minis accusatricis, quae terrere privignum speciosa accusatione volebat. Bvrm.

Quo diligentior) *Quae diligentia, quo sollicior*, Leid. sec.; *quae diligentia sollicitior fuit*, Voss. pr. sec. Colb. Gryph.; *quo diligentior, quo solertior fuit*, Leid. pr. quae lectio admodum blandiri posset. Sed *sollicitus* hoc sensu et apud Fabium Instit. IV, 2: *Nihil videatur fictum, nihil sollicitum.* Bvrm.

Hoc magis indicavit) Omisit *magis* Obr. sed omnes, quos vidi, codices habent.

Quod nimium avidae suspicionis argumenta in etc.) Vossii et Gronovii codices non agnoscunt illud *argumenta*, quod et levissima mutatione abesse potest. Omnia enim sunt integra, si legas, *quod nimium avida suspicionis in nostram non transtulit partem*, *Avidam* accipio, cuius mens concitatior, quae impetu quodam et temere fertur ad consequendum quae

tem: non esse caeci scelus difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, ut fecisse Caecus videretur.

II. Quare, iudices, non improbe speraverim futurum, ut suspecta sint vobis, quae tam considerate ficta

velit et optet; quo sensu *aviditas gaudiorum* est, princ. Declam. VIII, et Decl. 268: *Quamquam nomen sapientiae facile atque avide (ut sic dixerim) dederunt.* Nisi et accipiendum, ut illud, quod de se fatetur Cato, Senec. Oedip. 965: *Scrutatur avidus manibus uncis lumina.* Nec illud *argumenta exturbavero*: nisi hoc MSS. cogat auctoritas, quorum copia destituor. Hoc igitur; utcumque habeat, *avidae* mutandum, et vel *avide* cum Voss. posteriore et Gron. MS. vel *avida* scribendum. Hanc autem vocis *avida* vel *aviditas* interpretationem facilius admittet quisquam, si cogitabit in vocabolis cognatis idem occurrere, Nepotis est in Dion. c. 1: *Eiusque consilio multum movebatur Tyrannus, nisi qua in re maior ipsius cupiditas intercesserat.* Cicero vero hoc sensu istas voces, quo impetum meutis sine ratione aut aequitate nutet, adamare videtur, ut in uoa oratione pro Fonteio saepissime, in quo manifestissime vis vocum apparet: *Potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis* etc. *anteferre?* Ita etiam *cupida ambitio* Mamert. Paneg. quem Iuliano dixit cap. 2. SCHVLT. *Avide*, Leid. sec. Voss. quart. Vidov. Ohr.; *suspicionis*, Voss. quart.; *argumenta* non habent Voss. omnes. W. Lucas. De *cupide* vide quae notat Cl. Graev. ad Suet. Caes. 12, et ad multa Ciceronis loca ille et Passeratius: ut pro Rosc. Com. 16, Verr. IV, 56, Caec. 3, et alibi; sed *avida* an non rectius ad avaritiam Novercae, quae hereditati nimio studio inhiabat, referatur dubito. Ita Cicero pro *avaro* posuit pro Rosc. Com. 7, ubi vid. Passer., et ita Horat. sat. II, 11, 151, *avidus heres;* et *avidae manus heredis* Od. IV, 7, et ideo hic etiam *avida*, scilicet Noverca, praetuli. BVRM.

Quare, iudices, non improbe) Gronovii codex: *Quare ergo, Iudices;* ita et paulo ante, *quare ergo non petit, ut illum miserum puteti*s. Vtroque loco Vossiauus prior, ut et posterior *Quare igitur*. Neutrum optimi auctores aspernantur; sed sciolorum temeritate vox posterior sede sua pulsa videtor: qui ut meliora doceantur Sanctii Minervam consulant. Marium Victorinum in Rhetorica Cic. ad init. SCHVLTINO. *Quare igitur*, W. quart. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Non improbe) *Non probe*, Voss. pr.

Inconsiderate) Legendum cum Leid. pr.: *quae tam considerate ficta sunt*, id est tam data opera, tam studiose et accurate; et hoc volunt praecedentia; *quo diligentia* etc. utitur saepe hac voce Cicero; et Suetou. Caes. 77: *consideratius loqui;* et Liv. IV, 45: *Bellum utinam qui oppetunt, consideratius concordiusque, quam cupiunt gerant.* Proprie autem opponitur impetui, et notat idem, quod lente et post cogitationem longam fit, ut Cicer. apud Non. in *lentum; Maximus* (Fabius) *ut, consideratus et lentus*, et ita passim alii scriptores. Ascensius sensum vidit, sed *inconsiderate* pro valde considerate posse sumi credidit, quod ego minime putem. BVRM.

Ficta) *Facta*, Leid. pr.

sunt contra miseram caecitatem. Primum quod spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita digesto cruore satiatum est usque ad cubiculum miserrimi iuvenis, tanquam plane timuerit parricida, ne non deprehenderetur. Deinde sceleri nox potissimum electa, quo tempore inveniri maritus sine uxore non posset. Tum in caede, in qua nemo utitur ferro, nisi alieno, gladius adolescentis, ne argumentum deesset Novercae, relictus est. Postremo peractum vulnere uno scelus, quod obiiceretur manibus errantis. Et tamen contra tam multa incredibilia solum advocat Noverca testamentum, vultque illud esse pretium parricidii: ut rerum intellectu in diversum coacto, occisum eo probet patrem, quod non meruerit occidi. Nos vero istud (si crimen putatis)

Ita digesto cruore) *Ita disiecto cr. faedatum*, Colin. Vidov. *Diiecto cr. satiatum*, Gryph. ego nihil mutem; *digesto fuit cruore*, non confuso, sed quasi recta linea ducto, paries non leviter notatus, aut tinctus hic illic, sed satiatus, id est plene imbutus; quae omnia curam et praemeditatum scelus, non caecum in tenebris palpantem indicant. De voce *digerere* egimus ad Instit. lib. X, cap. 4; *satiatus* autem eleganter de copia dicitur, ut Tertul. Apol. cap. 8: *Sanguine panem tuum satia.* Claud. in Ruf. I, 209: *Et picturatae satiantur murice vestes.* Vide ad Petron. c. 135. BURM.

Plane timuerit) *Plene*, Voss. pr.

Potissimum electa) *Potissime*, Leid. pr.

In caede) *In* deest Voss. sec. quart. *cum caede*, Voss. pr.

Utitur ferro) *Utitur suo ferro*, Leid. Voss. omnes, Colb. pr. Lucas.

Deesset Novercae) *Deesset gladius.* W.

Relictus est) *Deesset relictus, Novercae deinde*, Voss. sec. *est* deest Leid. sec. Voss. pr. Colb. pr.

Quod obiiceretur) *Quod obiice.* W.

Et tamen) *Tamen* deest Leid. pr.

Pretium parricidii) Id, quo sit inductus ad parricidium patrandum, Flor. III, 13: *Et misera resp. in exitium suum merces erat*, ubi addatur Freinshemius. SCHULTING.

Rerum intellectu) *Rerum intellectum*, Voss. pr.

In diversum) Metuebat Noverca, ne ex testamento argumentum peteretur ad ipsam convincendam. Quare ipsum testamentum obiicit callide, quo in antecessum occupet iudicum animos, eosque ad diversa sentienda traducat. SCHULTING. Sic Iustin. lib. III, 6, *diversa sententia*. Et alibi saepe, ut Suetonius, Ovidius, et plures alii.

Quod non meruerit) *Quo*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas.

Nos vero) *Nos autem*, Leid. pr.

Occisum eo probet patrem, quod non meruerit occidi) Gronovianus *quo*

agnoscimus. Iuvenis hic patris sui heres solus est. Hoc testamentum, si vivente adhuc miserrimo sene notum esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci: nam quod invisum fuisse filium patri iactat, crimen Novercae erat, si confiteremur: idque probari ex hoc putat,

non meruit occidi. Ita et Voss. Recta. Declam. 348: *Qui commisit iterum idem, quo exsilium meruerit.* Curtius, *non luxuria laborumus, sed bello.* Tacit. Annal. XVI, 33 de Asclepiodoto labentem Soranum non deserente, *Exutusque omnibus fortunis et in exsilium actus; aequitate Deum erga bona malaque documenta.* Id est, per, vel propter aequitatem et patientiam Deorum, qui nec ad poenas nec ad praemia movebantur, et bona malaque immoti ipsi adspiciebant. De quo plura summus Gronovius, praeceptor meus, quem honoris causa nomino, Obs. IV, cap. 17. Ipse noster infra, *Nihil est, quod te sollicitet conversatione nostri.* Decl. VIII fin.: *Exclusus ac vagus et inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione.* Decl. 331, post initium: *ut pro incerto haberetur ignorantia*, id est propter ignorantiam, ex emendatione nostra, adde Declam. 332, post init. Declam. 335, *remansisse amore.* Instit. Orat. VI, 3, in dicto Ciceronis. Hinc forte emendandum Declam. 2: *Instituit ut innocentissimus iuvenis interrogaretur, repente, subito, infamatura deprehensum trepidatione;* nunc legitur, *deprehensi trepidationem;* Senec. in Suasor. 7. ubi sunt Historicorum de Cicerone elogia sub fin.: *non laudabo municipem nostrum bono versu;* Sulpic. Satyr.:—*Summa Tyranno Haec instant odia, et nostro periturus honore.* Id est nostra causa. Boxhornius non intellexit, ut et alia non pauca eadem Satyra. Proper. lib. I, eleg. 16: *Sic ego nunc Dominae vitiis, et semper amantis Fletibus, aeterna differor invidia.* Et I, 20: *His, o Galle, tuos monitis servabis amores.* Quod quum non haberet in numerato Beroaldus, lapsus est in lib. II, eleg. 8, 4: *Mortem ego non fugiam morte subire tua.* Id est per tuam mortem, vel hoc sensu, ut illa mortua velit et ipse mori, vel quod pro ipsa vitam cupiat ponere, si Cynthiae suae vitam possit ea redimere; nec hic versus quidquam pertinet ad praecedentem, nisi quod plus dicit. SCHVLT.

Hoc testamentum si vivente etc.) Vult verosimile non esse, quod vivente sene constiterit, quem sibi haeredem scripsisset. Id quod occultabant adhibito familiae empture, Suet. Neron. 4, et Instit. de Test. Ordin. et ibi Theoph. adde et Declam 108, vel ea ratione, quae expressa in eadem Neronis vita cap. 17: *Cautum, ut in testamentis primae duae cerae testatorum modo nomine inscripto, vacuae signaturis ostenderentur.* Id adeo introductum, quia negotiis compererant periculosum esse, si palam fieret, ad quem haereditatis honos et lucrum perventura essent. Egregie huc pertinet, §. 3 Inst. de pupill. substit. SCHYLTING.

Quod invisum) *Quod* deest Voss.

Si confiteremur) *Si confiteretur.* VV.

Idque probari ex hoc poterat) *Id quoque probari ex hoc putat*, Leid. pr. *Putat* etiam omnes, sed Obr. habet *poterat.*

quod secretum non filius accipit a patre, sed caecitas. Quo loco dissimulare satis callide conatur invidiam suam.

Secretum non) *Non secretum*, Lucas.

Secretum non filius accipit a patre, sed caecitas) Filii et caecitatis quum in his mentionem factam videmus, simul intendere debemus animum ad ea, quae cum istis sunt coniuncta. Senec. Herc. Furent. 1239: *Nunc Hercule opus est, perfer hanc molem mali*; Thyeste 52: *Imple scelere Tantaleam domum*; Ovid. Metam. XII, 29: *Pietatem publica causa, Rexque patrem vicit.* Alter Quintilianus Decl. 387: *viri fortis legem transtulit in patrem, Patris in virum fortem.* Calpurn. Fl. Decl. 18: *Parentum illa deliberatio fuit, haece cunctatio parricidarum est*; vid. et eius Declam. I, et IX. Noster ipse Decl. 19: *Querelas habet ista* (lex), *non gemitus, et matre seposita solam complorat uxorem*; ibid. ego *iam possum post exitum unici reverti in patrem*; Decl. 5: *indignatur apud affectus patris non eam praevaluisse partem, in qua tantum filius erat*, etiam alia ex hoc opere adiici possent; maxime geminum istud in Decl. XVI extremâ: *Nec plus est, quod non potest ferre caecitas, quam mater.* Quibus in omnibus vocabula videmus praeguante quasi quodam sensu fuisse praedita, ut hoc loco *filius* et *caecitas*. Quorum alterum amorem involvit, alterum contemptus proprium est, quamvis omni ope et miseratione dignissimom. Ostendere igitur Novercae calliditas tentavit invisum patri filium fuisse, quod eum caecum semota penatium in parte seposuerit; quod non est sane patris amantis, sed liberos suos egregie invisos, aut despicatui habentis. Sensus paucissimis est, quod filium caecum pater submovit, et separavit domo, nec semper proxime se et familiares habuit, id non amore, sed odio patris factum, indicandum esse, praesertim quam id non fecerit ante caecitatem. *Caecitas* in his accipienda pro ipso caeco, sed illud maluisse auctor videtur, quo magis res inculcaretur. Atque ita loqui sub Caesaribus seculum esse coepit. Nihil magis obvium in constitutionibus Imperatorum, quae sunt in codice. Noster Declam. XIV, de meretrice: *Tu, cui non licet excludere debilitates, fastidire sordes, exposita ebrietatibus, addicta petulantiae, et quae novissima vilitas est, noctibus populoque concessa.* Declam. XVII, *non parveniant ad nefas istud* (Parricidium) *nec necessitates*, id est necessitudinibus circumventi, in iis positi. Similia passim occurrunt, in quibus adiuncta pro subiectis posita videmus. Vnde fluxerit ista consuetudo vid. ap. Senec. Contr. XVIII, ante fin. SCHVLTING.

Invidiam suam) Qua laborabat, quia privignum videbat in maximas divitias venturum, quibus ipsa inhiabat, unde si invisus fuit filio pater, credibile est opera Novercae id factum esse. Nisi *invidium* pro studio accipimus adducendi in odium, et malam existimationem: quomodo est in illo Phaedri fab. 47: *Ergo ad patrem cucurrit, laesura invicem, Magnaque invidia criminatur filium*; et illo Ovidii Met. V, vs. 513: — — *Ibi toto nubila vultu Ante Iovem passis statit invidiosa capillis.* Declam. II: *Miror, Hercule, non dixisse, volui, sum veneficus, sum parricida, at invidiam putarem, si confessus esset.* Declam. 341: *Adversus invidiam illius privata agi actione; a nobis publica.* SCHVLTING.

Pater, qui filium caecum in semota penatium parte seposuit, eripuit Novercae oculis voluptatem. Namque ista quum invasisse vacuos penates videretur, quum patri filium caecum hoc esse crederet, quod orbitatem excogitavit indulgentissimus senex, quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, Novercae in alia accepit secretum quod erat petiturus. Quod quo sit animo senis factum, potestis interrogare testamentum: neque ego gravissimum patrem suprema sua iuveni iactasse crediderim, ut heredem filium scriberet. Non est

Penatium) *Penatum*, Leid. pr.

Eripuit) Intelligendum hoc, ut illud Suetonii ex sententia Casauboni Iul. 29: *Cum adversariis autem pepigit*, i. e. Haud dubie pacisci voluit leg. 14, §. 2 de legat. 3: *Si redimere non possit, quod Dominus non vendat, vel immodico pretio vendat*; infr. hac Declam.: *Te potius ille submovit, tuis invidiam fecit oculis*, vel *odiis*, ut est in Voss. 2, et Gron. quorum est et *submovit* et *fecit*, sed hi in praesenti ponunt. *Voluptatem* autem dicendo, ostendit, etiam iudicio patris, novercam crudeli animo in privignum fuisse. SCHVLTING.

Vacuos penates) Explicat infra hac Declam.: *decepta est mulier expectatio tua. Veneras quasi in vacuam domum et sine herede*. Eleganter hoc: nam et heredes pro dominis appellabant veteres, §. ult. Inst. de her. qual. et diff. Plaut. Menaech. III, 2, 12; et *vacua*, quae dominum non habent. Sed et simul accipitur opposite ad *plenum*. Declam. 327, f.: *plenam inveterat domum, plenum testamentum*; add. et Tac. A. IV, 3, add. Decl. 34, Calp. Flacci. SCHVLTING. Ita Stat. IV silv., 4, 30: *alma prole fundasti vacuos penates*; ubi v. Barth. et contra *plena domus* infr. Decl. XI, plura dicemus ad Valer. Flac. I, 721. BVRM.

Quum patri) *Quum pater*, Lucas.

Hoc esse crederet quod orbitatem) Ita saepe Ovidius loquitur, in Ep. XII, 25: *Hoc illi Medea fui, nova nupta quod hic est*. Vide quae ad Epist. IX, 106, notabimus. BVRM.

Miser patri suo) *Miser pater sua in* etc. W.

Quod quo) *Quod* deest Leid. pr. sec. Voss. sec. W. Colb.

Potestis interrogare) *Poteris* Leid. pr. *Interrogare* vero dictum, ut apud Pacat. paneg. 31: *res ipsas interrogemus*; et apud Valer. Fl. 1231, *interrogare aera*, ubi plura dicemus; vide Ampl. Cuper. ad Petron. 102. BVRM.

Suprema sua iuveni) *Sup. sua vel iuveni*, Leid. pr.

Crediderim ut heredem filium scriberet) Lege, *iactasse crediderim. Heredem filium scribere non est res, quae imputetur*. GRONOVIVS. Distinctione huic loco succurrendum, hoc modo, *Crediderim. Ut heredem filium scriberet, non est res, quae imputetur. Istam* etc. *Ut* pro *quod* non semel se offert apud nostrum; paulo post: *Iungunt his multo incredibiliora, ut occi-*

res quae imputetur: istam magis oportet vel aliquo indicio, vel suspicione muliebri arcana mariti deprehendisse, et statim omnibus nuptiarum renuntiasse pignoribus.

derit patrem, pepercerit Novercae etc. Decl. 10: *Non potest hinc tibi venire defensio, ut hoc sis pro alterius salute commentus*, est ex eiusdem Decl. initio. Seneca Controv. 1: *Lenocinatur, inquam, gloriae meae, ut videar etiam prohibitus aluisse*; etiam alteri Quintiliano hanc voculam isto sensu placuisse patet ex Declam. 266 in serm. ita et Declam. 296, quae hac nota non uno loco illustratur, videatur ab ipso initio. SCHVLTING. Hanc distinctionem etiam sequutus est Obrechtus. *Vt* vero hic, sicut saepe, pro *quamvis* sumi puto, de quo vide Gronov. ad Liv. XXIII, 27, quamvis scriberet filium heredem, non est res ista, quae ut beneficium extraordinarum imputari possit, cum iure fiat et more. BVRM.

Imputetur) Tac. de Germanis, *data non imputant, nec acceptis obligantur.* Suet. Ner. 36: *Coniurati e vinculis triplicium catenarum dixere causam: quum quidam ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non possent, nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.* Plenum est *imputare beneficii loco*, quod iam vulgatum, sed frequentissimum quum sit hoic auctori et seculo, notula hac illustrandum fuit, ne in limine minus in hac arte versatos offenderet. Sen. plene contr. 24: *quod secundum posuit, nemo alius pro beneficio imputavit.* SCHVLTING.

Vel suspicione) *Vel suspectione.* W. quam vocem Terentio quoque Viri docti vindicaverunt; vid. Riv. ad Andr. III, 2, et Tennul. ad Frontin. I, 8, 5, Gud. ad Phaedr. III, 10, Mart. II, 46: *Oblinitur minimae si qua est suspectio rimae.* Declam. 11; quaedam editiones, *dum cuncta suspectionibus, dum tactu iuvenis explorat.* BVRM.

Nuptiarum renuntiasse pignoribus) Hoc est amori, affectibus, quos nuptiae habent aot conciliant; quique de fide alterius in alterum quasi pignora sunt; hac Declam. *Dicas necesse est, quae huic cum patre odia fuerint, quam violenta dissensio inter amorum infinita nominum pignora.* Ita hoc, quemadmodum parentes quoque et liberos ac coniuges promiscue *affectus* appellat, et *pignora*. Decl. 5: *Perdiderunt pulchritudinem sanctitatemque naturae, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos salva est de mutua charitate reverentia; collisis prospexere pignoribus, et inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum providentia fuit, ut aliquid et odia praestarent*; ead. Decl. *Vides enim: praelatus est tibi, nescio quis affectus: possident charitatis tuae locum pignora de minoribus sumpta nominibus.* Id est, privignum aliquem vel naturalem tantum filium, vel alium quemcumque remotioris gradus, maiori, quam te filium iustum, affectu et amore complector. Decl. 15: *odium accepi contra coniugem, contra liberos meos: ut a sacris avocarer affectibus, ut pignora sancta despicerem.* Declam. vero 17: *Scio, quantum defensioni meae difficultatis adiecerit, quod iampridem in domo nostra humanorum pignorum ratio non constat*; i. affectuum humanorum, et quidem speciatim ca-

Nam quum propter pecuniam ames, idem amoris et spei finis est.

III. Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, sive antequam in hanc fortunam incideret paratum; sive quia caecitatis miserae solatium est habere rem videntium. Certe nunquam illum pater timuerat, nunquam Noverca obiecerat: palam positum, et sub oculis omnium, tota domo notissimum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quam etiam extra suspicionem sit res sine usu. Innocentia facit, ut ferrum subtrahi possit etiam videnti. Sive igitur aliquis ex servulis corruptus est, praesertim in tam facili occasione; sive ipsi Novercae non defuit audacia ad ferendum, quod facere poterat et praesente

rum, qui inter parentes et liberos intercedunt, aut intercedere debent; paulo post ead. Declam.: *Facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus* (de parricidio loquitur) *nullis difficilius, quam liberis puto.* Declam. 2: *Idem vos putatis efficere noctium merita, et affectus osculis blanditiisque quaesitos, quod natalium pignorumque reverentias.* Haec illustrandis, quae in manibus erant, ut et ceteris locis hoc in opere similibus, sufficient. Schvlting.

Illum pater timuerat) *Illum patri timuerat.* W.

Palam positum, est sub) *Polam positus* etc. Leid. pr. *polam positum et sub* o. o. *potissimum. Scitis* etc. Obr.

Notissimum ferrum) Mihi suspectum est illud *ferrum*, toties in bis elaboratissimis exiguo adeo intervallo ita putide repetitum, quare exturbatom cupiam maxime, quum sic omuia multo ordioari accuratius possint, et commode legi, *obiecerot palam positum et sub oculis omnium, et tota domo notissimum;* multo, ni fallor, convenientius limatissimo nostri ingenio et stilo. Paulo post vox eadem rursus nonnullis in codieibus redundat. Schvlting. *Notissimum fertur.* Victor.

Quam etiam extro susp.) In his quoque latere uleus videtur, nee mihi displiceat, si sit scriptum, *quam ei etium contra,* (*vel erga*) *suspiciones sit res sine usu.* Vt intelligat, intagrum vitae scelerisque purum, nihil plerumque ferro, quamvis habeat, sed soa conseientia niti; hanc illi murum aheneom esse. Schvlt. *Quod extro suspicionem*, Leid. pr.

Sine usu) *Vsu* deerat Voss. pr.

Vt ferrum subtrohi) *Ferrum* deest Colb. pr. et delevit Obr.

Etiom videnti) *Etiam videntibus.* W. Victor. Colin. Gryph.; *etiam videnti ferrum.* Colb. pr.

In tam facili) *Etiam facili*, Leid. et Voss. omnes. Colh. pr. Lucas.

Non defuit audocia od ferendum) Al. ed. *ad offerendum.* Scribe, *ad*

privigno, utique (quod dubitari non potest, quod facit certum sceleris auctorem) mavult in caede alieno uti quam suo gladio, quisquis illum relicturus est. Reliqua, iudices, si fieri possunt, facta existimate. Dicitur Caecus sine rectore, sine duce, ex illa penatium parte secreta, et paene ex alia domo, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes servulos errasse cum

auferendum; nempe gladium ex cubiculo privigni. GRONOV. Vossianus *auferendum*. Quod iam coniecit eruditissimus Gronovius. Cuius id quoque in MS. apparet: quo, quum is sua publicaret, utebar, at iam annum totum usus eram. Vna tamen voce plus exhibere videtur. Legitur enim *ferrum auferendum*. Quod ab auctore insertum esse nondum mihi persuadeo. Nisi eo respectu quis velit, quod mulier ferrum tractare sit ausa: cuius conspectum plerumque muliebre secus vix sustinet. Sed et sic abesse ea vox possit. SCHVLT. *Ad afferendum* Lucas. Colin. Vidov.; *ad auferendum*. Leid. pr. Voss. pr. W. — *Et praesente*) *Etiam*. Leid. et Voss. omnes. W. Colb. pr. Lucas.

In caede) *In caedem*, Voss. pr. quod minime damnandum, est enim idem, quod ad caedem perpetrandam.

Facta aestimate) Gron. *extimate*, lege *existimate*. Vrget eo novercam: quod nimis quam incredibilia afferat. Conditionem vero, quam fert, non minus, si serio res agatur, periculosam quis iudicat, quam istam Caii Albutii Rhetoris, de qua Suet. de Clar. Rhet. cap. 6, et Sen. in Epit. 30 Controv. SCHVLTING. *Existimate* Voss. pr. Lucas, Gryph. Colin. Vidov. *aestimate* Obr. male: est enim idem, quod credite, putate, iudicate illa esse re vera facta, si fieri possunt. Ita, licet in alia re, Ov. IV Met., 477: *Facta puta, quaecunque iubes.* De permutatione vero verborum *aestumare* et *existimare* et eorum differentia egimus ad Instit. lib. V, cap. 10. BVRM.

Dicitur caecus) *Ducitur* Leid. sec. *Dicitur secum* W.

Offensa limina) Ad quae impegerit caecus, non sine strepitu, quo prodi posset, quod non potest fere non sic evenire. Nam (quae nostri sunt Decl. 2): *quidquid occurrit, nequaquam potest evitare caecitas, nisi offensa.* Vbi *offensa* ad hominis pertinet corpus, quod frequentius. Tacitus tamen II Histor., 32, ut noster *offensa limina*; ita ipse *inoffensum ordinem navium* dixit, cui vis non sit allata, qua turbaretur. Inst. Orat. I, 10: *Nisi forte in carminibus tantum et cautius exigitur structura quaedam, et inoffensa copulatio vocum, in agendo supervacua est.* Rarissima ratione Horat. Epod. 15: *Nec semel offensae cedet constantia formae.* I. e. quae offendit, vid. comm. SCHVLT. Ovidius Epist. XIII, 88: *Pes tuus offenso limine signa dedit.* Stat. VII Theb., 19: *Offensique sedent ad busta sepulcri*, ubi Schol. Barth. *forte fortuna oblati*; de variis verbi *offendere* significationibus vid. Manut. ad Cic. V ad fam., 14. BVRM.

ferro; cubiculum deinde pâtris ingressus, in neutram deflexisse partem, sed recto gradu, sicut ducere oculi solent, ad lectulum accessisse leviter, non in torum incidisse, non ante pervenisse quam crederet.

IV. Vos, iudices, criminum tumultum ex rerum fide

Patris ingressus) *Ingressum* Leid. pr. Voss. pr. sec. Colin. Vidov. *Patris egressum inveneram deflexisse.* W.

Leviter) *Leniter* mallem: quomodo et Decl. 8, ubi nunc est, *quod leviter paulatimque descendens* (telum) *animam in confinio mortis, ac vitae librato dolore suspenderet.* Decl. 19: *ut breviter sedibus suis emota compago per singulos artus membra laxaret.* Colon. *leviter*, ostendens eum locum huius exemplo emendandum esse. Ovid. I Amor., Eleg. 6: *Ille per excubias custodum leniter ire Monstrat.* SCHVLT. Non damno quidem hanc emendationem, quae, et Cl. Almelovenio in mentem venerat, et centies in institutionibus oratoriis has voces confundi vidimus: et ut hic *leniter ire*, ita *potare leniter* apud Phaed. lib. I fab., 25; blanditur tamen *leviter*, quod esset suspenso gradu, ut ipsum pondus corporis, ne strepitum faciat, levari videatur. BVRM.

Criminum tumultum ex rerum fide ducite) Diu me fateor in hoc loco haesitavisse, nec potuisse perspicere, quid sibi vellet. Nunc sic eum expedio. *Criminum* accipio criminationum, ut Declam. 17: *vivo, respondeo, non fugio iudicem, non cedo criminibus*, et init. huius Declam. *Quae si omnia sibi, ut erant promissa, constiterint, nullo terrebitur crimine.* Decl. 300 fine: *Si crimina in me explet* (*neque vereor*), *et plura confitebor, quam obiicis*, ita enim ista formanda. Vbi *explere crimina* dicitur, ut *implere intentionem.* Porro *tumultum* expono trepidationem, quomodo est in illo Horatii II Od., 16: *Non enim gazae, neque consularis Submovet lictor miseros tumultus Mentis, et curas laqueata circum, Tecta volantes.* Cic. pro Deiot.: *num quae trepidatio? num qui tumultus.* Idem Phil. VIII: *Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum est tumultus.* Noster in Instit. VII, 3: *Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum est tumultus.* Haec istum in modum accipienda, at pro *ducite* reseribendum *discite* puto, quod pro *cognoscite* vulgare est. Sed et speciatim de Iudicibus occurrit, quorum et est propria voce *cognoscere*, quemadmodum et ipsa iudicia *cognitiones.* Princeps Poëtarum VI Aen.: *Quaesitor Minos urnam movet: ille silentum Conciliumque vocat vitasque et crimina discit.* Atque ita verborum nostri hic sensus erit. Ex rerum fide, quae incredibiles plane obiiciuntur, colligite; quam trepident, et timore laborent ii, qui accusant, qui nos criminantur: dum nempe ad ista comminiscenda coguntur. Cui interpretationi firmamentum est in illo Taciti III Ann., 14, *Defensio in ceteris trepidavit.* Trepidavere, et perturbati sunt, non satis constanter, et quasi causae fiderent, egerunt, qui defendebant. Paulo post noster, *negat*

ducite. Dormiens senex, quem Caecus percussor quaereret, excitatus ante esset, quam inveniretur. Iungunt his multo incredibiliora, ut occiderit patrem, pepercerit Novercae, parricidium autem uno ictu explicuerit: quod fere vix etiam iis contingere solet, qui oculos manu sequuntur. Nulla ergo luminum virtus, sed homo ferrum missurus in casum, satis felix, si percussis-

praeterea quidquam se ex his noverca sensisse, quum iuxta iaceret; nec explicat, unde illud acciderit; maximae signum trepidationis. Schvlt. *Criminum cumulum* Colin. et ita Francius et Almeloyenius volebant, qui et *cumulum* per conclusionem explicabat, ex lib. VI Instit., cap. 1. Sed periculo pleuum esse puto, declamatorium stilum saepe exigere ad saniorum scriptorum castitatem. Audacissimis enim metaphoris, et figuris omuia implentur. Ideoque *tumultum criminum* hic caperem pro turba confusa, quae intricata, sibi ipsa saepe, ne credatur, obstat, et credibilia incredibilibus permiscens fidem detrahit; sic Plinius lib. VII, cap. 12, *Tumultum sermonis* dixit balbutiem, quum verba confusa sibi obstant, ne integra egrediantur. Vel *criminum tumultum* possemus explicare magnam vociferationem, qua advocati Novercae invidiam faciunt filio innocenti, et omnia implent clamoribus; ita apud Virgil. II Aeneid., 122: *Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios.* Statius X Theb., 575: *Nec mussant, sed voce palam, claroque tumultu Reddere regna iubent*; vide et Barth. ad lib. VI, 589, ubi docet omnem concussionem, et confusionem dici *tumultum*; hoc ergo dicit Declamator. Iudices ducite, existimate confusam hanc criminum accusationem, ex ipsa fide rerum, id est, ex narratione, quae an credibilia sit nec ne, apparebit ex ipso ordine; in Vossiania erat *et rerum fide; discite* tamen minime spernerem, si MSS. fide niteretur. Bvrm.

Quam inveniretur) *Quam inventus*, malebat Francius.

Iungunt his) *Iunguntur his* Voss. sec.; *iungantur iis* W.; *iunguntur tui his et multo* Leid. pr. sed *tui* postea inductum erat.

Ictu explicuerit) Putavi aliquando legendum *expleverit*. Id est perfecerit, ita enim dixit Cicero *explere munus*. Almel. Declam. seq. dixit quidam, *explere facinus*; nihil tamen muto, idem enim notat *explicuerit*, sed magis rem difficilem, et in caeco vix credibilem notat; ut et infra hac ipsa Declamatione et seq. Bvrm.

Vix etiam iis contingere) *Vix in iis contingere.* W. *Vix etiam illis*, Leid. pr. *Vix etiam his*, Voss. sec. Vidov.

Missurus in casum) *In cassum*, Voss. pr. male; sic *in casum dare*, Tacitus et alii, pro incerto eventui rem committere. Bvrm.

set quamcumque corporis partem, in ipsam protinus animam incidit, et an morti satisfecisset, intellexit. Officium, iudices, oculorum est renuntiare manibus quid actum sit. Caeci percussoris una securitas fuerat, saepius ferire. Negat praeterea quidquam se ex his Noverca sensisse, quum iuxta iaceret: nec explicat unde illud acciderit maximae signum trepidationis. Si et pater uno ictu perierat, neque ista vigilabat, nunquam gladium reliquit percussor securus.

V. Reliqua, iudices, nimium suspecta, improbe assimulata. Spatiosissimus paries, et longissimum domus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse videretur manus revertentis. O quam bene, quidquid volunt, imitantur oculi! Stupeo, si qua est fides, omnia privignum illa nocte fecisse. Dicitur ad votum Novercae gladium in vulnere reliquisse, quem suum negare non posset;

In ipsum protinus animam incidit) Infra, *sic ergo libravit manum enecus, ut ipsam protinus feriret animam.* Igitur praeferrem *ipsam protinus animam incidit.* Videtur lectio haec inde fluxisse, quod paulo ante fuit in *fortunam incidere, in torum incidisse.* Quae ab his sunt diversa: et in causa cur hic velim expungi, ne ingrata sit repetitio similium sibi locutionum. SCHVLT.

Quid actum sit) *Quidquid a. S.* Leid. pr.

Sensisse) Infra, *te vero, si nihil aliud, calens ille cruor denique excitasset.* Decl. 2: *Hominis, qui ferro occiditur, tumultuatur exitus et similis est repugnanti.* Item, *ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, et fugiens per vulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. En iterum largus iste cruor circa tuos duratur artus, stringeris deficientium rigore membrorum: non moveris, non expavescis, sed dormis per tot diversitates?* SCHVLTING.

Maximae signum) *Maxime signum.* Lucas.

Ictu perierat) *Perierit* Leid. et Voss. omnes.

Nimium suspecta) *Nimia suspecta.* W.

Spatiosissimus paries) *Spatiosissimus enim paries.* W. *Spatiosus paries.* Lucas.

Et longissimum domus latus) *Et longissimae d. l.* Leid. pr.

Reliquisse videretur) *Videatur liquisse*, Leid. pr. *liquisse* etiam W. *requisisse*, Colb. pr.

Stupeo) *Stupet*, Gryph. Colin. Vidov.

Omnia privignum) *Omnia privignus. Illa n. f. dicitur* etc. Leid. pr.

deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse, quam se parricidam sanguinem patris usque ad cubiculum suum perduxisse, et viam sequentibus reliquisse? Hoc fecit aliquis negaturus? Gratulor tibi, adolescens, si non potuisti parricidium illud admittere, nisi ut relinqueres argumentum caecitatis: habuisti innocentiae necessitatem. Causam igitur miserrimi adolescentis sic apud vos agere proposui, ut primum ipsum defendam, quasi reus tantum sit: deinde quum esse securus de huius innocentia coepero, tunc ingrediar Novercae accusationem. Spectabitis utrumque suis moribus, suis causis; eritque facilior via vestrae religionis. Quam-

Quid aliud inscripsisse, quam se) Lego, *quid aliud quam inscripsisse se parricidam*. SCHVLTING. *Patricidam* Lucas.

Sanguinem patris) *Sanguine*, Leid. et Voss. omnes, Gryph. Colin. Vidov.

Perduxisse) *Produxisse*. W.

Hoc fecit) *Hoec*, Leid. pr. sec. Voss. sec. Colb. pr. *hic*. W.

Necessitatem) *Caecitatem*, Voss. pr.

Miserrimi adolescentis) *Adolescentis misereminì sic apud*, Voss. Leid. pr.

Vt primum) *Non primum*, Voss. pr.

Quasi reus tantum sit) *Quasi reus tamen sit*, Gryph. Colin. Vidov.

Ingrediar Novercae accusationem) Inst. Orat. I, 3 fin.: *Nunc quibus instituendus sit artibus, qui sic formabitur, ut fieri possit orator, et quae in quaque aetate inchoanda, ingrediar.* Virg.: ——*tibi res antiquae laudis, et artis ingredior.* I, incipio Decl. 279: *Rursus mihi ad id redeundum est, ex quo defensionem huius ingressus sum.* Iustin. lib. VII, cap. ult.: *ut est ingressus imperium.* SCHVLTING.

Spectabitis) *Spectabatis*, Leid. pr.

Eritque facilior) *Eritque felicior*, Obr.; *erit facilior*, Voss. pr. Colb. pr.

Via vestrae religionis) Quum de officio agunt iudicum, qui adstricti iurisiurandi religione iudicare solent, hoc ad exemplum amant loqui. Decl. 264: *Eventum huic legi dabit religio vestra, et excussa parte utraque, sententiam formabit.* Leg. 13, D. de Testib.: *verumtamen quod legibus omissum est, non omittitur religione iudicantium, ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonii fidem, quod integrae frontis homo dixerit, perpendere.* Nempe coniuncta cum iureiurando est religio, et ex illo etiam religio animos incessit. Vnde coniunctim Iustin. III, 3, de Lycurgo, *abiicique in mare ossa sua moriens iussit, ne relatis Lacedaemonem solutos se Spartani religione iurisiurandi in dissolvendis legibus arbitrarentur.* Gaius ICtus l. 1, D. de iureiur.: *Maximum remedium expediendorum litium in usum venit iurisiurandi religio.* Paulus vero l. 25, 53, D. de probat. *religionem* pro iureiurando posuit. Verba sunt (nam ad rem egregie pertinent) *licentia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit, adversario suo de rei veritate iusiurandum in-*

quam duos iudicia complexa sunt, vos tamen tanquam de singulis cognoveritis.

VI. Et primum sic agam, tanquam iuvenis habeat oculos, tanquam impetus eius nulla corporis debilitate frangantur. Interrogabo quid ante perdite, quid flagitiose, quid impie fecerit, per quae se parricidam scelera promiserit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit: et ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde coepit, quo incredibile est, pervenisse. Dicas necesse est, quae huic cum patre odia fuerint, quam violenta dissensio inter

ferre, prius ipso pro calumnia iurante: ut iudex iuramenti fidem sequutus, ita suam sententiam possit formare, iure referendae religionis ei servando. Quo in loco *iuramenti fidem* pro eo, quod hic est *religio* dixisse manifestus est Iurisconsultus. Quemadmodum et Phaedr. Fab. 49: *A Divo Augusto tunc peticre iudices, Vt adiuvaret iurisiurandi fidem; Quod ipsos error implicuisset criminis.* Non dixit *iuramenti*, quum non sit eius, cuius est ipse, id est, aureae aetatis. Noster vero *fidem ac religionem* pro eo dixit, Decl. 13: *Intelligo*, inquit, *neque prudentiam vestram desiderare plura de causa, neque vestram fidem, ac religionem egere exhortatione vere iudicandi.* Ita et Decl. 249, prope fin. in Decl. 252: *Quum pauci ad vos testes producuntur, fidei vestrae, iurique iurando satis idonei auctores habentur.* SCHVLTING.

Duos iudicia) *Indicia*, Voss. sec. Colb. pr.

Complexa sunt) *Sint*, Voss. pr. sec. Colb. W. Lucas. Ita ad Institutiones saepe notavimus, *quamquam* cum subiunctivo construi.

Vos tamen tanquam) *Vos tanquam*, Leid. pr.

Cognoveritis) *Cogitaveritis*, Voss. pr.

Discedit) *Descendit*, Voss. sec.

Nemo inde coepit, quo incredibile est pervenisse) Dignus est, qui cum hoc contendatur, locus ille in Decl. 17: *Scilicet capit natura rerum, ut futurus parricida non praemiserit notas? Nullis ante sit maximi sceleris immanitas tumultuata flagitiis? et quando culeo, serpentibus, expianda feritas, sub placida mente primam pertulerit aetatem?* Atque huic rei fuere, quas *laudationes iudiciales* vocat Suet. Octav. 56, quibus vita anteacta ea fuisse ostendebatur, ut suspicio criminis intentati in accusatum convenire non videretur. Adde alterum Quintilian. Decl. 337 ab init. Iuven. II, 83, et Sen. controv. 20. SCHVLTING.

Dissensio inter sacrorum infinita nominum pignora) *Pignora* quid sint hoc loco, supra demonstravimus. *Sacra nomina* sunt pater, filius, genitor, natus etc. quibus persuasum, nec temere, est, natura quid inesse, quod hortetur et deninciat ad amandum.

sacrorum infinita nominum pignora. Crede, mulier, etiam tua causa: nam si facile est filio occidere patrem, facilius est uxori maritum. Loquar nunc de infirmitate miserae caecitatis. Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur: et frigescunt impetus men-

Decl. 16: *Viderint sanctissimi viri, qui receptas nominum persuasiones, velut aliquam servitutem charitatis attendunt.* Vbi id, quod diximus, causae suae servieos, non admittit. Decl. 7: *Non refert, cuius ad equuleum nominis, quas silentii afferas causas;* Declam. 5: *Liberi parentes alant. Pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanae. Haec ergo lex erit?* paulo post ead.: *Non faciam hanc contumeliam rerum naturae, non faciam legi, ut excusem vel pessimum patrem, ut sacro nomini tentem gratiam petere de venia.* Item: *possident charitatis tuae locum pignora de minoribus sumpta nominibus.* Rursus: *Denique queritur non se potius electum, at cum fratri praeter eiusdem nominis par ac simile consortium reverentia quoque languoris accesserit, indignatur apud affectus patris non eam praevaluisse partem, in qua tantum filius erat.* Decl. 18: *Actum est de sacrorum nominum fide, si ut videatur innocens mater* (non rea incesti) *aetas tantum filii facit.* In ultima vero Declam.: *Iuvenem, in cuius animo perdiderant nomina nostra respectum, quem quotidie necesse habebamus excusare rumori, qui inter nos formosum malebat agere, quam filium, verberibus ignibusque consumpsi.* Etenim nomen parentum non tantum amorem, sed et venerationem exigit. Vnde est et illud apud Senec. Herc. fur. 1246, verba sunt Amphitruonis ad Herculem: *Per sancta generis sacra, per ius nominis, Utrumque nostri sive me altorem vocas, Seu tu parentem* etc. Idem Phoeniss. 133 et seqq. et egregie 225 ead. trag. Pulchra in Aristaeneti lib. II, Ep. 7, item apud Longin. cap. 20, ex Sophocle est locus egregius apud Cicer. pro Cluentio. Igitur et ab eo argumentum saepe petitur ab antiquis auctoribus, ad damnanda nefaria parentum et liberorum coniugia ac consuetudines. Sen. Herc. fur. 286: —— *quid matres loquar Passas, et ausas scelera? quid geminum nefas Mixtumque nomen coniugis, gnati, et patris?* Ovidius quoque, quamvis generalius possit loquutus videri, huc in istis pertinens. Sunt autem Myrrhae patrem suum depereuntis, et inter amorem impium, et rationem aestuantis; Met. X, 346: *Nec quot confundas, et iura, et nomina sentis? Tune eris et matris pellex, et adultera patris? Tune soror gnati genitrixque vocabere fratris?* Nempe haec reverentiae, quae parentibus naturae foedere debetur, quam maxime contraria sunt; vid. Grot. de Iure belli et pacis II, 5, 12. SCHVLTING. *In sacrorum*, Par. Oxon.

Etiam tua causa) *Et tua causa*, W.

Facilius est) *Est* non habet Lucas.

Loquar nunc) *Et loquar nunc*, Leid. sec.

Miserae caecitatis) *Caecitatis miserae caecitatis*, Lucas.

Temeritas omnis animorum) *Temeritas autem*, Voss. pr.; *Temeritas omnium animorum*, W.; vide Gruter. ad Vellei. Paterc. XI, 102. ALMEL.

tium, quos non explicant ministeria membrorum. Ad

Ad salum se alligat destituta moerorem) Haec tolerari utcumque possint, si io iis, quae praecednat, appareret *temeritas amnis animorum calamitate hac corporum frangitur* etc. ut *calamitas corporis* auctari speciatim sit *caecitas*. Idque exemplo, quo Declam. 2 init.: *pro se reus indignatur uti corporis probatione.* Vbi *corporis* nomiae iutelligimus *corporis calamitatem*, et sensu, qua hic possit accipi. Qua de re ibi plura. Hac tamen in loco consideraus filum orationis, et ista generatim exponenda iudicem, et baec, ut crescat oratio, tantom de caecitate capienda esse. Quamvis hac ratione ad eam deducamar necessitatem, ut inseramus pauxillum, quod sensus suppeditat. Sic autem rescribo, *ad salum vero*, vel *ad suum se alligat destituta caecitas moerorem. Vultus ille* etc. *Alligare* in his non destituitur sua veoustate, et dicit membra quasi stupida fieri moerore, eoque quadammoda et ipsa et cogitationes vincta teneri. Ita Propert. I, 5, 12: *Illa feros animis alligat una Viros.* Callimachus εἰς λουτρὰ τῆς παλλάδος; vs. 13: ἐκόλλησαν γὰρ αἰνία γώνατα, Latin. Pacat. cap. 38, de Maximo Tyranno: *ut clausae cassibus ferae, quaesito diu exitu desperatoque consistunt, et prae timore non fugiunt, ita ille ipse, quo agitabatur metu, alligatus in oppidum semet Aquileiense praecipitat.* Sea. Oed. 182, et Herc. Fur. 709. Locis tribueos, quod de bominibus est accipieodam: *Est in recessu Tartari obscuro locus, Quem gravibus umbris spissa caligo alligat.* In Thyeste: — *oraque comprimit, Inclusisque famem dentibus alligat. Alligati* etiam Floro lib. II, de bello Gallog. suot capti, et vincti, et oostro Declam. 17: *Amicus alligatus est, ire vola mater, ut redeat, ut consaler* etc. Potest vero illud *ad salum*, de quo haesitabam, defendi his locis. Decl. 268: *Quippe has illi* (Philosophos) *et varios vocant*, et otiosoe (an *odiosos?*) *et in ambitum ipsum, contra quem maxime disserere videntur, alligatos.* Quamvis in his et *illigatos* possit restitui, nisi quod et Propert. II, 9: *Appositum flavis in Simoenta vadis.* Dialogo de Oratore: *An quod alligati cum adulatione* (*humili adulationi* mallem, aat et *in adulationem*, si priar locus recte habet, cogitavi et *omnium*) *nec imperantibus unquam satis servi videntur, nec nobis satis liberi?* Quorum etiam exemplo locorum eleganter hic explicari possit. Add. Douat. ad Adelp. Terenti V, 3, 18; conf. Decl. 11. SCHVLTING. *Se alligant*, Leid. pr. Vass. pr. Colin. Vidov. Parean. Oxan. et alii; quomoda si legatur, facilis erit sensus. *Destituta* enim oeutro genere dicitur, pro hominibus *destitutis*, id est omoi ope humana carentibus, miseris, ut saot caeci: sic apud Horot. lib. I, Od. 34: *Et insigne attenuat Deus, Obscura promens.* Id est obscuros bomioes, neque necesse est de *rebus* ibi Poëtam interpretari. Ita enim et lib. IV, Od. 4: *Dedecorant bene nata culpae.* Ovid. III Pont., 6, 31: *Quum pereant acie fortissima quaeque.* Inf. Decl. 11: *Omnem rabiem adversus superiora sumit.* Graecis nihil asitatius est: φίλτατα πατρὸς, *amicissimus patri*. Soph. Philoc. 435: τὰ πρῶτα Ἀθηναίων, *princeps Atheniensium*. Lucian. Timon. p. 122: τὰ Πέρσων πιςὰ. Aesch. Pers. 1, ubi vid. Schol. et Stanl. *Destitutus* vera est inops consilii, omni ope privatus, ut Mucium

solum se alligant destituta moerorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas, ad quod ducibus oculis pervenitur. Cogitat semper errare et offendere, cogitat eundi redeundique difficultatem. Magna innocentiae necessitas est, neminem facilius posse deprehendi. Semper se custodiunt miseri, ne esse miserabiles desinant: et quisquis amisit oculos, la-

Livius dicit fuisse deprehensum, lib. II, cap. 12; vel *destitutus* posset capi pro caeco, ut subintelligatur oculis, vel lumine, sicut *caput destitutum* Senecae dicitur de Const. Sapient. 18, pro calvo. *Alligare* vero *se ad dolorem solum*, eleganter dictum, de eo, qui semper mentem in calamitatis meditatione occupatam habet, ut *alligare ad praecepta* dixit Fabius II Instit., 13; et lib. VII, c. 2: *Ad praesentem quaestionem alligabit;* et lib. VIII, cap. 1: *Quasi ad certas quasdam dicendi leges alligati. Alligari in ambitum*, Decl. 268 et alibi. BVRM.

Vultus ille perpetua nocte coopertus) *Noctem* pro caecitate, qua plane oculorum lumina sunt amissa, ponunt Stat. I Thebaid.: *Merserat aeterna damnatum nocte pudorem. Oedipodes;* qui de se etiam apud Sen. Phoeniss. 143: *Sceleri haec meo parum alta nox est. Tartaro Condi iuvat, et si quid ultra Tartarum est.* Paulo post ita et vs. 169, ut suspicatur Gronovius istic scriptum fuisse; noster infra hac Decl. similis sibi: *Quis credet mihi, si dixero, Gladium caecus ille perdidit: perpetua nocte clausae genae non custodierunt;* prope fin.: *aderant, quocumque iusserat, de facie patris oculi: non illudere infelicibus tenebris contumaces servuli poterant.* SCHVLTING. Declam. VI: *Tenebras etiam salvis luminibus alternas continua nox duxerat.* Ovid. III Met., 335: *Iudicis aeterna damnavit lumina nocte.* Et VII, 2: *Perpetuaque trahens inopi sub nocte senectam.* Vbi, ut hic *perpetua nox*, qua alluditur ad mortem, cuius imago est caecitas, quam ideo *imperfectam mortem* dicit Stat. XI Theb., 582, ubi vide Barth. et hinc toties in MSS. *nox* et *mors* commutantur, ut in ipso Statii loco a Schultingio adducto. Et apud Virgil. X Aen., 746; XI, 881. Vtraque enim vox saepe idem notat: ita et νυξ apud Graecos non pro morte tantum, sed et pro caecitate sumitur; vide Sophoc. Oed. Tyr. 381, Callim. Hymn. in Pall. 81; ceterum in W. erat *vultus autem ille*. BVRM.

Semper se custodiunt) *Semper sibi custodiunt*. W. Leid. Voss. sec. *Sibi se custodiunt*, Colb. pr. male. Fabius lib. IV, 2: *Neque enim se usquam custodit magis iudex*, et alibi.

Ne miserabiles esse desinant) Quod futurum, si scelera machinentur. Declam. 12: *Tamen ipsam infamavimus (quod miseris ultimum est), miserationem quoque perdidimus.* Declam. 305, tanquam grave allegatur, et merito, *abstulisti miseris innocentiae opinionem.* Etenim homines sapientes, ut et alicuius prudentiae turpitudine non perinde ac casu commoventur, et culpam, ac peccatum maxime omnium sibi indicant pertimescenda. Conscientiam etiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum: uniceque id dandam operam, ut laus et gloria

borat, ne merito perdiderit. Quid aliud caecitas discit, quam rogare, blandiri? Odium omne adiuvant oculi, et hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt: nec levis animis accedit insania, quoties quem exsecreris aspicias. Caecus miserior est, quam ut invisus sit; timidior est, quam ut oderit. Praeterea noceutibus liberis frequentissimas ad parricidium causas suggessit illud quod videbant. Vitiis enim nostris in animum per oculos via est. Aliis tradidit in parentum sanguinem luxuria ferrum, luxuria videntium crimen: aliis meretriculae amor immodica poscentis: amor, cui re-

indelibata conserventur, Cic. V ad fam., ep. 18 et 21 etc. Cuiusmodi a fonte, haec, quae vidimus manserunt. Vt et illa Declam. 2, pari in negotio: *transferet in facinus hunc caecitatis suae iuvenis favorem, ad quem quotidie laudatura civitas coit, cui assident omnes liberi, omnes parentes? faciet se pietatis pariter, et sceleris exemplum?* SCHVLT.

Animis accedit) *Animus*. W.

Quem exsecreris aspicias) Hac pertinet Ciceronis locus in Vatinium non procul a fine. SCHVLT.

Ad parricidium) *Ad subsidium*, Voss. pr.

Illud quod videbant) *Illis*, W. *Quod videbatur*, Leid. pr. Voss. sec. *Par quod*, Voss. pr.

Vitiis enim nostris) Declam. 11: *Hi* (oculi) *nos in omnia quotidie vitia praecipitant.* ALMEL.

Luxuria videntium) Deest *luxuria* W. et Leid. pr. sed eius margini adscriptum; *luxaria* scribitur in Leid. sec.

Amor cui renuntiant oculi) Haesitavi, priusquam reperire potui, qua ratione huic loco facerem medicinam. Ita factum, ut diversa succurrerent. Primum fuit, *amor, cui rem nuntiant oculi;* quum viderem vocem *nuntiare* adamatam Quintiliano huic, Decl. 4: *Defectiones siderum narrantur, nuntiatur origo tempestatum, lassitudo ventorum.* Declam. 17: *Nuntio vobis, sanctissimi Viri, nihil vita laborante simplicius.* Vbi paulo post iterum non sine elegantia occurrit: ut et Decl. eam sequenti, ac saepissime alibi. Atque ita illud *renuntiant* divellendum esset, quomodo etiam apud Sall. I Histor., in Orat. Philippi in istis: *Vos mussantes, et retractantes verbis, et vatum carminibus pacem optatis magis, quam defenditis.* Dividenda vox et dein scribendum *rem tractantes* videtur. Taxat enim, quod dies rerum, verbis et expendendis versibus fatalium librorum, iisque quantum videtur pro se interpretandis, consumerent; ead. dein Orat. *quousque cunctando Remp. intutam patiemini, et verbis arma tentabitis;* ubi forte et *tractabitis* fuit. Sed ista Sallustii locus, facilius id genus emendationem recipit; hoc autem in loco nonnihil refragari videtur cursus et connexio orationis. Igitur cogitatum dein, *amor caecis renuntiat oculis*, i. Nihil sibi cum iis vult esse negotii, eos aversatur et fugit; ut intelligeret

nuntiant oculi. Caecus infelix patrem occidit? deinde

auctor sedem amoris oculos esse, sed videntium, ad quos pertinet illud Propertianum I, 19, 5: *Non adeo leviter nostris puer haesit ocellis.* Etiam Ovidianum illud, *quis enim celaverit ignem, Lumine qui semper proditur ipse suo.* Hac autem in emendatione illud *renuntiare oculis caecis* sit dictum eo sensu, quo Decl. 4, scripsit auctor, *homini, qui semel renuntiavit rebus humanis, non redditur vita, sed tempus*; i. qui constituit non diutius morari in vita, quod et obvium apud alios. Mihi tamen verius videtur, *amor est ubi* (vel *eum*) *rem renuntiant oculi*, vel *amatur*, vel *et amator est*, *cui*; haec maxime vero primum, cur praeferam, causa est, quod et sensus commodus non minus est, quam in ceteris, et praeterea, quod ipse noster ad hoc exemplum et filo eodem aliis locis de oculis disserit. Decl. 2, ubi eadem versatur in materia, *Gravius necesse est expavescant, quibus de sollicitudine sua non renuntiant oculi*; hac item Declam. paulo ante: *officium oculorum est, iudices, renuntiare manibus quid actum sit.* Ceterum ut hoc, ita et aliis, tum harum, tum minorum Declamationum in locis amor oculis et videntium solet tribui. Calp. Flacc. Declam 16: *Omnes sciunt, lacrymas ex uno misericordiae fonte manare, in amore vel maxime: nam iisdem oculis, quibus amatur, et fletur.* Declam 42: *O oculi, quos* (*quibus l.*) *ego primus* (*primum*) *adamavi, digna vos fortuna ulta est, ut, qui me perdidistis, mecum periretis.* Adde Propertium initio. Notum, et pervulgatissimum est illud principis poëtarum, *ut vidi, ut perii*; de quo praeclare et Euripides Hippolyto 525; Iuv. Sat. X, 333: *rapitur miser extinguendus Messalinae oculis* i. propter amorem Messalinae, quae illi adiecerat oculos. Postremo adscribam locum ex nostri Declamatione 2, etiam ad ea, quae praecedunt, praeclarum, at cuncta eodem in genere rerum repraesentantem: *Habeant sane, iudices, hanc nefariae cupiditatis* (ut haereditatem occupent paternam) *festinationem, quos vitiorum ardor, quos quotidie luxuria praecipitat.* Quo *caeco hereditatem vel innocentem* (*innocenti* Voss.) *Oculi sunt, oculi, per quos paupertatem ferre non possumus: oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia praecipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi satietatem. Quo per fidem divitias iuveni, apud quem omnium rerum diversitas periit?* etc. SCHULT.

Patrem occidit) *Patrem occidet.* W.

Deinde cui manum porriget securior) Singulare quiddam, nec vulgo tantum, sed eruditis magnam partem ignotum est in vocibus *denique, postea, deinde.* Quorum primum, quod iam et a Salmasio notatum est ad locum Flori, quem subiiciemus, etiam usui est ad concludendum, quamvis non modo multa, sed nec duo adeo praecesserint; unde ad rem demonstrandam argumentum duceretur, et fere idem est quod, *ut paucis absolvam.* Solet enim et hoc in genere illi subiungi, unum quod iustar sit omnium. Vt repraesentemus promissum; Florus lib. I, 16: *Nihil mollius caelu: denique bis floribus vernat.* Accedunt et alii, Iust. IX, 4, 1: *Huius victoriae* (ad Charoneam) *callida dissimulata laetitia est. Denique non solita sacra Philippus illâ die fecit, non in convivio risit* etc. infra hac Decl.: *Te vero si nihil aliud, calens ille cruor denique suscitasset.* Sall. I Hist., in Orat. Philippi contra Lepidum: *maxime*

cui manum porriget securior? cuius humeris levior incumbet? Quis contumelias servorum castigabit severius? quis calamitatem tam obnoxiam maiore reverentia pro-

vellem, P. C., remp. quietam esse, aut in periculis a promptissimo quoque defendi. Denique prava incepta consultoribus noxae esse. In lege 13, D. de adoption.: *In omni fere iure finita patris adoptivi potestate nullum ex pristino retinetur vestigium: denique et patria dignitas quaesita per adoptionem finita ea deponitur.* Cato apud Festum: *quid ego cum illo disertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum in ludis pro citeria.* Eopse sensu Plautus *postea*, Merc. II, 3, 36: DE. — *Istud quid est tibi quod commutatu' est color? Nunquid tibi dolet? CH. nescio quid meo animo est aegre, pater, postea hac nocte non quievi satis mea ex sententia*; noster ita et *dein*, Decl. 18: *Nullus amoenus praetermittitur portus, nulla celebris civitas invisitata transitur. Mentior; etiam ad esurientes applicas. Dein si quam timoris iniuriam (l. quem timorem iniuriae) quereris, non feram te morantem.* Ita ἔπειτα Hom. Iliad. E, 685, et 812; item Iliad. H, 360, et Iliad. Θ, 17. Sed praeterea hoc *deinde*, ut rem putemus, est et concludentis hic et alibi, sed ita, ut adversarius deducatur ab absurda: ubi propria quadam ratione id adhibuisse manifestus non solus noster est; ut hoc loco: cuius sensus est, si patri caecus securissime manum porrigere, illius humeris levissimus incumbere, denique illius reverentia adversus contumelias, et iniurias tutissimus esse potuit, ergo absurdum dictu, maxime si simul reputentur animo, quae praecedunt, patrem ab infelici caeco occisum esse. Atqui verum prius etc. Eodem modo Decl. 17 ante fin.: *Dic nunc, non fui passurus, si bibere voluisses etc. Deinde hoc si probas, ut me hodie quoque veneris occidere.* Absurde scilicet illa allegas, quod passurus non fueris, ut mihi veneno afferrem exitium; qui me quum maxime accusas parricidii, et in periculum gravissimae poenae et turpitudinis devocas; paulo post ead.: *Non eras passurus. Deinde non timuisti, ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quod putabam me iuberi.* Seneca quoque Hercule Oet. 1406: — *quas petam latebras anus? Dolor iste furor est. Herculem solus domat. Cur deinde latebras aut fugam vecors petam? Obire forti meruit Alcmene manu.* Addatur et alter Quintil. Declam. 379, nisi et incerti illa est, cuius generis post Declam. 370, usque ad fin. non paucas esse, mihi quidem persuasum est. SCHVLT.

Porriget) *Porrigit*, Voss. pr. et mox *incubet*.

Calamitatem obnoxiam) Id est, ut ipsius hoc auctoris explicem verbis iufr. hac Declam.: *contumeliae opportunam, iniuriae facilem.* Florus IV, 4: *intra decem et octo annos tenerum, obnoxium et opportunum iniuriae iuvenem.* Hoc inde, quod qui aliis obnoxii, sive illorum potestati subiecti, maxime ob culpam, sunt, quaevis aequa, at iniqua perferre coguntur. Pertinet huc aliqua ratione illud Decl. 3, de caeco: *homo expositus ad omnem occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quaeque decipiunt.* Ceterum quia isti, quos dixi obnoxii, suorum metuentes dominorum invidiam, atque indignationem timide agere nec cedere tantum, sed

at eorum pleromque solent velificari gratiae, et obsequi studiis, iude *obnoxius*, *obnoxiosus*, *obnoxiose agere* significationem habent timide agentium, aliis cedentium, gratiaeque eorum et voluntati inservientium. Vnde intelligitur primum locus apud Plautum Epid. V, 2, 29: PE. *Cedo manus igitur.* Epid. *morantur nihil: atque arcte colliga: nihil vero obnoxiose.* Nequaquam vult, ut sibi parcat herus, sed suo summoque ut agat iure, atque ita, quasi nullius vel rei, vel hominis respectu moveretur, aut terreretur. Praeterea Virgilianum illud hinc accipit lucem II Georg., 438: — *iuvat arva videre non rastris, hominum non ulli obnoxia curae.* Ad quae nostram illam interpretationem pertinere, concedet, qui cogitet, ita loqui poëtam eundem de arvis, quasi iis imperetur, et quasi ipsa pareant; vid. I Aen., ad init., et I Georg., vs. 99. Non plane tamen reiicio illud Servii *non debitricia*, *nihil labori nostro debentia*; quum ex fontibus itidem huius verbi possit deduci: ut paulo post videbimus. Etiam Ennianum illud in Phoenice, *aliae res obnoxiae nocte in obscura latent*, hac observatione illustratur. Loquitur enim de malefactis, et cogitatis, de operibus denique tenebrarum, ut sacrae appellant literae, quae timida esse, et malum sibi metuere solent. Reliqua etiam loca apud Gellium VII, 17; unde ad haec disputanda latius inducti sumus, facile ista, nisi fallimur, ratione intelligentur; quemadmodum et apud Livium lib. IX; quid sit *obnoxia pax*, item apud Tacit. I Hist., init. quid sint *historici obnoxii*. Vnus est locus Plauti, etiam a Gellio in cap. et libro, quae dixi, productus, qui aliter capiendus, ut res tamen tota ad fontem eundem sit referenda. Verba sunt in Sticho III, 2, 41: *Peril hercle vero plane, nihil obnoxie.* Non nunc somnm operam ad expungandum vel Baptistae Pii, vel Dousae, vel Acidalii, vel Salmasii, vel Gronovii (quorum utriusque tamen inventa fateor mihi egregie eruditionis, et ingenii specie blandiri) hac super re sententias. Mea est, quod significet Gelasimus, non tantum egregie miserum se esse, sed perditum plane, mortuum, sepultum. Nempe obnoxii et addicti infelicissima haud dubie in conditione sunt positi, incolumes tamen et superstites sunt, et vita utuntur: qua excidisse sibi parasitus famelicus videtor, coena negata. Commodius tamen, *nihil obnoxie*, i. nihil meam in negando respicit gratiam, sed eam flocci pendit, quare perii prorsus, ut *nihil obnoxie* pertineat ad *perii*. Id queritur, quod Ergasilus Capt. III, 1; nec Gellius me movet, qui pronuntiat *obnoxie perire* et *plane* esse contraria: nam is *non obnoxie* legit, nec locum interpretatur, et ipsum adhuc in hac haesisse voce manifestum est. Sola, inquam, distinctione succurri huic potest loco, qua paulo ante etiam primus feci, ut posset intelligi locus elegans in primis Rud. V, 2, 44, ubi nunc vulgo est: LA. *Quid istic necessum est video; dabitur talentum.* Lege, *quid istic? necessum est video; dabitur talentum. Quid istic?* formula est post longam cunctationem concedentis, promittentis, se exorari sinentis; ita Trin. II, 4, 172: *Quid istic? quando ita vis, di bene vortant, spondeo.* Terent. And. III, 3, 40: *Quid istic? si ita istuc animum induxti esse utile, nolo tibi ullum commodum in me claudier.* Isto autem Rud. loco, quam sit praeclarum illud *quid istic?* intelliget qui viderit, quae praecedant, quod et in reliquis faciendum censeo. Sed a diverticulo in viam. Ne quis credat, quod ista

teget? Inter felices alius est ordo votorum: caecus filius optat superstitem parentem.

de origine significationum vocis *obnoxius* meo magis ex ingenio exstiterint, quam ab auctoritate optimorum manarint, ecce testimonia Plauti ipsius, quem Gellius linguae atqoe elegantiae in verbis latinae principem iudicat, in Poen. V, 4, 18: *Omnia faciet Iupiter faxo; nam mihi est obnoxius, et me metuit*; eiusdem comoed. III, 1, 15: *Nec tibi nos obnoxii sumus istuc, quid tu ames, aut oderis*, mox interpretatur vs. 18: *Ne tuo nos amori servos tuos esse addictos censeas*. Mil. III, 1, 147: *Servientes servitute ego servos introduxi mihi, hospes, non qui mihi imperarent, quibus ego essem obnoxius*; item Trin.: — *multa mihi audienda obnoxiam: Ego tibi me obnoxium esse fateor, culpae compotem.* Quae loca nota Acidalio, et notata, sed nesciit uti, quod patebit, qui viderit qoam perplexe hoc toto de negotio disputet. Nihilo clarius rem vidit Pareus: ex quo itidem adscripsi duo loca sequentia, quia quam maxime proposito eraat accommodata. Festus, *obnoxius, poenae obligatus ob delictum.* Livius, *si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar, quorum alterum est hominis alienae libertatis obliti, alterum sune.* SCHVLT. Ita Phaedru libr. III, in Prolog. *servitus obnoxia*, ubi vide.— *Maiore*) *Maiora*, Voss. pr.

Inter infelices alius) Vterque Voss. et Gronovii codex *felices*, ut ad praecedentia haec pertineant. Iis autem opposite de caeco sabiiciatur. Quem paulo ante κατ᾽ ἐξοχὴν seulit, et nominat *infelicem*, aut *miserum*, aut *calamitosum*, qood verum haud dubie et nostro etiam Belgarum proverbio simili ratione exprimitur. SCHVLTING.

Ordo votorum) *Notorum*, Voss. pr.

Superstitem parentem) Quod ceteroquin improbatum moribus et nefas habitum. Sen. de consol. ad Marciam cap. 1: *Non est ignotum, qualem te in persona patris tui gesseris: quem non minus quam liberos dilexisti, excepto eo quod non optabas superstitem, nec scio, an et optaveris: permittit enim sibi quaedam et contra bonum morem magna pietas.* Vota parentum qualia siat hoc in genere, nihil necesse est, ut repetamus ex antiquitate: satis id usu et domi docti sumus. Nempe incolumis uterque, etiam unici filii, parens, suas tamen duorum, quam illius mortem malint, nec quidquam magis eorum obversator animo, quam, *Dii, precor, id iubeant, ut euntibus ordine fatis, ille meos oculos comprimat, ille tuos.* Flagrantius tamen desiderium in antiquis illis verorum sacrorum profanis observes: ut nonnulli etiam ex iis *totos dies precarentur, et immolarent, uti sui liberi sibi superstites essent, qui et inde superstitiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit.* Atque istud inde profectum videtur, quod non ita de animorum suorum immortalitate erant certi: ut magni proinde solatii duxerint loco in liberis vivere, et conservari. Sane Epaminondae illa apud Nepotem huc respicere possint videri, dum ait: *Neque vero stirps mihi potest deesse; namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est.* Cuiusmodi tamen solatio soli ex immortalitate nominis, quam iam pepererat, non acquievisse, ni-

VII. Volo nunc scire quemadmodum dicat explici-

mis quam manifestos est Quintilianus Sexti Instit. prooemio. Vbi alterum, et iam filium unicum, de quo summa conceperat, repetito orbitatis vulnere amisisse queritur, et inter alia nimiae, sed facundissimae indignationis, plena haec effundit: *quis enim mihi bonus parens ignoscat, si studere amplius possum? ac non oderit hanc animi mei firmitatem, si quis in me est usus vocis, quam ut incusem Deos, superstes omnium meorum? nullam terras despicere providentiam tester?* Nempe istius modi affectuum impetus etiam propriam habent causam: nam praeterquam quod egregio praesidio, et solatio toti familiae bona suboles est; etiam magnis filiorum in virtutibus ipsos parentes, eorumque memoriam praecipua quadam veneratione suspicere homines solent. Sed illuc revertor. Quum liberi semper, si non subsidium, et monimentum generi, saltem memoria sint nominis; et plerumque ita parentum spes, qui nimia sibi de iis libenter spondent, ut ipsos etiam *Spei* significent nomine antiqui; non tantum si incontis sint aetatis, ut iam apparere indoles possit, quod iam notarunt alii, verum etiam si nondum editi. Cicer. pro Cluent.: *Spem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat, victa avaritia sceleri Oppianici vendidit.* Adhaec quum parentes tantum antecedant aetate, consequens erat, ut liberos suos optarent superstites, et ut ab iis sibi potius clauderentur oculi, quam ut illis luctuosum hoc officium praestarent: tum ut si qui ante suos decederent parentes, ii *turbato mortalitatis ordine* erepti viderentur. Et ad prius istud pertinentia antiquos apud auctores ingeniosissima et omnem fere excedentia comparationem invenias nunc vota, nunc dolores, ut vel ex his intelligas singulari quadam ratione istud gentilibus iis curae, ac cordi fuisse. Loca coogesserunt Lipsius ad Sen. consol. ad Marc. cap. 1, et 17; Kirchmann. de funer. Gruterus 4 Suspic. init. Schott. duobus locis ad M. Senecae controv. 27, Gron. obs. III, 23, quorum scrinia non compilo. Illud non possum in transcursu non monere in nota posteriore egregie dormitasse Schottum: namque hanc inscriptionem: *Quod decuit natum patri praestare sepulto, Hoc contra nato praestitit ipse parens.* Producit ad ostendendum, parentum fuisse votum, ut filios relinquerent superstites, quo ultimum claudendi sibi oculos praestarent officium morientibus. An sepultis claudebant filii oculos? sed ex ipsa vitiosissima verborum allegatione apparet magis eum id posuisse, de quo coniiceret, quam quod intelligeret. Magis ut hoc appareat, vid. Lipsii notam citat. cap. 17. Senec. consol. ad Marc. Quod dixeram de *turbato mortalitatis ordine*, de eo praeclare Papinianus, peritissimus ille non solum iuris, sed et usque ad exemplum servantissimus, in leg. 15, D. de *inoff. test.* nota satis, sed hic, quod factum video, non praetereunda: *Nam et si Parentibus non debetur filiorum hereditas propter votum parentum, et naturalem erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet.* Qua ex lege expressa illius memoriae haec inscriptio potest videri, quae Romae exstare in urna argentea dicitur teste Schotto ad Aurel. Vict. Hist. cui haec accepto refero: AEMILIO . PAVLO. PAPINIANO . PRAEFECTO. PRAETORIO . IVRISCONSVLTO. QVI

tum tam difficile facinus. Caecus parricidium cogitavit? cum quo? cuius se commisit oculis? iturus per totam domum, quem ducem elegit? Ille, qui erat in cubiculo suo solus, secum, opinor, secum deliberat: sufficit sibi: cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiae quaerat? omnia potest scire: pri-

VIXIT. ANNOS. XXXVI. DIES. X. MENS. III. PAPINIANVS. HOSTILIVS. EVGENIA. GRACILI. TVRBATO. ORDINE. IN. SENIO. HEV. PARENTES. FECERVNT. FILIO. OPTIMO. Vera an sit haec inscriptio, nunc non quaeram. Eiusdem Papiniani est in lege 7, §. 1, D. *unde lib. Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentium debetur hereditas: parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos naturae simul et parentium commune votum.* Quae quum sententia aliam sapientum apud priscos illos fuerit, apparat non vulgari a iudicio profectum illud nostri, *Caecus filius optat superstitem patrem.* Quod natum est ad demonstrandum, quam longe remota sit caecitatis conditio a suspicione paternae caedis: et praeterea vehementer accommodatum ad movendam misericordiam, quum caecus, quamvis pius, calamitate subigatur sua ad vovendum, quod parentum optimorum proposito et ipsi naturae adversetur. SCHVLTING. Vide ad huius loci lucem elegantia apud Gruter. ad Plauti Asinar. Act. I, Sc. 1. — *Superstitem parentem*) *Superstitem patrem*, Leid. pr. sec. Voss. sec. et Lucas.

Quemadmodum dicat explicitum) *Dicatur*, W. *explicatum*, Par. Oxon.

Cogitavit) *Excogitavit*, Leid. sec. male: *cogitare* enim saepissime pro mala moliri, machinari ponitur. Horat. Od. II, 11: *Quid bellicosus Cantaber et Scythes, Hirpine Quincti, cogitet.* Tacit. Ann. IV, 28: *Non enim se caedem principis, et res novas uno socio cogitasse*, et ita *cogitata*. Nepos Pausan. 3: *cogitatum scelus, parricidium* etc., de quibus vid. Cl. Graev. ad Cicer. I, de Offic. 8. BVRM.

Per totam domum) *Per tuam domum.* W.

Quem ducem) *Quem ducere elegit.* Sed in margine *ducem*, Leid. pr.

In cubiculo) *In cubili*, Voss. pr.

Secum opinor, secum) *Vt opinor secum*, Leid. pr. *Secum opinor deliberat.* W. *Opinor* deest in Colb. pr. et Victor.

Socium conscientiae) Quod vulgo in maxime improbos dictitari quasi adagii loco solemus, *nullius eos esse conscientiae*, qui κεκαυτηριασμένοι doctori gentium; id apud Romanos ita contra habet, ut eorum lingua animo egregie impiis *conscientia* κατ' ἐξοχὴν, sensu tamen turpi, ut hoc loco, tribuatur. Tacit. A. IV, 3: *Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liviae, specie artis frequens secretis.* Paulo post, *sed quam manifesta est conscientia, quae te ad hanc compellit necessitatem.* Incertus de Constantino, *Corripi eos vincirique iussisti, non ad supplicium, sed ad vitam, ne conscientiae timore diffugerent, graviterque delinquerent.* Quintilianus alter Decl. 335: *Ideo ego hanc vitam olim invisam tam diu tuli, donec filius meus sanaretur, ne viderer aliqua con-*

mum nox quando scit. Deinde prospicere sollicite, an omnis familia dormiat: gradu suspenso ponere certa

scientia mori velle. Idest, quod pravi alicuius facti, et poenae digni, mihi conscius essem. Paulo ante ead. *multi sunt qui sic conscientiam remittunt*; ubi malim, *sibi conscientia animam emittunt.* Satis manifestum est loqui de iis, *quos* ut est in Decl. 4, *Sceleris conscientia*, quos maioris cruciatus metus in suprema compellit; quique, ut eleganter dixit Vlpian. in leg. 6, §. 7, D. de ini. rupt. test. *mori magis, quam damnari maluerunt ob conscientiam criminis.* In illa autem emendatione vocem *animam*, quod brevissime scribi solet, in fine vocis *conscientiam* esse credo. *Sibi* pro *sic* etiam rescribendum iuit. Decl. istam praecedentis, ubi nunc est, *hoc sic persuaserat etiam ante experimentum, nullam esse ingenio sua malam causam. Emittere* autem *animam* et *spiritum* de iis, qui venis incisis aliove vulnere sibi approperant mortem notum est. Vnde eleganter Sen. Ep. 95: *Catonis illud ultimum, ac fortissimum vulnus, per quod libertas emisit animam*; quam lectionem probat Lipsius. Eodem de Catone Ep. 24: *Nudas in vulnus manus egit, et generosum illum contemptoremque omnis potentiae spiritum non emisit* (quod de aliis minus fortibus verum est) *sed eiecit.* Nempe in his illa perlucet sententia, quae ait animam esse in sanguine; unde pulcherrima illa apud Sen. in Thyeste 737:—*at pueri statim pectore receptus ensis, in tergo exiit. Cadit ille, et aras sanguine extinguens sua, Per utrumque vulnus moritur*; i. e mittit animam; alius poëta *animam cum sanguine fundit*: item *Purpuream vomit ille animam.* Ovid.: *Sanguinis atque animae prodige, Galle, tuae*; noster infr. hac Decl.: *Tentavit ergo vultus, et pectus obiectum? brevissimam perituræ animae viam quaerit? periturae*, quae sit abitura per vulnus una cum sanguine. *Perire* pro abire, ut dein nesciatur, ubi sis locorum. Ter. Adelp. IV, 5, 69, *Abiit, periit, navem ascendit*: sed illuc revertor. *Conscientia* sensu, quo dixi, est et in Serm. Declam. 355: *Remansisse ergo amare* (quomodo pro *amarem* hic legendum supra ostendi) *nec illam indulgentiam in retinendo pupillo fuisse tutaris, sed conscientiam, quum sciret male redditis rationibus non esse offendendum pupillum*; paulo post: *Tutorem ex conscientia rationum omisisse potius matrimonii vindictam, quam mutuis caderet actionibus*; ut minus mirum debeat videri illud, in argumento Decl. 307, *conscientiae sit actio*; item, *Reus est conscientiae*; ita et Curius Fortunatianus lib. I, in exempla Mixti ex rationali et legali; item Sulpicius Victor *reus impetitur conscientiae.* Iuven. etiam Sat. III, 49, *conscius* itidem in malam partem. *Quis nunc diligitur, nisi conscius, et cui fervens Aestuat occultis animus semperque tacendis?* Horat. Epod. V, *Abacta nulla vera conscientia*; loca alia attendenti occurrent. Ad idem genus rerum pertinet, et ratione significationis cognata est vox *consilium*, quae vox κατ' ἐξοχὴν placuit auctoribus, quum de coniuratione loquuntur. Decl. 312, *Non consentiebas consiliis eius*, quia affectabat tyrannidem. Curt. VII, 1: *Nec dubitabat huius quoque ultimi consilii fuisse participes*, i. coniurationis; geminus locus est et cap. 5, lib. eiusd. unde *miscere consilia, sociare consilia*, de iis qui conspirant. Tacit. H. II, 7, et 74.

vestigia, et in omnem timoris sui partem sollicitum circumagere vultum. O quam parum est in metu ipsos etiam oculos habere! ita non iste sibi dixit: occidere quidem patrem volo, sed quem sequentur hae manus? Nocte solus egrediar, sed quando perveniam? Putas nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrem filiumque media. Quantum erroris, quantum morae! spatium ingens et vix metiendum. Caecitas inconsulta

Idem in Ann. IV, 74, de Seiano: *cuius durior congressus atque eo per ambitum et societate consiliorum parabatur.* *Societate consiliorum* recte expresseris sola voce *conscientiae.* Non intellexit Freinshemius, cuius apparet in paraphrasi: *huius enim multo difficilior erat aditus atque eo multo ambitu, curaque, et veluti magnae molis negotium, collatis mixtisque plurium inter se consiliis procurabatur.* Mirum ita haec eum vertisse; qui vidit, legit, et, quantum credo, perpendit cap. 68 libri eiusdem ista: *neque Seiani voluntas, nisi scelere quaerebatur.* Denique eximius hanc ad rem est ille Terentii locus Heaut. III, 1, 61: — *falli te sinas technis per servulum: etsi subsensi id quoque Illos ibi esse, et id agere inter se clanculum. Syrus cum illo vestro consusurrat: conferunt consilia adolescentes.* Causa quamobrem hoc sensu amaverint *consilium*, ipsis locis, quae adscripsi, significari videtur. Quia videlicet ii, qui coniurationem sumunt, sumpseruntve, quam maxime, et quam saepissime inter se consultare, sive ut in istis est conferre consilia, miscere, sociare solent. Idque ea ratione, qua et *iudicium* posuerunt pro testamento, quia illud ordinatori quam maxime iudicium adhibere consueverunt; quod iam ante nos viderunt alii. Est et caussa alia plus etiam habens eruditionis reconditae a proposito tamen non magis abhorrens, quam proferemus, ubi latius de ea exsequi non videbitur longum. SCHVLTING.

Sollicitum circumagere vultum) *Sollicitum et circumagere vultum*, Leid. pr.

Ipsos etiam oculos) *Ipsos et oculos*, W.

Sed quem sequentur hae manus) Eleganter dictum, pro cui parebunt, cui obsequentur ad facinus peragendum; vide ad Inst. XI, 14, *Sed quomodo sequentur*, Colin.

Egrediar) *Aggrediar*, Leid. pr.; *ingrediar*, Voss. pr.

Perveniam) *Proveniam*, Leid. pr.

Putas nos) *Putes*, Voss. pr. sec.

Vix metiendum) Vulgatus *fere immensum.* Sed illud propriam etiam elegantiam, et vim habere videtur; quia per illud spatium ipsi *eundum*: euntes autem quasi metimur; quare *metiri* etiam Plautus pro ire, Pseud. IV, 4, 11: *Quin hinc metimur gradibus militariis.* Videmus igitur et milliaria passuum definita numero. Tacit. Ann. XV, 16: *una die quadraginta millium spatium emensum esse Paetum.* Horat. Epod. IV, *metiri viam*, et *ire* eadem in sententia iunxit: *Videsne, sacram metiente te viam Cum bis ter ulnarum toga, Vt ora vertat huc et huc euntium Liberrima indignatio?* Nihil necesse est exempla alia huius generis ubique obvia addere.

quid agis? nox ante deficiet. Quid si deinde uterque vigilaverit? quid si Noverca? Age, limen inveniam, cardinem sine strepitu movebo, dormientis cubiculum intrabo, quiescentem feriam patrem: semel satis erit, nec Noverca vigilabit. Securus egrediar, sciente nullo revertar. Vota sunt ista, sed oculorum. Caecus desperaret, etiamsi tam multa nox polliceretur.

VIII. Hoc loco quaeram necesse est quae ratio fuerit ut iuvenis ad parricidium suo potissimum gladio uteretur. Nimirum illud in mentem venit, quia erat relicturus. Nam si alienum et ignotum in vulnere patris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. Hic attulit suum, ut etiam si evasisset: tamen ferro suo teneretur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram semper, quia usurus illo non eram. Ferrum ergo parricidio meo tot ante annos praeparavi, et secundum illum quem minabar patri,

De mari καταχρηστικῶς id poni videtur, nisi accipimus eo proprium esse, quod navigantes suum inter cursum etiam locorum metiuntur spatia, et intervalla ratione siderum: quemadmodum et terra quandoque iter desertis vastisque locis facientes. Flor. lib. III, cap. 5, adde tamen Sen. Agam. 429: *Aurata primas prora designat vias, Aperitque cursus, mille quos puppes secent. Designare* autem etiam metientium est; add. et 440 ead. Trag. SCHVLTING. *Vis mentiendum.* Voss. tert.

Nox ante deficiet) Forte, *nox ante te deficiet*; ita saepe Cicero, *dies, tempus me deficeret*, neglexerunt illud *te* repetere, quod absorptum fuit ab ultima syllaba τοῦ *ante*, ita Decl. VI legendum, *ante te miser esse coepi*, ubi et *te* exeidit. BVRM.

Vigilaverit) Mallem *evigilaverit*, iterum absorpta fuit litera a voce praecedente.

Quid si Noverca?) Quae in gravissimum me adducet odium, et causa erit aut exitii, aut saltem exheredationis. SCHVLTING.

Noverca vigilabit) Nescio an *iugulabitur*, W. forte et hic *evigilabit* praestiterit.

Vt iuvenis) *Ait iuvenis*, W. et mox *suo potius gladio.*

Nimirum illud i. m. v. q. e. relicturus) Desunt haec Voss. pr. *nim. illum mittere num quae erat relicturus*, W.; *qui erat*, Voss. sec.

Potuerat) *Poterat*, W.

Ergo inquit) *Inquit*, W.

Ferrum ergo) *Ego*, W. Voss. pr. sec. Colb. pr. Colin. Vidov.

Praeparavi) *Paravi*, Voss. pr.

Secundum illum) *Secundum ictum*, Obr. sed *secundum illum*, est post il-

tamdiu innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus; et tot abiere noctes? Ante gladium illum familiarem oculis tuis feci, ante omnibus servulis notum: pependit in cubiculo tanquam testis conscientiae meae, palam, in medio, negligenter, sic ut subtrahi posset.

lum; postquam illum praeparavi, et quem minabar, tamdiu non usus fui, sed innocens adhuc fui, ita *secundum* pro post, uti Cicero, Livius, Iustinus, et alii.

Innocens fui) *Fuit*, Voss. tert.; *innocens filium*, Vict. Cod.

Ac mente) *Hac mente*, Leid. pr.

Et tot abiere) *Et* deest W.

Gladium illum) *Illum* deest Leid. pr.

Familiarem oculis) Familiares quum sint, quibuscum nobis notitia intercedit, et consuetudo quotidiana, inde eleganter *familiare* etiam antiquis *notum* generaliter, et *solitum et assuetum*. Declam. 377: *Cessant etiam familiaria adolescentiae crimina*. Arnob. II adv. gentes: *Fiet enim familiaris e more consuetudo in naturam versa*. Petron. cap. 100: *Vox pene auribus meis familiaris*; idem c. 12, ut hoc loco Quintilian.: *rusticus quidam familiaris oculis meis*; i. quem saepe videram, et mihi notus. Sen.: *Fac tibi mortem cogitatione familiarem*, quasi assuefacito te illi, vel eam fac noris. Declam. 313: *Hoc ideo facere* (de dedicatione templi loquitur) *non cuicumque permittitur; nisi castae manus, nisi familiaris sacris animus accesserit*. SCHVLTING. quem vide et ad Contr. Senec. 21.

Pependit in cubiculo) *Pependit palam in c.* Leid. pr. W. qui et mox omittit *palam*: sed Leid. repetit; *in cubiculo meo*, Voss. pr.

In medio) Quum in *medio positum* dicit ferrum, neminem ab eo capiendo prohibitum a quovis occupari potuisse, accipiendum est, Ter. Phorm. prol.: — — *in medio omnibus Palmam esse positam, qui artem tractant Musicam*. Sen. Thyeste 208: — — *in medio est scelus Positum occupanti*. Demosth. Philipp. 1: ὅτι ταῦτα μὲν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ. Quae quum considero, pene inducor, ut credam, proprie *in medio posita* dici, quae anteposita sunt convivis in coena, aliove genium oblectandi tempore, quae capere quisque suo potest arbitratu, quaeque communia sunt, ceduntque sive ex toto, sive ex parte, prout ratio fert, occupantibus. Vnde ortum potest videri, *hoc in medium relinquo; quod discrepat, sit in medio*, ut est apud Sueton. Vitell. 2; quum rem relinquimus cuivis suo arbitrio capiendam, intelligendam. Saltem, *in medium*, et *in commune* eadem videmus esse auctoribus; unde quod Tac. II H., 37 est *in medium consultarent*, id totidem verbis apud eundem est IV H., 67, *in commune consultarent*. Vnde porro planissime intelligimus eiusdem illud lib. posterius cit. cap. 64, quo et ipse locus sibi aliquam affundit lucem; verba sunt: *Bona interfectorum in medio cedant, ne quis occulere quidquam, aut segregare causam suam possit*. Sen. 666 Agam. Arnob. pag. 46 post m.; item 60 m. Virg. I Georg., de temporibus ante Iovem: *Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat: in medium quaerebant*. Declam. 13, infra: *in publicum vivitur, et com-*

Non illum conscientia trepida velavit: tam notus in cubiculo fuit, quam caecitas domini. Quisquis ferrum praeparat sceleri, sic illud habet, ut possit suum negare.

IX. Ponite nunc ante oculos actum parricidii, deprehendetis difficultatem. Dono illud; dum a suo limine egreditur, dum illos quos accepit a patre servulos, fallit:

munes opes congeruntur in medium. Etiam propri *in medio posita* esse solet pecunia, de qua certant ludentes; quae et ipsa communis est ante victoriam, cessura victori. Vnde in epistola Augusti apud Suet. cap. 71: *Talis enim iactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat.* Quo elegantius est illud Demosthenis Philipp. 1: ὅτι ταῦτα μὲν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα τοῦ πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ; *omnes has regiones praemia belli, in medio posita.* Vbi video Vlpianum notassa: *Translatio sumpta a praemio, quod pugilibus in medio ponitur.* Cuius ego loci non minimam puto rationem habendam. An et ab divisione agrorum; vid. Scrip. fin. reg. an ab occupantibus? Decl. 308, post init. SCHVLTING.

Non illum) *Non illud*, W.

Pone nunc ante oculos actum parricidii) *Ponite nunc ante parricidii*, Voss. sec. *Actum parricidii.* Declam. etiam 19: *non in privatos, non in publicos actus florentem duxit aetatem.* Vbi tamen illud *actus* ita accipiendum videtur; ut ductum ab *agere*, quo sensu illud administrare significat Flor. I, 6 et 7; Iustin. I, 5, *agitare*; unde *actores*, servi, qui res rationesque administrabant dominicas, quorum munus etiam *actus* κατ' ἐξοχὴν; tit. Cod.: *ne quis liber invitus actum Reip. gerere cogatur.* Add. et l. 1, et 2 eodem; item l. 6, §. 5, D. de ini. rupt. test. vide praeclara apud Torrent. ad Suet. Claud. 24, et Lips. ad Tac. II A., 30, in Exc. F. Hoc autem loco mihi *actus* singulari quadam ratione, si optimi seculi usum consideres, positum videtur, quodque impolitiei quorundam philosophorum probari, non et literatis placere possit, neque auxilio esse puto locum Ciceronis I, de leg.: *Nec solum in rectis, sed etiam in pravis actibus insignis est humani generis similitudo.* Val. Max. III, 2 princ.: *Nos quia iam initia procursusque Virtutis patefecimus, actum ipsum persequemur.* §. 20: *Ceterum ut humanae virtutis actum exsequamur.* Alter Ciceronis locus in oratione pro domo, ubi legitur in nonnullis exemplaribus *erumpebat in actum*; vitiosus est: quod monuerunt iam alii, et affirmat ipsa loci sententia. Nec Senecae locus prosit Agam. 432. Eiusdem mihi notae esse videtur *species* in Decl. 2, Calp. Flacci cuius argumentum *Matrona Aethiopem peperit: accusatur adulterii*, et ipsius argumenti Declam. Quintiliani citat Eucherius ad Genes. lib. III, quem locum notavit in suo Decl. avi Quintiliani exemplari doctissimus Antonius Caucius. Id quod ab eruditissimo, mihique amicissimo viro Ioh. Georgio Graevio utendum accepi. Caucius tamen illum locum ad maiorem Quintilianum retulisse manifestus est. SCHVLTING.

Dono illud, dum a suo limine egreditur etc.) Hoc est, non utor hoc: non illud argumentor, quam difficile fue-

ecce cubiculum senis invenit aliquando, ecce paries ille deficit, et percussoris manus subito destituit, cessere fores sine strepitu: quid postea agit? utrum ipsum cubiculi parietem circumit, an se committit in medium, et per spatia tenebrarum armatam manum iactat? Ecce patris lectulum tenet, et iam dormientium anhelitus imminens audit; unde sciet, quo dirigat ferrum? quem potius feriat ex duobus? Tentavit ergo vultus, et pectus obiectum? brevissimam periturae animae viam quaerit? et quantus erit sopor, qui ista non sentiat? Dices, neque ego sensi. Ideo intelligis quam malam causam habeas, cuius et una et incredibilis defensio est. Ita feritur in sino tuo maritus, et tu nihil sentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur; tu iaces; tanquam te

rit a limine egredi, servulos fallere. Gronovius Observat. lib. III, cap. 23. Nec aliter profecto haec possunt, aut debent exponi: multaque et praeclara congessit ad vocem *donare* et illustrandam, et defendendam suis auctoribus, ubi eam impugnabant eruditi, nonnulli et exturbaverant. Addam tantum loca ex Quintiliano avo, cuius est Decl. 360, in serm.: *Addat donasse illam filio petitionem; hodie, quia decessit retractare* i. non usum contra illum hac petitione, et plane remisisse. Declam. 368: *Iam non tantum vitam tuam donavit tibi, sed etiam ultionem suam.* Vbi *donavit* diverso respectu duplicem sustinet significationem; cuiusmodi de locis Bernegg. ad Iust. XI, 9. Paulo post eadem Declam.: *Donavit tibi etiam testamentum patris.* Omisit tua causa etiam et neglexit successionem in bona patris: namque abdicata, quod tibi nupserat, tacuit; nec patris abdicationem rescindere curavit. Potest huc etiam pertinere Decl. 375 init. SCHVLTING. *Pono*, Cod. Vict.

Deficit) Voss. posterior et Gronov. *defecit.* SCHVLTING. Ita Leid. et Voss. omnes. W.

Quid postea agit) *Agitur*, W.

Ipsum cubiculi) Forte *ipsius* Alm.

Committit) *Commisit.* Leid. pr.

Et iam dormientium anhelitus imminens audit) *Etiam iam dormientis anhelitus iuvenis audit*, Leid. pr.; sed in margine *imminens* pro varia lectione.

Vnde sciet) *Vnde sciat.* Leid. pr.

Tentavit) Vide ad Phaedr. lib. III, fab. 10.

Pectus obiectum) *Pectus obiecit*, W. Voss. pr. sec.

Periturae animae viam) Dixi supra, cap. 7. SCHVLTING.

Et incredibilis defensio est) *Et* deest W. *Est* non habet Leid. pr.

Et tu nihil) *Et nihil*, W. Leid. pr.

Fata peraguntur) Eleganter de eo, qui vel extinguitur, vel moritur, quo significatur eorum, qui moriuntur, finiri et fata: quum et ipsi finiantur. Nam etsi vim aliquam et violentiam videatur tribuisse huic voci auctor,

privignus occiderit priorem? Ita non ille percussus est

non tamen accipiendum, quasi in sensum diversum non possit poni: quum usus vocis *peragere*, quod est perducere ad finem, nihil hoc flagitet. Horat. I, Sat. 6: *nam si natura iuberet A certis annis aevum remeare peractum*; item II, Sat. 4. — *Ille salubreis Aestates peraget, qui nigris prandia moris Finiet, ante gravem, quae legerit arbore solem.* Dido apud Virg.: *Vixi, et quam dederat cursum fortuna peregi.* His autem praeterquam quod ostendit incredibilia afferre Novercam; etiam animum illius arguit, humanitatis, et amoris expertem, quo nihil curaverit maritum senem, ut et iuxta latus illius nihil hoc sentientis trucidari potuerit, qualem erga quemcumque morientium hominum se praebuisse crimen foret. Sen. Herc. Oet. 770, et 1082; Calp. Ecl. 4: *Et pariter subitae peragemus fercula coenae.* Ecl. 5: *Dum peragit vernum Iovis inconstantia tempus.* SCHVLTING. De hoc vocabulo nos ad Val. Flac. lib. I, 146 agemus, vid. et infr. cap. 13.

Tu taces) Voss. prior *iaces*, quod de mortuo est apud Calpurn. Flac. Declam. 14: *Hic enim quando sepeliet iacentem, qui noluit redimere venalem?* et Declam. 29: *facem nubenti praeferam, an rogum iacentis accendam?* Generalius tamen sine dubio est, quam *mortuus*. Cic. I, de divin.: *Viget enim animus in somnis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum iacente, et mortuo paene corpore.* Quo in loco, non dubito, quin sit legendum *liberque sensibus, atque omni impeditione curarum*, quod ipsa haec oratio non satis cohaerens suadere videtur, et praeterea ipse Cic. postea eodem libro ita scribit: *illud autem naturale* (divinationis genus) *aut concitatione mentis edi, et quasi fundi videbatur, aut animo per somnum sensibus, et curis vacuo provideri.* Hoc obiter. Non possum autem dissimulare, altero Vossii et Gronoviano vulgatum firmari. SCHVLT. *Iaces* Obrechtus recepit: et recte, nihil enim malae suspicionis foret, si dum vir ad latus occideretur, taceret, metu percussoris. Sed incredibile est, nihil sensisse, iacuisse mortuae similem, ut recte vim τοῦ *iacere* explicat Cl. Schultingius, vide ad Petron. 111, sed hic de iacente et dormiente in cubiculo, et simili mortuo capiendum; ita *mersam coeno somnoque iacentem Romam* dixit idem Petron.; 119 inf. *iaces secundum occasionem.* Decl. 2: *Novercam iuxta cadaver sic iacentem*; et ibid. *tu iaces, et in cadaveris similitudinem usque resoluta es*, et alibi; *iacere* autem et *tacere* passim confundunt Librarii, sic apud Ovid. Met. XV, 188: — *Cum lassa quiete Cuncta iacent media* —, ubi codices quidam *tacent*; sed de his uberius ad Val. Fl. III, 732. BVRM.

Ita non ille percussus) Amat noster interrogationem huiusmodi, quum rem haud dubiam esse significare vult. Supra: *Ita non iste sibi dixit, occidere quidem patrem volo, sed quem sequentur hae manus?* Decl. 4: *Ita non ex hac destinatione sentitis, quidquid dici non potest?* Decl. 17: *Quid ais rerum naturae pietas? Ita non* (insero negativam, quia periit sine dubio) *iustiores causas habet? impatientia* (amoris adversus patrem, te tamen durissime habentis, et abdicantis) *quam corporum damna, quam facultatum tristis eversio?* (quibus homines ad mortis consilium solent compelli, quorum proposito

homo, quem Caecus occidit? Te vero, si nihil aliud, calens ille cruor denique suscitasset. Sed quam manifesta est conscientia quae te ad hanc compellit necessitatem, ut quum occisum a privigno tuo patrem videri velis, cogaris dicere nihil sensisse? Sufficit; vicimus, innocentes sumus. Quum in eodem lectulo fueris, quum amplexa sis forsitan illum qui occisus est, tam incredibilem profiteris soporem? Cur ergo tu incolumis es?

ignoscimus.) *In suprema praecipitat me pater. Ita non haec una vox* (Abdieo) *complectitur omnes calamitates?* Decl. 18: *Ita non iuste quereretur uxor, si diceret, adulterium de me facile suspicatus es, cito credidisti?* Simplex est: sine dubio iuste quereretur; ita et in ceteris patet locis, interpretandum esse, quemadmodum et hic sensus est. Profecto percussus est homo, quem occidit caecus, ac proinde excitari debuisti, quia hominis, ut est in Decl. 2: *qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, et similis est repugnanti. Percussus* autem hic et alibi aliquid grave denotat, quod maxime cernitur in nomine *percussoris*. Quare etiam apud Ter. Aud. I, 1, 98. Simo significans vehementer se animo commotum ad mentionem factam de sorore Chrysidis, *Percussit*, inquit, *illico animum.* Levius forte illud apud Tac. Ann. I, 13: *etiam Q. Haterius, et Mamercus Scaurus suspicacem animam perstrinxere.* Forte, inquam. Etenim apud Suet. Octav. cap. 29, lego: *Tonanti Iovi aedem consecravit liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, servumque praelucentem exanimasset.* Etiam Victor. Aurelius in Antonio Pio: *usque eo autem mitis fuit, ut quum ob inopiae frumentaria uspicionem lapidibus a plebe romana perstringeretur, maluerit ratione exposita placare, quam ulcisci seditionem.* Sed de his latius agendi non est locus, alibi fiet: hoc ἐν παρόδῳ. Scvlting. *Iterum non ille percussus*, Obr.

Si nihil aliud calens ille) In Leid. pr. erat *si nihil aliud calles, cruor ille denique suscitasset*, male; *si nihil aliud* eleganter ita ponitur, Petron. 19: *scilicet contra nos, quibus, si nihil aliud, virile secus esset*; ita distinguendum, Livius XXX, 34: *ac si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostile hebetarent.* Curt. IV, 6: *vincam tamen silentium, et, si nihil aliud, certe gemitu interpolabo*; et ita Graeci εἰ μηδὲν ἀλλό, Arrian. disser. ad Epict. XI, p. 446, εἰ μὴ τὶ ἄλλον. Nazianz. Orat. III, p. 65; sic *et si nihil amplius*, Ovid. Met. IX, 148: *Excedam tectis; et si nihil amplius, obstem?* Ita distinguendum quoque ibi est. Bvrm.

Sed quam manifesta) Vossianus prior et Gronov. *quoniam manifesta*; ita tollenda sit interrogatio, et sequens periodus huic connectenda, tanquam alterum illius membrum. Schvlting.

Ad hanc compellit) *Ad istam* W. Leid. pr. *Impellit*, Voss. pr. Leid. pr.

Cogaris dicere) *Cogeris* W.

Vicimus, innocentes sumus) *Vicinus innocentissimus*, Leid. pr. forte pro *iuvenis innocentissimus.*

quae tam iratis manibus sanguinem tuum fortuna subtraxit? Certe dormiebas, certe nihil senseras: ita privignus te reliquit, qui deprehendi non timebat?

X. Occidit ergo aliquis patrem, et Novercae pepercit? Maximum omnium nefas fortiter fecit, minori sceleri statim par non fuit? Omnia humana sacra

Sanguinem tuum fortuna) Vossianus ille *fere fortuna*, inserta ista particula. Potuit fuisse *fors fartuna*, sed vulgatum praefero, quod et tuentur alter Voss. et Gronovianus uterque antiquior. Schulting. *Femina subtraxit*, Voss. pr. *Tuum quae fortuna subt.* W.

Reliquit) *Relinquit*, Voss. pr.

Occidit ergo) *Occidit igitur*, W.

Nefas fortiter fecit) *Nefas fecit*, Voss. pr.

Omnia humana sacra conf.) Sallust. eleganter de re pessima: *Pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua nihil pensi, neque moderati habere.* Etiam eos, de quibus id dici potest, *deorum atque hominum contemptores* passim appellant. Praeterea inter summas iuris rerumque divisiones est *divinum et humanum:* ut Plaut. Truc. II, 2:—*nunquam aedepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit;* i. quidquam vel divini, vel humani. Adhaec patrem occidens haud dubie ius naturae, et gentium violat, quod divinum est. Vnde mihi in mentem venit suspicari aliquid in his deesse, certe minus offenderit, *Omnia divina, et humana iura confudit.* Nam ipse Decl. 2: *Quanto alios praestat offectus diligere vitae lucisque auctorem! Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est.* Cicero quoque pro Rosc. Amer. c. 25, quum commemorasset Solonem nullum suis in legibus supplicium constituisse in eum, qui parentem necasset, interrogatumque causam, se id neminem facturum putasse, respondisse; subiungit inter alia: *Quanto maiores nostri sapientius, qui quum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt: ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii mognitudine poenae maleficio summoverentur.* Cogitavi *humana sacra* forte accipienda; quae inter homines obtinent; sed video usum reclamare, quo *ius*, item *fas gentium*, item *ius hostium*. Tacit. Ann. I, 42, et H. IV, 58, quod inter gentes aut hostes observatur, non legimus *ius gentile, ius hostile;* sed *divinum* legimus, legimus *noturale*, quod a Deo, quod a natura profectum; quomodo lex Iulia, Cornelia, Papia, Poppaea suis ab auctoribus appellantur. Iustin. XVIII, 4: *oblitus iuris humani;* item infra Declam. 13: *procul omni iuris humani societate summotos*, qua ratione *sacra humana* quid sint perspicitur. Sed loco et sensui non satisfaciunt. Cogitavi et de sacris numinibus, quae inter homines tantum locum babent, de quibus supra cap. 6. Vt vero hic *confundere sacra*, ita apud Homer. Iliad. Δ, vers. 269: σύν γ' ὅρκι' ἔχευαν, ubi add. Eustath. Schulting. Legi posset *humana et sacra confudit*; sed et hu-

confudit, violare non est ausus pectus odiorum? Incredibile est, sine fide est, non occidere Novercam, cui imputes, quod patrem occidat. Quid ais, adolescens? tune circa illum sanguinem defecisti? Illa te blandius rogavit anima? perdidisti ergo, illud, quod nihil sense-

mana sacra idem esse potest, quod *humana iura*, ut ita Petron. cap. 79, *oblitus iuris humani*, ubi vide interpretes; hoc vero capite seq. Petronius vocat: *sacra familiaritatis polluere*, sic *coniugalia*, *socialia*, *fraterna sacra*, et similia dicuntur, inter coniunctas personas; *confundit* vero pro *confudit* habent W. Voss. pr. BVRM.

Pectus odiorum) *An odium?* Passerat. Nihil necessaria Passeratii videtur emendatio: quum similia apud probatos occurrant: intelligendum autem pectus egregie *odiosum*; infr. hac Declam. *vestigia parietis perpetuitate dirigere*. Declam. 4: *Non pudet propter haec* (vitis nobis blandientia) *ferre debilitates, luctus, spatia morborum?* Decl. 9: *Vindicabam mihi fortunam meam, et adhuc necessitatis gladiator, depugnare etiam volebam.* Declam. 18: *Fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiae fronte substiterit.* Alter Quint. 298: *Nunc hanc licentiam concepit animo servitutis*, i. e. servili; maxime ad rem facit locus Iuven. II, 156: — *Curius, quid sentit, et ambo Scipiadae? quid Fabricius, manesque Camilli? Quid Cremerae legio, et Cannis consumpta iuventus, Tot bellorum animae*; i. e. egregie bellicosae. Arnob. II advers. gent. *quum contra omnes minas, atque interdicta formidinum animosius populus obnitatur.* Iis, quae prius produxi locis, maxime gemina passim sunt sacris in literis. Notissimum est illud Ioh. 17: *υἱὸς τῆς ἀπωλείας*. Iacobus ep. I, 23: *τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως*, pro facie nativa, uti patet; auctor. epist. ad Hebr. I, 3: *ῥῆμα δυνάμεως*, i. verbo potente, ut iam verterunt olim eod. vs. *ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς*, ubi itidem si capiatur, non ut vulgo, sed quomodo apparet ex iis, quae protulimus; argumentum etiam est illud divinitatis Christi. Ceteroquin enim referendum ad patrem. Sed dubium ma fecerunt exemplaria quaedam, in quibus occurrit, *ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ τρόνου*. Isto autem nostri iit loco possit et *pectus odiorum* accipi *odiosissimae*, quantum videtur. Declam. 2, *vultus quietis* pro *quieti*, quomodo quis emendandum censeret, verba sunt: *Et quanto facilius est caeco simulare somnos, vultum quietis imitari*; paulo ante eadem: *Sic quidam cadaverum expressere pallorem, et contra verbera et experimenta mortium pertulere patientiam*, i. mortuorum. Sen. in Med. 396: *Vultus furoris cerno.* Quid si ea, quae adiuncta tantum sunt, pro substantiis et personis adeo accipiant. Quod minus mirum, quum istiusmodi etiam finxerint Deos. Sen. Herc. Foren. 690; Virgil. Aen. VI, 273. SCHVLTING. *Odiosum*, Obr. et ita coniecerat Francius.

Sine fide est) *Sine fide non est*, Voss. pr.

Occidat) *Occiderit*, Leid. pr. et ita Ascensius legit, et Lucas; *occidas*, Voss. sec.

Perdidisti ergo illud) Singularem in modum vox *perdere* huic seculo

rat, quod nox, quod silentium, quod tempus supererat, sceleris alterius? Tu si facere parricidium posses; ideo patrem tantum occidisses, ut tibi et Novercam liceret occidere. Non video cur, nisi videri velit relictam

placuisse videtur, quod procedente tempore animadverto factum: nunc passim ingeritur. Augusto iam ab equite Romano, ad quem illa, bibentem in spectaculo, miserat his verbis: *Ego si prandere volo, domum eo*; responsum: *Tu enim non times, ne locum perdas.* Quo loco recte sine dubio demonstravit Gronovius, nihil mutandum, nec mali suspicandum in illo Senecae Medea 154: *Professa perdunt odia vindictae locum*, de quo haud facile eruditis quidquam venisset in mentem, si cogitassent *locum* etiam pro occasione verbum vulgatissimum, nec *perdere* pro vel rem amittere, vel illius usum et occasionem, damnandum: quum se hoc sensu offerat frequentissime. Noster Decl. 2, f. pro caeco, qui patrem insimulabatur occidisse, patronus: *Respondete per fidem, respondete, mortales, utrum hic patrem occidit, an perdidit.* Alter Quintil. Decl. 395: *Et filium occide, et parum sit tibi perdere.* Calpurnio Flacc. *Confingunt nocendi voluntatem, postquam sanandi remedium perdiderunt.* Quintil. Decl. 378: *Isto modo levissimis quoque causis expellemur, et utcumque delicatis visum fuerit, testamenta perdemus.* M. Sen. praefat. I controv.: *At si qua illi* (memoriae) *intra proximos annos commisi, sic perdidit, et amisit, ut etiamsi saepius ingerantur, toties tanquam nova audiam*; ubi *perdere* et *amittere* iuncta. Posterius apud Terent. Eun. III, 5, 38, et Liv. XXX, 24: nam *odia* in loco Sen. qui oderunt. At Decl. 349, in Serm.: *Hoc si palam indicaverit, perdet artem.* Calp. Flacc. Decl. 10: *Perdidi caecitatem.*, Sen. Thyeste 1091:—ATR. *Nunc meas laudo manus, Nunc parta vera est palma; perdideram scelus, Nisi sic doleres.* Agam. 519: *Perdenda mors est.* Eorum oratio, qui queruntur, se non occubuisse in acie. Vell. II, 26 f. Sen. Herc. Oet. 1205, add. 176; Vell. II, 29; Stat. 9 Thebaid.: *Nil opus arma ultra tentare, et perdere mortes.* Sen. consol. ad Helv. cap. 3: *Perdidisti enim tot mala, si nondum misera esse dedicisti.* Quae proposito, nisi fallor, sufficient, et hunc illustrare locum poterunt, si significatio posterior adhibeatur. SCHULTING. Vide ad Petron. c. 82.

Supererat) *Superat*, Lucas.

Ideo patrem) *Iam patrem*, Voss. tert.

Cur, nisi videri) Illud *nisi* nullum apparet in MSS. quibus usus sum; abest et ab editione Colon. anno 1521. Gronovii codex etiam pro *videri, iudices* praefert. Locus ita est constituendus: *Non video cur, iudices* (illud ex Gronoviano praefero, quia sequitur *videretur*) *velit* (Colon. *velint*) *relictam mulierem. Ideo tantum* (respondetur ad istam dubitationem) *ut videretur illud nefas illa fecisse. Callide satis* (ridet responsum istud patronus caeci; *sed hoc alio protinus argumento subvertetur*, quod subiungitur. *Subvertetur* conieceram, quum id etiam firmari cod. Gronov. vidi. SCHULTING. *Nisi*, deest Voss. pr. W.; *velint*, W. et Lucas; *non video cui videri velint*, Voss. pr. sec. Colb. pr.

mulierem ideo tantum, ut videretur illud nefas illa fecisse: callide satis; sed hoc alio protinus argumento subverteretur. Non est eiusdem consilii Novercae parcere, ut substituat ream, et gladium relinquere quo ipse deprehendatur. Saepius uti necesse habeo argumento caecitatis, et hoc etiam loco, quo de illo vulnere disputandum est. Mehercule si percussor intrasset qui videret, qui lumen prae se tulisset, non tamen tam feliciter librasset ictum, quem etiamsi nullae fallerent tenebrae, metus et conscientia magni sceleris testes incertum fecissent. Raro contingit semel ferire carnifici, quamvis componat ipse cervicem, et exercitata

Non est eiusdem) *Est*, non agnoscit W.

Substituat ream) Apud Tac. I A., 6: *Sallustius Crispus particeps secretorum, metuens, ne reus subderetur, iuxta periculoso, ficta, seu vera promeret.* Schvlting. *Substituat rem*, Voss. pr. sec.

Si percussor) *Si* deest Voss. pr. et sec.

Librasset) *Vibrasset*, Leid. pr.

Fallerent) *Fallent*, W.

Magni sceleris testes) Vossian. uterque Gron. et Colon. consensu legunt, *metus et conscientia incertum, magni sceleris tristem morae fecissent.* Nempe scelus, maxime si admotum sit, retardat, et suas habet moras. Declam. 281: *Scelera propius admota, plus habet horroris*; adde paulo post, ubi est: *Praeter animum nihil virium habet parricidae primus ictus*; vide reliqua, quae praeclara sunt. *Morae* autem in istis accipio, ut *belli mora concidit Hector*; i. impedimentum, quo minus perduceretur ad finem; add. Sen. Herc. fur. 1215, et ibi Gron. item Suet. Galb. cap. 10, accipio animi confusum, et, ut vulgo vocant, melancholicum, qui minus alacres ad exsequendum solent esse. Schvlt. Omnes Leid. Voss. et Victor. cum Gronoviano faciunt, et Lucas, Colin. et Vidov. nisi quod *more*, et Gryph. nisi quod *morte* habent; *incertum m. s. testem mortem*, W. in Colbert. pr. correctum alia manu *timore*. Ego vulgatam cum Obrechto retinendam puto; *quem* (sc. ictum) incertum fecissent metus et conscientia etc. Eleganter dictum est; ut ita *certa manus*, *certa sagitta*, et similia passim dicuntur. Vide Heins. ad Claud. Cons. Olybr. 186, et Ovid. Remed. Amor. 112, et ita *incertam securim* Virg. Aeneid. XI, 224, de quibus vide eundem ad Claud. rapt. Proserp. III, 358. Burm.

Exercitata manus) Cicero pro Quinctio: *Ipsius Sexti Naevii lachrymans manum prehendit, in propinquorum bonis proscribendis exercitatam*, Vossianus 2, et Gron. *exspectata*, ut velit non tantum componi a carnifice cervicem, sed et manum ictumque illius exspectari. Sane *exercitata*, *exerceat* duriusculum videtur. Facit autem ad haec locus Suetonii Cal. 32:

manus homicidium novissime velut quoddam genus artis, exerceat. Sic ergo libravit manum Caecus, ut

Miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Vbi Casaubon. istis Lucanus lib. VIII, quae de milite sunt, qui Pompeium truncavit capite: *Tunc nervos venasque secat, nodosaque frangit Ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare*: demonstrat sub imperatoribus inventum istud artificium. De quo equidem, dum considero ista, non dubito. Atque haec ad tempora quum pertineant, et historia, qua Caracallus, narrante Spartiano et Xiphilino, in militem, qui Papinianum mori iussum non gladio, sed securi percusserat, animadverti iussit; et lex Vlpiani 8, D. de poen. quae ait, *gladio animadverti oportere, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel quo alio modo.* Haec, inquam, quum non ad liberam remp. sed ad tempora pertineant Caesarum, inconsiderate Casaubonus illud Suetonii in Augusto cap. 15: *Trecentos ex deditiis electos utriusque ordinis ad aram divo Iulio exstructam idibus martiis hostiarum more mactatos*, interpretari videtur loco Flori II, 5: *Legatos quippe nostros ob ea, quae deliquerant, iure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas securi perculiunt.* Quae magis ex more seculi sui, quam ex vero eum narrasse auctorem, vix dubitandum videtur: quum nihil hac de atrocitate, nec Livius in Epit. nec Appianus, nec Orosius, nec Polybius denique, aequalis temporum illorum, memoriae prodiderint. Praeterea quum securi percutere, ut iam vidimus, isto tempore, ex consuetudine Romanorum, non sit pro atroci habitum: nam adhuc in usu erant magistratibus fasces, et secures, de quibus Plutarchus praeclare in questionib. Rom. ἐπεὶ δὲ τῆς κακίας τὸ μὲν ἰασιμόν ἐςι, τὸ δὲ ἀνήκεστον, αἱ μὲν ῥάβδοι νουθετοῦσι τὸ μεταθέσθαι δυνάμενον, αἱ δὲ πελέκεις αποκόπτουσι τὸ ἀνουθέτητον. Quare diritas facti Augustaei repetenda potius ex eo videtur, quod Senatores et equites Rom. pro victimis cecidit, eo nempe more, et modo, qui est in istis Sinonis apud principem poëtarum: *Iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari, Et salsae fruges et circum tempora vittae.* Atque huc manifeste accommodata sunt loca Sen. I, 9, et Livii VII, 5, quae adducit Casaubonus. Florus tamen, quum cogito, potuit legisse eos, qui missi erant, barbaros, ad obtruncandum (ita enim narrat Polybius locupletissimus sine dubio testis) qui ex legatis (domum hi iam iter erant ingressi) erat loquutus liberius, securi impacta illis in caput, imperium exequutos esse; add. Suet. Cal. 32. Sed et sic mala *gladium et securim* opponit ea ratione, qua id factum in leg. 8, D. *de poenis*, quam vidimus. Ad quae minime advertit animum Freinshemius, dum ad istum Flori locum commentatur. SCHULTING. *Exspectata*, Voss. pr. sec. Colb. pr.

Manus) Francius malebat *manu.*

Novissime) *Notissime*, W.

Sic ergo) *Si ergo*, Lucas.

Libravit manum) Illud *librare* aliquid certi, nec aberrantis dicit, Ovid. Met. I: *Nec circumfuso pendebat in aëre tellus Ponderibus librata suis.* Vnde et *libratores*, qui tormentis hastas, et lapides excutiunt: quia librant, et iactus arte expendunt, quae posteriora sunt Lipsii ad Tac.

ipsam protinus feriret animam ? Ego mehercule etiam

An. II, 20, ubi ipse videatur ; Sen. Agam. 900; proprie Herc. fur. 119. Paulo ante noster *librare ictum* : quod sensu plane eodem potest accipi. Nam et Sen. ep. 29: *Spargenda est manus : non potest fieri, ut non aliquando succedat, multa tentanti*, ubi *spargere manum* translatum est et a gladiatoribus petitum, quorum illud est variis locis, nunc his, nunc illis inferentium ictus ; ut *spargere bellum* Tac. Ann. III, 21; idem ep. 7: *ad ictum totis corporibus expositi* (an *expositis*.) *nunquam*, (an *nusquam*) *frustra manum mittunt*. Vnde idem elegantissime, ut proxime accedat proprium, in ep. 81 : *Nemo habet tam certam in beneficiis manum, ut non saepe fallatur, aberrent, ut aliquando haereant*. Ipse Quintil. Instit. IX, 1: *In armorum certamine adversos ictus, et rectas ac simplices manus, cum videre, tum etiam cavere, ac propulsare facile est, aversae rectaeque minus sunt observabiles*. Hoc autem Quintiliani in loco, quod dixi posse *manum* pro *ictu* accipi, quod iam patet, non magis mirandum, quam quod Augustus in epist. apud Sueton. *manus* pro iactu posuit talorum. Verba sunt, *si quas manus remisi, cuique exegissem, aut retinuissem, quod cuique donavi, vicissem vel L millia*. Beroaldus anim bene : condonavi collusoribus iactum, quem damnosum fecerint. Sabellicus, teste Torrentio, exponit pecuniarum grumos in aleam coniectos. In quam et ipse sententiam concedit, quod vulgari quoque sermonem *bonam* vocamus *manum*, quum feliciter iaciendo multum a colludentibus auferimus. Non dissimili, addit, ratione Martial. in apophor. *alea parva, nuces* ; et paulo ante de tessera, *alea maior* dixit, prout maiore minoreve ludantium damno agitur. et Icti *aleam emere*, et *vendere aleam*, quoties incertum aliquid, quid quantumve futurum sit, nundinamur, ut puta iactum retis, capturam aucapis, aut missilium iactum, leg. 8, de contrah. empt. leg. 7, et 11 de her. vel act. vend. Haec Torrent. ad quae mihi veniebat in mentem *fluctus in simpulo*. *Manus* quomodo accipi posset auctoritatibus probandum erat, non quomodo *alea*. Ignoscendum tamen tanto magis est, quod alii eruditi hic haeserunt. Casaubonus verbulo tantum ambiguo exponit : quod patebit consequentia cum antecedentibus illius in nota comparanti. Meursius ex Graeco fonte haarit, quo putat huic loco succurri posse : nempe putat legendum, *si quos manes*; nam, inquit, de iactu infelici illic agi nullum dubium. Graecis vero *μάνης*, inter iactus recenseri patet ex Hesych. *μάνης κυβευτικοῦ βόλου ὄνομα*, et quidem inter infelices, insuper ex Polluce lib. VII, cap. 33. Mihi illud *manes δυσφημίας* nimis plenum videtur, et quamdiu obvia Augusti stilo, qui haec amabat unice, possum defendere, non confugiam ad ista ; quibus posset moleste loquutus videri. Maxime quum *manus* pro effectia illius accipi posse, exemplis iam demonstraverim : ut et vulgo *manus* pro scriptura et pictura, item pro vi, Flor. I, 1 : *matrimonia manu capta* ; et cap 9 : *manu regem reducere*, i. vi et armis, unde etiam intelligendum, quod proditum est a Ictis ex Varrone, quantum videtur, *servos mancipia dictos, eo quod ab hostibus manu capiuntur*. Accedit, quod constat olim

illud admiror, quod quum patrem vellet, non Novercam percussit. Praeter animum nihil virium habet parricidae primus ictus: ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus: ille praestat hoc solum, ut sequens fortius feriat.

XI. Interrogare nunc volo quae iuveni causa fuerit, ut reliquerit gladium. Scilicet noluit Novercam suam infamari. Abstulit sibi omnem defensionem, et se parricidam confessus est: ferrum in vulnere reliquit. Si

manum pro iactu lapilli acceptum. Satis enim diserte Vlpian. in leg. 5, §. 10, *D.* de oper. nov. nunc: *Meminisse autem oportebit, quotiens quis in nostro aedificare, vel in nostrum immittere, vel proiicere vult: melius esse, eum per pretorem vel per manum, id est lapilli ictum prohibere, quam operis novi nunciatione.* Quod in his *ictus*, id in leg. 6, §. 1, si serv. vind. quae est eiusd. Vlp. *iactus* appellatur *lapilli*: unde verisimile est *iactum* in ista leg. 5 Vlpianum scripsisse. Sane in Basil. est: ἢ διὰ τοῦ πραίτωρος, ἢ διὰ λίθου βολῆς. *Ictum* si retineas, pertinebit simul et ad istum Augusti, et hunc Quintiliani locum interpretandum. Atque ista Vlpiani sola sufficerent ad convincendum, nec ista Augusti mutanda, nec intelligenda aliter, quam dixi. Quamvis, quod postea vidi, etiam Buchnerus, Germaniae anae decus in Thesauro, Torrentii, et Sabellici sententiam sequutus sit. SCHVLTING. *Libravit gladium*, Voss. pr. quod glossatoris est; *manus* enim saepe ponitur pro ipso telo, vel ictu, et *manu* dicitur vulnerare, qui vel gladio vel sagitta vulnerat; vide Passer. ad Propert. I, 9; Cerd. ad Virgil. V, 499; Barth. ad Stat. Theb. VI, 788; et VIII, 520; et saepe *manum*, pro gladio non telo poni docet Serv. ad Virg. Aeneid. IX, 702. BVRM.

Etiam illud) *Et illud*, W.

Quum patrem vellet) Pro percutere vellet; vide Cl. Drakenborchium ad Sil. IX, 7.

Praeter animum) Ascensius coniiciebat *propter animum*, id est remorsum conscientiae: sed dubito, an satis latine.

Si iam perfectum) *Suum perfectum*, Voss. sec.

Habet parricidae primus) *Habet parricida primus ictus i. t.* etc. W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Luc. Vidov.

Ille trepidat) *Ille in trepidat*, W. et mox *ille cogit*, Gryph.

Est ab innocentia prox.) Probum hoc haud dubie. Sen. Herc. Oet. 764: *non sola Herculem miseranda moeret.* Deian.: *Quam prope a leto tamen.* SCHVLTING.

Ab innocentia proximus) *Ad innocentiam pr.* Leid. pr.

Ille praestat) *Ille* deest Lucae.

Vt reliquerit) Francius *ut relinqueret*.

Ferrum in vulnere reliquit) Gronov. *cum ferrum*, et mox, quomodo et Voss. *occiderat*; ita fuerit: *Suum ferrum in vulnere reliquit, ne, si nondum occiderat, iterum feriret*; quod elegans in primis. SCHVLTING. *Occi-*

nondum occisum putabat, iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifestissimam colligo? Si vultis, iudices, scire a quo sit gladius relictus, cogitate cui expedierit, ut inveniretur. Sed paries usque ad cubiculum privigni vestigio manus cruentatus est. Cogitate, iudices, ante omnia, non esse incallidum hominem, neque consilii iacentis, qui caecus explicare conetur facinus etiam oculis difficile. Ille ergo non existimat, quum manum cruentam parieti applicat, vestigium a se parricidii sui relinqui? cum dexteram qua duce utebatur, veste tergere, atque ita abire sine vestigio posset, totum parietem cruentabat, et ubique aliquid de patre misero relinquebat? Quid futurum esset postero die, quantam exspectaret invidiam ad lucem, non cogitabat: sed disponebat indicium certum, indubitatum sine errore, quod

derat, Leid. et Voss. omnes; *sed nondum occiderat*, W. Colbert. Lucas; *occidit*, Vict.; *confessus est*, *auferret indicium*, *Ferrum in vuln. rel.* Victor.

Indicium) *Iudicium*, W. Lucas.

Sed quid ego) *Si quid*, W.

Non esse incallidum) Francius volebat *non esse id callidi hominis*.

Etiam oculis) *Et oculis*, Lucas.

Non existimat) *Non aestimat*, omnes Leid. et Voss. Lucas.

Quum manum) Francius *dam* malebat.

Sui relinqui) *Sui reliquit*, Leid. pr.

Dexteram veste tergere, atque ita abire) *Dextra veste tegere atque ita habere ut abire*, Leid. pr.; *te[illegible]re atque ita habere ut habire*, W. Lucas.; *tegere atque ita habere sine*, Leid. sec. tert. quart.; *tegere*, Colb. 1.

Cruentabat) *Cruentabatur*, W.

Vbique aliquid) *Vbi*, Gryph.

De patre misero) Forte, *de patre miser relinquebat*. BVRM.

Futurum esset) *Futurum est*, W.

Quantam exspectaret invidiam ad lucem) *Quod tanta exspectaret invidia lucem*, W.; *quam tantam ex, invidiam. Lucem non*, Leid. pr.; *Quantam exspectaret invidiam? lucem non*, Colb. pr. Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Schultingius malebat, *quanta eum invidia exspectaret ad lucem, non cogitabat*, cui facile accedo; *invidia* autem hic est infamia, mala hominum existimatio, ut centies apud optimum quemque latinitatis auctorem. Sic apud Sueton. Caes. 14: *identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia*; ubi *maneret*, idem est, quod hic *exspectaret*. *Ad lucem* etiam Suetonius Caes. cap. 21, dixit; et ita Cicero, Caesar et alii. BVRM.

Indicium) *Iudicium*, Lucas.

Noverca sequeretur usque ad cubiculum suum, usque ad limen ipsum? O admirabilem casum, nec cruor ante defecit? Vtar hoc loco natura ipsius rei. Palmatus sanguine paries inventus sic est, totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expressit. Totum ergo sanguinem consumeret intra prima vestigia. Pone enim manum cruentatam, atque adeo, ut istis etiam blandiar, madentem; pone mensuram itineris, spatium parietis; diu enim in secretam domus partem revertendum est: debet proxima pars a cubiculo patris habere plurimum sanguinis, sequens minus, tertia minimum, ultima nihil.

XII. Nam cruor, quoties admotus est, transit, aut in manu tarde reptantis arescit. Hoc quid esse dicamus, quod circa cubiculum utrumque sanguinis istius vestigium quasi incipit? hinc est paries palmatus, et illinc? Quomodo pertulit manus quod relinquebat? Noverca istud, Noverca securis composuit oculis: illa miserum dextera sanguinem tulit, et manum subinde renovavit.

Cubiculum suum) *Suum* deest W.

Ante defecit) *Deficit*, Colb. pr.

Sic est) *Inventus est sic: totam manum*, Leid. pr. distingue, *inventus est: sic totam manum expressit.* Francius malebat etiam *impressit*, sed nihil opus.

Consumeret) *Consumet*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Cruentatam) *Cruentam*, Lucas.

Atque adeo) *Vsque adeo*, Leid. sec.

Diu enim) Almevol. *dum enim*; credidit nimirum vir doctus *diu* hic pro longa, per spatium longum positum. Sed cur non de tempore longo, de mora, quam caecus in revertendo insumit? ut mox *tarde reptantis*; sic Quintil. I Instit. Orat., 10: *haec diutius forent dicenda*, quod latinius esse putat Lambin. ad Cicer. Philipp. V, 6; quam *longius*. Burm.

Sequens minus, tertia minimum) *Sequens minimum*, omissis reliquis, W. Colb. pr. Leid. et Voss. omnes. Lucas; et ita ante Ascensium videtur lectum, qui supplevit ideo, quia de duobus non recte superlativa dici putat.

Tarde reptantis) *Tarde* deest W.

Hoc quid esse) *Hoc quod esse*, W. male. Ovid. I Am., 11: *Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur Strata.*

Vtrumque) *Vtrinque* malo, quod explicant sequentia *hinc* et *illinc*, quae particulae apud Senec. Trag. pro *utrinque* etiam ponuntur. Schulting.

Quod relinquebat) *Quod relinquebatur*, W.

Palmatus paries habet distantiam, vacat aliquid loci, integrum ubique vestigium est: Caecus manus traxisset. Quaero nunc, unde tantum sanguinis in manu? Tunc enim ex omni vulnere cruor profluit et effunditur, quum ferri recentem viam sequitur. At quoties eodem, quo factum est, cluditur telo, latet tota mortis invidia. Praeterea quum manus ex parte qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo, et se, dum telum occupat, claudat, necesse est exteriore ut parte respersa sit. Tuus autem qui palmatus est paries, vestigium eius partis ostendit, ad quam cruor pervenire non potuit. Vestrum est nunc omnia ista comparare, perpendere. Cur prudentior sit iudex in deprehendendo scelere, quam reus in admittendo, hoc esse in causa puto, quod alter tantum pro se cogitat, alter pro parte utraque.

XIII. Tuitus sum adolescentis miserrimi causam, nunc inspicere volo quanto certioribus argumentis Noverca teneatur. Transeo illum vulgarem et omnibus notum de comparatione personarum locum. Alius diceret, maritum et uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissi-

Palmatus paries habuit) *Palmatus est paries h. d.* W. Colb. pr. Leid. et Voss. omn. Lucas.

Vacat aliquid loci) *Vacat aliquid etiam sceleris*, W. *Vocat*, Voss. pr. *Vacat a. loci integrum: Caecus.* Voss. sec. Schultingius volebat: *vacat aliquid loci, integrum ubicumque vestigium est, Caecus manus traxisset.*

Tunc enim ex omni) *Tunc est ex omni*, W.

Cluditur telo) *Ducitur*, Colb. pr.

Quum manus ex parte) Lege ea parte. GRON.

Dum telo occupat) *Telum*, Leid. pr. sec. Loc. Gryph. Colin. Vidov. Obr.

Vt parte respersa sit) *Ex parte respersa*, Leid. sec.; *sit*, deest W.

Tuus qui) *Qui* omittuot alii.

Cur prudentior) *Cum*, Leid. pr.

In deprehendendo) *In deprehenso*, Voss. sec.

In admittendo) *In* deest Leid. Voss. sec. W. Luc.; *in amittendo*, pro a se averteodo, legi volebat Asceosius.

Initiarentur) *Vincerentur*, et correctum *vincirentur*, Leid. pr.; *irretirentur* legit Badius. Sed vulgata retineoda; uti vero videtur verbo hoc nova qoadam significatione, quasi a liberis ioitium amoris firmissimi fieret; sic infra Decl. 278: *Patres enim non tantum naturà, et illo initio continentur.* BVRM.

mis corporum vinculis inhaerere. Ego illud potius dicam: decepta est, mulier, exspectatio tua: veneras quasi in vacuam domum, et sine herede: exspectaveras ut infelix iste iuvenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auspiciis; extorrem, et inopem summoveret pater blando corruptus amplexu, et omnino summam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis vetaret. Invenisti pium et devotum unico senem, et de omnibus coniugis tui desperasti ob id affectibus. Miserrimus est maritus quisquis inducit filio Novercam, quod uxori non videtur posse utrumque amare. Quaero igitur ante omnia, ubi occisus est maritus? in cubiculo suo: hoc paulo ante privigno defendendum non fuit. Occisus est in cubiculo senex: ita ille percussor non timuit uxorem? Audeo secretum nuptiarum, et matrimonialis lectuli solitudinem occisurus intrare. Quem quaeram? ubi relinquitur maritus ab uxore innocens? Noctem autem ad scelus quis elegit?

Corporum vinculis) Ita Declam. seq.; *nullas ego facilius perire crediderim, quam corporum charitates*, per noctium scilicet meritis et osculis blanditiisque quaesitas. SCHULTING.

Et omnino summam calamitatem corporis) Lego: *et ominosam calamitatem corporis*, M. Seneca in Contr. 33, quae inscribitur, Debilitans expositus: *Occurrunt nuptiis omina dira, sacris publicis auspicia feralia.* Iustinus lib. XII, de Graecis, qui poenam captivitatis truncata corporis parte tulerant: *agros accipere maluerunt, ne non tam gaudium parentibus, quam detestandum sui conspectum deportarent.* GRONOV. *Et omnino summa calamitate*, Leid. sec. Voss. sec.

Quaero igitur ante omnia) *Quaero igitur omnia*, Voss. pr.

Vetaret) *Devetaret*, Lucas.

Ob id affectibus) *Obiter*, Leid. sec. Voss. sec.; *ob eo*, Gronov.; *obitum*, Voss. pr.

In cubiculo senex) *In cubiculo suo*, W.

Audeo) *Audio* et *occisurum intrare*, Leid. sec. Voss. sec. Colb. pr. Gryph. Colin. Leid. sed rectius alii *audeo* etc. *Occisurus* est enim concedentis; pone, me audere intrare secretum, eo animo ut occidam; sed quem quaeram? *audeo* etc.; *occisurum*, Lucas.

Vbi relinquitur) *Vbi invenitur*, W.; *quem quaeram ubi relinquitur maritus*, Colb. pr.

Ab uxore innocens?) *Innocente?* Obrecht.

Elegit) *Eligit*, Voss. pr.

Nox tuum tempus est: quid si accedit huic etiam sceleris occasio? Non venire debes ad secretam domus partem, nec tota tibi penatium sacra peragenda sunt. Tu non cogitas, quemadmodum suspensa manu sonantem blande cardinem flectas. Iaces secundum occasionem, et expeditum tibi in proximo facinus est. Non times, ne quis deprehendat. Ipsi quoque servuli longius quiescunt, et praestatur grande secretum genio loci: tibique ferire quum velis, scire an dormiat licet. Nox et ferrum, et securus maritus, quidnam isto delicatius scelere? Occisum esse miserum senem, quum tu volueris, scimus.

Quid si accedit huic) *Acidit et huic occasio*, W.; *quid si accedit et huic etiam sceleri*, Leid. pr.; *quid si accedit hinc e. s. occasio*, Voss. sec.

Ad secretam domus partem) *A secreta domus parte*, Lucas.

Tota penatium sacra peragenda) Ovidius XIII Metamorph.: *Quum sol duodena peregit signa*. GRONOVIVS. Valer. Flacc. I, 283: — — *Totidemque peregerat umbras. Luna polo*. SCHVLTING. Idem lib. I, 506: *Tot peragit reficitque vices*. Ovid. XV, 238: *Quasque vices* (alii vias) *peragant* (*animos adverte*) *docebo*; vide ad Petron. 119, et Val. Flac. I, 585, et supra cap. 9; durior tamen locutio *sacra penatium peragere*, pro penetrare in ultimam domum; *secreta* habet Leid. pr. sed hoc praecessit. Schultingius coniecerat etiam, *nec tota tibi penatium spatia peragenda sunt*. Francius *penatium latera*; in Colin. et Vidov. Edit. legitur: *nocturna tibi penatium sacra peragenda sunt*, etiam non male: et quod convenit sequentibus, *praestatur grande secretum Genio loci*.] BVRM.

Ipsi quoque) *Ipsi quae*, Leid. sec.

Praestatur grande secretum Genio) Haec Ironia est acerbissima; grande secretum sit in honorem quasi Genii, qui praeses lecti et arcanorum tori. Scilicet quum Genius is arcanis delectetur, etiam istod facinus secretum illius causa susceptum. Vel (ironice itidem) removentur servi, vel se removent, quia arcana tori ne per nebulam quidem audiri, et grande iis secretum et silentium esse debet. Loci causa fit grande secretum removentibus se servis. Est autem Genius naturalis vel loci, vel rei, vel hominis cuiusque Deus, quasi nobiscum genitus; v. Censor de die natali cap. 3, *secretum* vero, ut Declam. 18: *ut divortio fiat in domo grande secretum*. SCHVLTING. *Ingenio*, Lucas.

Tibique) *Tibi quoque*, W. Leid. pr. Lucas.

Scire an) *Et scire an*, W.

Et ferrum) Desunt Voss. pr.

Quidnam isto delicatius scelere) Quid hoc est, an facilius et minus sollicitum? *delicatissimus amnis*, facillime et lenissime fluens, apud Plin. Ep. VIII, 17, an quod nullo labore perficitur, quem aspernantur delicati? ut mox dicit illam *mariti cruore lusisse*, et *per otium et securitatem omnia composuisse et simulasse*. Ita De-

XIV. Quomodo tamen, inquit, gladius pervenit in meam potestatem, qui privigni fuit? Haeremus, hic difficilis expugnandus est locus. Quis credet mihi, si dixero: *Gladium Caecus perdidit, illae perpetua nocte clausae genae non custodierunt?* Fingere nimirum ad tempus videbor, et rem nimium manifestam impudenter complorare. Scilicet semper isti apposita capulo manus, et diebus ac noctibus curae. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, non decepisti trucem horridumque latronem: nostri tibi occasionem praebuere mores: nam quod uno ictu occisus est senex, ad te suspicio magis

clam. 17: *nihil est delicatius exitu, quem non supplicia* etc. *sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas.* Id est magis ad se alliciens, et ad quem facile transeas. Alibi *memoria res delicata.* SCHVLTING. *Delicata* omnia dici, quae ad pompam et ostentationem composita sunt, docuit Ampl. Cuper. Obs. I, 3. Hic *delicatum scelus* explico, quod otio et commodo suo peregit uxor, et omnia ita composuit, et simulavit, ut nullus tumultus, nulla per aedes turba audiretur, sed ita silentio et in secreto maritus occisus, ut non scirent domestici, nisi quum voluerit uxor, quae antequam scelus committeret, noctem elegit, ferrum filii paravit, et priusquam familiae, quae longe remota erat, notam caedem faceret, parietem cruore signavit etc. simili fere modo Pacat. paneg. 18: *unum invenire non possumus, cuius spem atque exspectationem non dicam fefelleris, sed quae delicatior est querela, distuleris:* ceterum *quidnam* desiderabatur in W. *quo isto delicatius scelere.* Voss. sec. *quos isto.* Leid sec. Voss. pr. adscripserat et Cl. Schulting. margini; an *nosti quid isto delicatius scelere?* BVRM.

Quomodo tamen) *Tamen* non habet W.

Caecus ille perdidit) Gronov. et Voss. sec. *perdidit Caecus*, et Voss. cum interrogatione, *illae perpetua* etc. quae lectio non displicet; atque ita edendum. Sed *ille* ad Caecum retulerunt, quia simplici *e* scriptum, ut passim in MSS. et ita mox *clause gene.* SCHVLTING. *Perdidit Caecus, illae perpetua*, Leid. pr. etiam recte: ita supra cap. 6: *vultus ille perpetua nocte coopertus*, ubi vide, *perdidit Caecus ille?* Lucas.

Complorare) Leid. secundus *colorare*, quod egregie placet, et patet ex Seneca, quod de sceleratissimis quandoque colores dicere noluerint. SCHVLTING. In Leid. pr. erat *complorare et componere*, sed *et componere* iterum inductum.

Capulo) *Copulo*, Voss. tert.

Diebus ac noctibus) Quid si, *hae diebus a. n. curae?* SCHVLTING. *Ac diebus ac noctibus*, Leid. sec. Voss. sec.

Non decepisti) *Non accepisti*, Gryph.

Nam quod uno) *Namque uno*, Leid. pr.

Est senex, ad te) *Occisus est. Se-*

respicit. Tu praeparare corpus illud ad ictus potes, dum videris amplecti: tu blanda manu praetentare pectus, ubi assiduo visceris pulsu non quiescat anima, ubi statim mors sit, ubi de spiritu sanguinis ictum explorare ante et cognoscere licet: potest et uno ictu mulier occidere.

XV. Venio nunc ad vestigia parietis cruentati, quibus te satis abundeque pressimus, dum adolescentem defendimus: haec sunt tamen quae contra te reservata sunt. Quum maritus tuus in cubiculo occideretur, sciebas nullum tibi relictum patrocinium, nisi aliquid caecitati simile fecisses: ideoque sanguinem in illam partem induxisti, in quam quaeri volebas, ut postero die omnis invidia sanguinis notas et vestigia praeparata sequeretur. Infamas Caecum, consilium ex calamitate sumpsisti. Sciebas illum non aliter, si dux defecisset, ingredi posse quam si vestigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulasti itaque caecitatem; et ne, quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore lusisti. Omnia tibi com-

nex autem, ad quem suspicio m. r. Voss. sec.

Ad ictus) *Ad ictum* malebat Francius.

Tu blanda) *Tibi* legit Badius, et ad *licet* refert; in Voss. pr. et Leid. pr. erat *tu blanda manu potes pr.*

Visceris pulsu) *Cordis pulsu*, W. *Visceri pulsu*, Voss. quart.

Quiescat) *Quiescit*, Voss. tert. at mox *ubi statim moris sit.*

Vbi de spiritu) In Voss. sec. pro *ictum* erat *hoccum*, unde legebam, *ubi de spiritu et sanguinis ictu locum explorare ante et c. licet.* SCHVLTING. *Tibi*, W. Leid. pr. *sanguis ictum*, Leid. sec. Badius legebat, *ubi statim sequutura mors sit, et spiritus sanguinis ictum* etc.

Dum adolescentem) *Et dum*, Voss. sec.

Reservata) *Servata*, W.

Caecitati simile) *Caecitatis*, W. Voss. sec.; *caecitate*, Gryph.

Si dux defecisset) *Si lux defecisset*, Voss. sec. Schultingius coniiciebat *cui lux defecisset. Si dux fecisset*, quaedam editiones.

Quam si) *Quam vestigia*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Lusisti) Coniiciebat Badius *linisti*; saltem *livisti*, vel *levisti* dixisset; in margine codicis Cl. Schultingius notaverat, Gronovium legere *mariti cruore parietem linisti*, sed minus sibi placere, quod puto a Vossio manasse, qui citat *mariti cruore parietem linisti*, lib. de Anal. III, 29; sed de

posita atque simulata sunt per otium, et securitatem, tanquam scelus transferretur ingenio. Nunc enim tu innocens, quia privigni gladius in vulnere, quia paries cruentatus: hoc sufficere utrumque indicio putabas? Quam facili momento causae fata vertuntur! quod fecisse etiam is scelus frequenter inventus est, qui obiiciebat. Sed causas, inquit, parricidii iste habuit, quem iratus pater in secretam domus partem relegaverat. Mulier illa forsitan ignominia felicioris videretur esse privigni. Caecitatis beneficium est quum illi secretum datur. O praeclaram senis optimi singularemque pietatem! quam blande ille seposuit miserum suum? quam diligenter uxoris gaudentis exclusit oculos! quam multo Caecum pudore donavit! Si felicior, inquit, essem pa-

huius verbi praeterito agemus ad Declam 13. *Mariti tu cruore*, Voss. sec. Burm.

Tu innocens) *Tu nocens*, Lucas.

Vtrumque indicio) *Vtroque indicio*, W. *iudicio*, Leid. pr. Voss. sec. Colb. pr. Luc.

Fata vertuntur) Etiam ea, quae fatis continentur, sive bona, sive mala, *fatorum* nomine significantur. Infra, *perituro laborare fato*, id est, morbo. Flor. I, 6: *fata utriusque populi*; de *momento* vero vide Donat. ad Terent. And. I, vs. 34. Quint. VI, 3: *rerum saepe maximarum momenta vertit*. Schulting.

Vertuntur) *Vertantur*, Leid. et Voss. omnes; *versantur*, Gron. *mutantur*, W.

Quod fecisse) *Quam*, Voss. pr.

Frequenter) Deest Leid. pr.

Quem iratus) *Quoniam*, Leid. pr.

Quam blande) *Quam blando*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb. pr. *seponit miserum filium suum*, Voss. pr.

Vxoris gaudentis) *Vxoris blandientis*. Leid. pr. in marg. *elusit oculos*. Idem, et Lucas hoc supra dixit *eripuit Novercae oculis voluptatem*.

Quam multo caecum pudore donavit) Scribendum: *quam multum caeco pudorem donavit*. Vt apud Senecam in Phoenissis vs. 233: *et aures ingerunt quidquid mihi donastis oculi*, ubi vide. Quam multa subtraxit caeco, ob quae illum quotidie erubescere et pudore angi oporteret, si in promiscuo versaretur. Gronovius. Fecit, ut eum puderet nimium propensae et prolixae humanitatis, qua eum pater prosequebatur. Ita *donare gaudiis*, Plautus; et pro remittere, donare, Declam. 360: *addat donasse illam filio petitionem*. Decl. 368: *donavit tibi testamentum patris*; et 375: *lusus, qui donari aetati possunt*; et passim Val. Flac. I, 473: *donat et Iphiclo pelagus*; an vero legendum *exoneravit*. Lat. Pacat Paneg. c. 17: *ad exonerandam debentium verecundiam*; add. c. 29, ubi bis, noster Decl. 5: *ut oneraret pudore conditionis*. Egi ad Se-

ter, ego tibi potius cederem domo tota. Nunc, miser, illam occupa partem, in qua nemo te videat, in quam solus ego veniam: sint circa te servuli fideles: non gemitus tuos audiat quisquam, non flebili moerore pascatur. Nihil est quod te sollicitet conversatione nostri. Secretum, quod caecitati praestatur, ideo praestatur, ut minus oculi desiderentur.

XVI. Aliquis odit filium caecum, et hac tantum ultione contentus est, ut illi assignet quietam, et sepositam, et meliorem domus partem? Ita ais? ego sic intelligebam, quasi abdicaret, quasi expelleret. Iratus igitur senex tenet iuvenem suum velut interiore complexu, et a limine obstat? Rogo, quod duos separat media domo te integram, sanam; illum infelicem, caecum, contumeliae opportunum, iniuriae facilem:

nec. controv. 22 in fin. de hoc loco. SCHVLTING. Non video quare Cl. Gronovius sobstituerit hanc lectiooem, quum aeque dicamos *dono tibi hanc rem*, et *dono te hac re*, ut Cicero pro Rosc. Am. 37: *quam ob causam a Chrysogono tantis praemiis donabantur.* ALMELOV.

Essem pater) *Pater* deest W.

Servuli) *Servi*, Leid. pr.

Nihil est, quod te sollicitet conversatione nostri) Lege, *conversatio nostri*, vel *nostra*. Causam non habes, cur desideres conversationem qootidianam omnium domesticorum. GRONOV. Quia nos conversabimur quotidie tecom, nihil erit, cur sis sollicitus, atque his finitur oratio patris. SCHVLTING.

Ideo praestatur) Desunt Voss. pr.

Desiderentur) *Desiderent*, Leid. pr. *desiderantur*, Voss. sec.

Ita ais) Illud *ais* non est in Voss. Gronov. nec Coloniens. et tamen necessarium. In voce *ita* latet *nit*, qood hic commodissimum. SCHVLT. *Ais* deest Leid. et Voss. omnibus, et Colb. pr. W. Luc. forte, *id autem ego sic intelligebam*, *a* saepe pro *autem posuerunt* librarii; hinc aotem verba Novercae. BVRM.

Abdicaret, quasi expelleret) *Abdicares q. expelleres*, Leid. sec. Voss. pr. qoart. *Abdicantes q. expellens*, W.

Iratus igitur) *Iratus ergo*, Lucas.

Interiore complexu) *In timore complexu*, Leid. pr.; *interiorem*, Leid. sec. quart.

Et a limine obstat) Quid si, *et ut alumnum observat*: SCHVLTING. *Et a limine exobstat*, Voss. pr.

Quod duos) *Duos qui*, W. *Quod duos separet*, Lucas. *Quod vos separat*, Leid. pr. Gronov. Obr. ita et Cl. Schulting. io Calpuro. Decl. 14: *vobis* pro *duobus* esse notat.

Illum infelicem) *Illam*, Laid. sec.

utrum filio irascitur, an uxori? Nolo, inquit, iuvenis utaris amoena domus parte, ne haec quae nitidioribus tectis elaborata sunt, pertineant ad oculos tuos. Quis tam stulte irascitur Caeco, ut putet illius interesse ubi habitare iubeatur: Te potius ille submovet, tuis invidiam facit oculis: tibi dicit, Sufficiat, satis est, habes maiorem domus partem: absentem puta, misero in paternis aedibus aliquem angulum relinque. Pater qui filio sub Noverca assignat secretam domus partem, confitetur uxori se abdicare non posse. Transit ad aliud genus defensionis. Sibi causam caedis non fuisse, quum hic heres inventus sit omnium bonorum. Quis enim alius esse debeat, ut huic properandum fuerit ad hereditatem? Filius scriptus non timet poenitentiam testamenti. Omnium bonorum heres relictus est. Non ergo irascebatur pater, quum daret secretam domus partem. Non possunt tibi diversa prodesse; eadem obiiceres reo, si exheredatus esset. Elige utrum voles: si scivit se esse heredem, amare magis patrem debuit: si ignoravit, non

Irascitur) *Irascatur*, W. Leid. et Voss. omnes, Colb. pr.

Nolo inquit) *Nescis inquit*, Colb. pr.

Ne haec) *Nec haec*, W. Lucas. Vidov. *nescis quae*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Gron. *nec quae niti*, Voss. pr. sed Gronov. et Voss. 2 *nescis*, et mox *non pertineant*. Cogitavi, *nescis haec*, *quae nitidiori supellectile adornata sunt: non pertinent* etc. vel *non nescis haec*, et mox *quod non pertineant*, quae postrema vox consensu retinetur; sequenti periodo, malim, *Et quis tam*. SCHVLTING. Mihi illud *nescis* non displicet, id est, non intelligis, non capis per caecitatem illa, quae nitida sunt; sic, licet paullum alio sensu, Stat. v. 345: *Tantosque iubet nescire labores*. Et VII, 674, *sua vulnera nescit*, id est non sentit, non curat; mox mallem, nec *pertinent ad oculos tuos: pertinere* vero, pro quo vulgo *pertingere* dicunt, de quo egi ad Quint. lib. II Inst., c. 4. BVRM.

Vt putet) *Vt* deest W.

Iubeatur) *Iubeat*, Leid. pr.

Summovet) *Summovit* et *fecit*, W. Leid. sec. Voss. omn.; *fecit odiis*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Puta, misero in paternis) *Puta miserum in*, Leid. sec. Voss. sec. Colb. pr. *Putas*, Leid.

Qui filio) *Quis filio*, Voss. sec.

Huic properandum) *Praeparandum*, Leid. pr.

Tibi diversa) *Sibi*, Leid. pr.

Si scivit) *Si sciverit*, Leid. pr.

Magis patrem) *Magis* deest W.

habuit quod speraret ex morte patris. Reliquum est ut intueamur, ille qui periit, ab utro magis vestrum desideretur.

XVII. Te, opinor, hic gravius afficit dolor; impatientius hic luctus exanimat, te, quae obsoletam protinus nubem, et tempori accommodata lugubria flammeo revertente mutabis: hic vero iuvenis, qui si fortunae suae mala quum praeteritis comparet, caecus coepit esse nunc primum: quid non miser in hoc sene perdidit? vivebat illi magna pietas, aderant quocumque iusserat de facie patris oculi: non illudere infelicibus tenebris contumaces servuli poterant; nec, quod extremum contumeliarum genus est, ut dominum ageret, roga-

Voss. pr. sec. Colb. pr.; *amare utrum patrem*, Leid. sec.

Quod speraret) *Quid*, W. forte recte, ut sit ex Virg. Ecl. II, 2, expressum: *Nec, quid speraret, habebat.*

Tuque obsoletam) *Teque*, Leid. pr. Luc.; *Teque obsoleta, p. nube*, Colb. pr. Leid. sec. Voss. pr. sec. lego *te, quae*, smat illas repetitiones. Decl. 11: *En ad quod erumpant manus* etc. *manus quae sua quoque ministeria non explicant.* Declam. 14: *Tu tibi cuiusque affectus praestatis, tu tibi aestimare permittes* etc. *tu cui non licet* etc. *ut nubem* vero, ita et *nimbum* Arnob. lib. II, videtor dixisse pro fascia frontali. Verba sunt, *laminas pertunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos.* Quae apud nostrates feminas adhuc in usu, quum lugent; Romsuis inter ornamenta et luxum fuere; legendum est autem *nubem* et *accommodata* etc. *lugubria.* Lugubria ad reliquum corpus pertinent: fuit autem tempus luctus definitum; v. l. 1, ff. de his qui notant. infam. ut vero *nubes*, pro tenuissima veste, ita *nebula linea*, Petron. Fulgent. *Syrmate nebulosae lucidae ternae virngines.* SCHVLT. Vid. interpretes ad Petron. cap. 55, et ita *nubem* pro tenoi veste interpretatur Torr. apud Horat. I, Od. 2. Ascensius vestem pullam interpretatur hic, *Te, quae obsoletam* etc., Obrechtus quoque expressit, et nos recepimus. BVRM.

Accommodata) *Accommoda tamen*, Voss. pr.

Revertente mutabis) Lege *derepente*, vel *repente*, Iuven. VI, 225: *Permutatque domos et flammea conterit.* SCHVLTING. *Flammeo revertentem aut abis, at hic iuvenis*, Voss. quart.

Qiud non miser) *Quid nunc miser*, Leid. pr. *perdiderit.* W.

Aderant quocumque) *Aderant ad quoscumque*, W. *Aderant ad quocumque* Leid. pr.; *aderant quodcumque* Voss. pr. (qui et *viserat*) et sec.

Infelicibus) *Infelicis*, Lucas.

Vt dominum ageret) Pro domino se gereret. Ita Declam. 336, *dominum*

bant. Nunc quanta, dii boni! ludibria sunt ineunda? Iunxere se pariter caecitas et solitudo. Quid tibi nunc, miserrime adolescens, hereditas prodest, quam tantum audis? quid enim circa te pecunia potest? quae fruendi voluptates? quid aliud, quam spoliorum facilis occasio? Quam bene ista omnia paterni oculi custodiebant! quam facile decipi, quam facile denudari, quam sine labore falli potes! quam cito inops fieri! Morte patris exheredatus es: quid nunc tibi nisi perpetuus imminet moeror et exsecratio vitae? miser post omnia et lacrymas perdidit, nec dolentem adiuvant oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat. Quaerit, ecce quaerit miser ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud innocens, donec habuit mea manus, tantum: si mori necesse est,

egi; contumelia, qualem nostri causa servator mundi, actus in crucem, subire debuit, Matth. XXVII, 29, et 39; adde infr. Declam. 17. SCHVLT.

Rogabant) *Rogabat*, Leid. et Voss. omn. Lucas.

Sunt ineunda) Duriusculum, cogitabam *metuenda* aut *subeunda*. SCHVLT.

Circa te pecunia potest) Rarior locutio, sed ex more eius temporis, quo varie hac propositione utebantur; sic dixit Quint. VIII Inst., 5: *Circa stillicidia affici;* lib. XI, 2: *Vanitas fuit atque iactatio circa memoriam suam.* Ita pro *erga* usi posteriores. Septimius de Bell. Troi. II, 25: *Neque parum Alexandro ad explendum amorem, si quem circa Helenam habuerat, transactum*; et cap. 34: *Abolitoque amore, quem circa Graecos habuerat;* leg. 88, §. 11, ff. de Legat. 2: *Si docerent eo animo circa se patronum fuisse.* Iustin. XIV, 1: *Simul ut quomodo circa se animati essent, cognosceret.* In lapide apud Grut. CCCXI, 2: *Cuius multi temporis bonitatem, et humanitatem eius circa se in brevi senserunt.* CCCCXII, 4: *Pro singulari eius circa se amore;* magis vero conveniunt huic loco illa Suetonii Claud. 14: *Novo circa principem exemplo.* BVRM.

Quae fruendi voluptates) Francius malebat *voluptas.*

Quam sine labore) *Quam cito sine labore*, Gryph. Vidov. Colin. Chevall. et alii.

Lacrymas perdidit) Senec. Phoenis. 240: *Lacrymae supererant; has quoque eripuit mihi.* SCHVLT.

Quod agat) *Quid agat*, Voss. pr. Gryph. Colin. Vidov.

Nunc inquit) Mallem ego, *huc, inquit, huc reddite.* Quae repetitiones nostro, et declamatoribus omnibus frequentes, neque poëtis insolentes. Vid. Heins. ad Claud. II in Rufin., 402. BVRM.

Habuit meas manus) *Habuit mea manus*, Ohr. quod placet.

illi potissimum incumbam. Hoc illa iam olim gravis et infelix anima querebatur: ubi nunc meae vires? ubi impetus? ubi dextra tam fortis? uno ictu, puto, ne me quidem ipsum mihi continget occidere.

Hoc illa) *Haec illa*, Leid. pr.

Querebatur) *Quaerebat* coniecerat olim Schultingius, recepit in textum Obrecthus: adscripserat et aliam coniecturam. Schulting.: *Hoc illi iam olim gratius, et hoc infelici animae quaerebat.* Intelligebat vero de Noverca.

Ne me) *Nec me*, Voss. pr.

Continget) *Contigit*, Leid. pr.

DECLAMATIO II.

CAECVS IN LIMINE

ARGVMENTVM.

Ex incendio domus adolescens patrem extulit. Dum matrem repetiit, et ipsam et oculos amisit. Induxit illi pater novercam. Quae accessit quodam tempore ad maritum, dixitque parari illi venenum, quod iuvenis in sinu haberet, et sibi promissam dimidiam partem bonorum, si illud marito porrexisset. Intravit ad Caecum pater, interrogavitque an haec vera essent: ille negavit: exquisivit, et invenit in sinu venenum. Interrogavit cui parasset, ille tacuit. Recessit pater, et mutato testamento, Novercam fecit heredem. Eadem nocte strepitus in domo fuit. Intravit familia in cubiculum domini, invenitque ipsum occisum, et Novercam iuxta cadaver dormienti similem, Caecum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub pulvino cruentatum. Accusant se invicem Caecus et noverca.

PRO CAECO CONTRA NOVERCAM.

CAP. I. Sentio, iudices, pudori iuvenis, pro quo

Huius Declamationis initium deest in plerisque codicibus, praeponitur etiam praecedenti; collatam hanc quoque cum Codice, quem ignoramus, sed quem litera L signavimus, invenimus. BVRM.

Caecus pro limine) *In limine*, Gryph. Colin. Vidov. et alii, et ita saepius in ipsa Declamationa, quare et in fronte ita legi voluimus. BVRM.

Dum matrem) *Cum*, W.

Quae accessit etc., *dixitque*) *Quae accedens* etc., *dixit*. W. *Dixit* quoque Leid. sec.

Si illud) *Si* deest W.

Interrogavit cui parasset) *Interrogavitque*. L.

Strepitus) *Strepitus factus in d. f.* Leid. sec.

Invenitque ipsum occisum) *Invenit patrem occisum*, W. *Invenit ipsum*, Leid. sec.

Caecus et Noverca) *Privignus et Noverca*, W.

Pro caeco contra Novercam) Haec deerant. W.

Pro quo minimum est) *Cui pro minimo est*, Colin. et ita Ascensius

minimum est, quod parricida non est, gravissimum videri, quod absolvendus est contra Novercam, et plurimum Caeco de reverentia deperire virtutum, quum in patrocinio summae pietatis aufertur, quidquid alium defenderet innocentem. Hoc primum itaque publicis allegamus affectibus, quod pro se reus indignatur uti corporis probatione. Solus omnium non remittit sibi,

alios legere notat, male; ita Petron. CXIII: *Aut, quod minimum est, sermone communi vocabat*, ubi vide Sciopp. Decl. VI, cap. 17: *Minimum est, habitamus in fluctibus*, et paulo post cap. 21: *Ingressus est maria, in quibus ium minimum periculi tempestas habet. Pro quo* autem dictum, ut Decl. 15, *Nemo questus est pro filio pater*, et ibid. *pro homine parum fuit*; et Decl. 235, *Ego etiam pro ipso existimo esse*; et 343, *Nihil de lege, quae pro pudicitia minetur*, quae loca notaverat Cl. Schultingius. Bvrm.

Parricida) *Patricida*, W. et ita saepius.

Deperire) *Perire*, Leid. sec.

In patrocinio) *In patrocinium*, et mox *affertur*. W. *Afferúr* etiam Voss. pr.

Patrocinio pietatis) Decl. 352, in sermone: *In conscientia maximi meriti gravissimum crimen obiici.* Vide Declam. 371, circa finem; et infra hac Declamatione: *sentio, iudices, iamdudum indignari miserrimum iuvenem, quod argumentis, quod probatione defenditur. Reddenda sunt maximo virorum patrocinia tam piae caecitatis* etc. Schvlt.

Publicis affectibus) Id est iudicibus, ut Decl. 4, *Sentio hoc ab affectibus publicis petendum*, et *a publica gravitate peto*, quod et occurrit Decl. 17. Quia Iudices repraesentant populum, eiusque gravitatem et affectus. Declam. 17: *Licet senex confundere publicos conetur affectus*; et Decl. 18: *Hoc ab affectibus publicis petit.* Declam. 15: *quatenus ad publicas aures secreta nostra proferre voluisti.* Schvlt.

Indignatur) Delet Gronov. Ita dein legendum sit, *nec ut incredibilior. Indignatur* tamen potius hic retinendum videtur, quia sequitur, *ignoscite per fidem, quod indignatur se iuvenis.* Schvlt.

Corporis probatione) *Corpus* pro calamitate corporis, ut Declam. 1. Ita *emere legem*, Decl. 345. Id est eius beneficium. Senec. Phoenis. 77: *Pectus antiquum advoca*, et Thyeste 930, *Fractum regnum*, et mox hac Decl. *Transferre in facinus* (id est facinoris infamiam) *caecitatis favorem.* Ita somnus *lucis requies*, id est curarum et laborum diei, dicitur Sen. Herc. fur. 1073, ita cape et illa Sulpitiae: —*Tantum Romana Caleno Maenia, iucundos pariterque adverte Sabinos.* Vbi hoc debebant notare interpretes, vide Iuven. XI, 189, et 204. Schvlt.

Non remittit) Pro *permittit*. Decl. 345: *quanquam ne remittis quidem istud reipublicae*; vide ad Senec. Suas. 1. Schvlt. *Remittere* pro *permittere* saepe sumi, notarunt Cuiacius XXI Obs., 29; Lips. ad Tacit. I Ann., 8; et III, 54; Iac. Goth. ad L. 3, C. Theod. de divers. resc. Bvrm.

ut incredibilior sit in parricidio Caecus, quam fuit, quum videret. Homo omnium, quos unquam miseros fecere virtutes, innocentissimus, parricidium negavit, antequam pater occideretur: et, ne quid hodiernae sollicitudini praestari putetis, fecit quod est summum in rebus humanis nefas, ne vel in alio crederetur. Ignoscite per fidem, quod modo indignatur se iuvenis in honorem tantum calamitatis absolvi. Filium qui patrem ex incendio sua caecitate servavit, facinus est hoc tantum innocentem videri, quod illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem, iudices, pertinet, quae defendi non potest, nisi patrem Caecus occidit, tam impudentem delationis necessitatem malo, quam si tantum negaret. Viderit, qui fiduciam veritatis putat, quod Caeco facinus obiectum est. Deprehensa mulieris audacia est, quae non potest, nisi incredibilium comparatione defendi: et quisquis Caecum invi-

Quam fuit) *Quam fuerit*, W.

Praestari putetis) Vide l. 220, ff. de verb. sign. l. 7, §. 5, ff. de minor. mox, *cui praestabat caecus ut viveret;* et Decl. 4: *Incertis adhuc dubiisque virtutibus praestitent, ut viverem;* et ibid.: *praestate causis, ut moriar.* Declam. 18 init. Vt *sciretis, non illi praestari, quod tacet maritus;* et ibid.: *possit videri silentium filio praestare.* Decl. 252: *at quoniam id diviti praestabat;* 338: *habet causam, cur praestare ei velit, quam duxit.* Aliter, sed eleganter, Iuvenal. XIV, 212: *Meliorem praesto magistro Discipulum — —* Vt apod Terent. Eunuch. III, 2, *solertem dabo.* Schvlt. *Praestare*, Voss. pr.

In alio) In Noverca intelligit Badius, sed rectius Schultingius in alio quocumque filio.

Quo modo indignatur) *Quod indignatur*, W. Colb. Codd. et editiones plurimae; *quod modo*, Lucas. Obr.

Absolvi. Filium) *Absolvi filium; qui.* Lucas.

Filium qui) Mallem *Filio.*

Nisi patrem) *Si patrem*, W. L. Voss. sec. tert. Colb. Cod. Lucas.

Tam impudentem delationis) Lege: *tam impudentis delationis necessitatem.* Schvlt. *Dilationis*, W. *delatoris.* Lucas.

Viderit) Vide Gronov. ad Senec. de provid. 1; Petr. cap. 61, 77, et alibi. Schvlt.

Quae non potest) *Quod n. p.* Leid. sec. Colb. pr.

Nisi incredibilium) *Nisi inter debilium operatione defendi*, W.

Caecum invicem) *Tecum invicem*, W. Schultingius hic transposita verba suspicatur et legit: *Defendi. Caecus in parricidio etc. deprehendi: et quisquis Caecum etc.*

cem accusat, solus est reus. Aliae, iudices, esse debuerunt adversus hanc debilitatem probationes. Caecus in parricidio non debet suspectus fieri, sed deprehendi.

II. Quaeso itaque, iudices, ut haec prima propter causam iuvenis putetis, quae contra illum nimia sunt. Nihil magis debet esse pro Caeco, quam quod adversus illum fuerunt multa fingenda. Et constat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parricidii similitudine. Congesta sunt adversus miseram debilitatem, ferrum, cruor, venenum, et quidquid non potest esse negligentiae, nisi nescientis. Nemo, iudices, nemo diligentior debet esse ad facinus, quam qui parricidium potuit facere Caecus. Iuvenis iste, de quo summa in rebus humanis monstra finguntur, eius fuit erga parentes semper affectus, quem nefas est optare de liberis. Quum domus ignium septa violentia rapuisset miseris senibus omne praesidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum naturae pietas? Dum diu multumque attonitus haeret, dum ad utrumque respicit, ad utrumque discurrit, paene infelicissimos parentes perdidit pietatis aequalitas.

Aliae, iudices) *Aliae inde esse debent*, W.

Vt haec prima) *Ait hic*, W. *ut haec prima propterea pro causa iuvenis*, quia mox, *nihil magis debet esse pro Caeco.* SCHVLTING.

Nimia sunt) *Nimiam sunt*, W.

De innocentia) *Ac de in.* W. Schultingius haec non divellit, sed eodem contextu legit *fingenda et constat* etc. Badius capit *et* pro *et tamen constat.*

Iuvenis iste) *Iuvenis audet.* W.

Eius fuit) *Eius sint*, W.

Monstra) *Monstrat*, Voss. pr.

Nefas est optare de liberis) *Nefas est optare liberis*, W. Posset legi *ne fas*; vide de vocum *fas et nefas* usu Schulting. ad Dial. de orat. cap. 37.

Septa violentia) *Septa incendia*, W.

Qua fugimus) *Qua fungimus*, W.

Rerum naturae pietas) Ita Decl. 17: *Quid ais rerum naturae pietas?* Decl. 19: *Habeo quos imputem tibi, naturae pietas.* SCHVLT.

Dum diu multumque) *Dum enim diu*, W.

Discurrit) *Decurrit*, Voss. pr.

Vt demum miserrimos senes cluserat iam propior ignis (audiat licet invita pietas), patrem iuvenis elegit, et de pariter ardentibus vices disposuit affectus. Vix dum posito sene, quum illum quoque miraremur explicitum, iterum flammas aperuit, et undique coëuntis incendii redditus globis arserat iuvenis, si tardius perdidisset oculos.

III. Facinus est existimare, iudices, non hoc quoque maximis contigisse conatibus, ut servaretur et mater. Minus tamen in utroque fecerat, nisi perdidisset oculos. Viderint, qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius salutem faciem vultusque consumpsit. Patri praestitit caecitatem, qui amisit oculos, dum repetit, quam reliquerat, matrem. Non exspectatis,

Vt demum) *Vt deinde*, W. L. Voss. pr. Leid. sec. Colb. Codd. Lucas.

Cluserat) *Cinxerat*, W. *duxerat*. Colb. sec.

De pariter) *Deperitus*, W.

Vices disposuit) Ita Decl. 7: *Tu de orbitate facies vices*. SCHVLT. *Vicem*, W. Francius malebat *per vices*, sed *affectus* est nominativo casu sumendus: est vero eleganter dictum, quia non utrumque simul, sed singulos ignibus eripere meditabatur: ita, licet in alia re, *positae vices*. Stat. X Theb., 18, de excubiis, quae sibi succedunt. Tibul. I, 10, 64: *Aut operum varias disposuisse vices;* ubi et a castrensi re tralationem esse vult Broukhusius. BVRM.

Vix dum posito) *Vix deposito sene*, Victor. Cod.

Miraremur) An *mirarentur*. SCH.

Flammas) *Flammans*, W.

Facinus est existimare) An *esse existimatis*? an est pro licet, ut Decl. 8: *Facilius est nosse languorem*; de quo vide Gronov. Observ. IV, an *potest existimari*? SCHVLT. *Existimare* deest W. L. Leid. sec. Voss. pr. Colb. Codd. et iidem mox *contigisse*, pro *commisisse*; ut et editiones pleraeque, quae tamen *existimare* agnoscunt, praeter Lucae. Sed Obrechtus edidit *commisisse*. Codex vero Leid. pr. incipit hic a *quoque maximis* etc. Forte legendum, *facinusne existimatis, iudices, n. h. q. m. contigisse conatibus* etc. hoc sensu, an quod patrem modo servaverit, matrem vero non potuerit eripere, scelus esse credetis? quasi ita matre submota, mox patrem speciosius e medio tolleret, ut in quo incredibile videretur, patrem, quem antea prae matre servaverat, interfecisse. Immo vero si utrosque salvis oculis servavisset, minus fecisset; quam nunc unum parentem servando, et alteri oculos impendendo. BVRM.

Minus tamen) *Munus*, Gryph.

In cuius salutem) *Salute*, Leid. pr. Gryph. Colin. Vidov.

Patri praestitit) *Pater praestitit*, Colb. sec.

certum habeo, iudices, ut excusem quod pater induxit Caeco Novercam. Factum est eo tempore, quo constabat patrem filio senem solvendo non esse. Contenderim quinimmo iuvenis fuisse consilium, ut pater, cui matrimonium filiumque abstulerat incendium, residua senectutis alia solaretur uxore: et ut domus quae Caecum tantum habebat et senem, acciperet ex coniugio ministeria custodita. Facinus est, iudices, quod bonos privignos novercae facilius decipiunt, nec levius oderunt. Quam multis insidiis, quam multis artibus patet caecitas innocentis! Mulier cui spem invadendae hereditatis praestabat debilitas privigni, senectus mariti, intellexit hoc solum deesse sceleris occasioni, ut prius infamaretur parricidii Caecus. Viso igitur hoc, quod sibi iuvenis non videbatur esse privignus, venenum quod in miser[illegible] sinu abdiderat, deprehensura, nuntiavit patri, tanquam parricidium pararetur. Et

Vt excusem) Hinc incipit Voss. sec.

Patrem filio senem solvendo non esse) Post ingentia nimirum et immensa adeo merita, quidquid faceret pater, non erat solvendo; quare minime suspicandum filii tum non habuisse rationem, quum induceret Novercam; et emphaticum est *senem*, qui non id egit, ut nuptiis dissiparetur hereditas, quod fit, quum minus probamus, quos susceptos et vivos habemus. Ita Decl. 8: *quibus artis suae solvendo non sit humanitas*; et Decl. 6: *ac solveret lucis usuram ubicumque*. In Voss. sec. erat *sene*. Ita *senectute* sit commodum, id est propter senectutem; an autem legi possit, *patri filium seni sustinendo non esse*? an *filium caecum solando*? an *subveniendo*? Schulting.

Alia solaretur) *Consolaretur*, L. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Acciperet) *Accipere et ex con.* W.

Ministeria custodita) Id est ministri, qui custodiuntur, eo sensu, quo est Decl. 5: *Tu custodies, utrum frequentius osculer*. Vel custodia ministrorum contingeret, ut Priscian. pro exerc. Rhet. p. 326: *Custoditur salva resp.* Id est salus Reip. Schulting. Prior sensus verior, ut uxor posset observare, et in officio continere ministros, ne fraudem faciant Dominis; vide ad Institut. IV, 2. Buam.

Bonos privignos) *Bonos* omisit Obrechtus.

Sibi iuvenis) *Si iuvenis*, W.

Non videbatur esse privignus) Id est nimium tribuens bonitati Novercae, et propterea facile deceptus. Schulting.

Sinu abdiderat) *Addiderat*, Voss. prim. (sed correctum erat *abdiderat*,) et sec.

quia mendacium poterat facile nudari, si quem conscium nominasset, totam delationem sic ordinavit, ut sibi crederetur promissam dimidiam partem bonorum, si venenum seni voluisset ipsa porrigere.

IV. Videtis, iudices, qua praeparatione Noverca ad testamentum patris accesserit. Mulierem quam credit maritus noluisse partem bonorum accipere pro scelere, necesse est sic remuneret, ut faciat heredem. O quanto aliter probaretur parricidium, quod iam potest deprehendi! Mulier, quae se dicebat in conscientiam sceleris admissam, non hoc primum exegit a patre, ut quaereret quis parasset Caeco venenum, quis dedisset: unde maximum sciebat posse fieri quaestionis errorem, instituit, ut innocentissimus iuvenis interrogaretur repente, subito infamatura velut deprehensi trepidationem, seu tacuisset Caecus, seu negasset. Adductus ad filium senex dixit iuveni quidquid audierat. Numquam, iudices, tam simplicis innocentiae fuit facinus negare. Non esset ausus iuvenis coram ea muliere mentiri, quae

Mendacium poterat facile nudari) Id est detegi, ut ab omnibus deprehenderetur, vide de hoc verbo Gronov. ad Liv. XLIV, 38, et nos ad Phaedr. lib. III, prolog. BVRM.

Conscium) *Occisum*, Voss. pr.

Quam credit) *Credet*, Leid. pr.

Vt faciat) Francius malebat *et faciat*.

Probaretur) *Probatur*, Leid. et Voss. omn. Colb. sec. qui et, *quod non potest depr.* habet.

Exegit a patre) *Exigit*, Obr.

Vnde maximum) *Inde m.* Leid. Voss. sec. Colb. Codd. *iudices m.* Leid. pr. sed pro var. lect. *inde*.

Vt innocentissimus) *Quod*, Leid. pr.

Deprehensi trepidatione) Conicerat Schulting. *deprehensam trepidationem*.

Adductus ad) *Adductus igitur ad*, W.

Nunquam iudices) *Numquid*, Gron. Cod. Pro *tam* lege *tum*, vel totum est delendum; aut lege: *num quidquam iudices*. SCHVLT. Badius deesse quaedam verba credit, ut *ille constanter negat*, vel similia, quia negasse putat iuvenem deprehensum.

Facinus negare) *Facinus actum negare*, Vietor. Cod. Gryph. Colin. Vidov.

Non esset ausus) *Non est* lege, et totum est ironice, vel *num esset*, sensu eodem, quod commodissimum; quare quum nunc confessus, planeque tacuerit, apparet eum innocentem esse. An *conscius* excidit? SCHVLT.

prodidit, et scivit ubi esset venenum. Vt vero sensit infelix instantem Novercam, postulantemque, ut sinus iuvenis exquireretur; tunc vero attonitus, haerens, et tota malorum suorum cogitatione confusus, intellexit hoc argumentum eius esse, quae parasset, ut posset deprehendi. Igitur propere, festinanter omnia membra pertractans, et mersis in sinum manibus, dum cuncta suspicionibus, dum tactu iuvenis explorat, venenum primus invenit.

V. Laudo, iudices, innocentiam silentii, laudo fiduciam, quod interrogatus cui parasset, non putavit sibi defendendum venenum. Rem quinimmo fecit eius qui sciret patrem non crediturum, et (quae maxima est innocentiae contumacia) persuasionem senis nulla voluit excusatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confessio. Quisquis habet venenum, habet et quod respondeat deprehensus. Fecit post haec senex rem hominis, quem non movisset quidquid invenerat. Non torsit ministeria Caeci, et de scelere in quo solus nocens esse parricida non poterat, non explicuit ordinem quaestionis, sed, quod plus est, quam absolvere, remisit iuveni defensionem. Vtrum deinde intellectis

Et scivit) *Et sciit*, W. Voss. sec. Gronov. Cod. Lucas. Gryph. Colin. Vidov.

Vt vero sensit) *Vt ergo sensit ins. an stantem*, W.

Tunc vero attonitus) *Vero* delet Leid. pr.

Eius esse) *Huiusmodi argumentum eius esse*, Leid. pr.

Pertractans) *Pertractens*, W.

Suspicionibus) *Suspectionibus*, Gry. Coliu. Vidov.; vide ad declam. 1, 2.

Primus invenit) *Prius*, W.

Laudo iudices innocentiam silentii) Malo *innocentiae silentium*. Vt mox *innocentias contumacia*, vel *laudo iuvenis innocentiam silentii*, vel *laudo silentium*, *laudo fiduciam*, vel *laudo fiduciam silentii*, *laudo* innocentiam. SCHVLTING.

Putavit sibi) *Sibi* deest L. Leid. sec. *putavit ei*, W.

Rem fecit eius) Ita mox *fecit rem hominis*. Declam. 258, in serm.: *hic pater aliquid etiam boni et clementis viri fecit*. SCHVLTING. Declam. 11: *rem boni ducis* fecit; 275: *fecit rem Lenonis*; 212: *rem facit boni mariti*, alibi saepius. BVRM.

In quo solus) *De quo S*. W.

deterrimae mulieris insidiis, filium paulisper voluerit exheredatione protegere, et diligentius de patrimonio suo deliberaturus, interim captaverit, ut videretur mulieris cupiditati iam non obstare privignus, an facillimum fuerit ut exheredationem quoque impetraret noverca Caeci ab homine, cui tam multa persuaserat, cogitationibus vestris relinquo. Hoc tantum dixisse contentus sum. Testamentum continuo mutavit: et ne quis miretur hanc festinationem, statim subsequutum est, ut periret. An interfuerit, iudices, iuvenis huius, ut viveret pater, qui iam alio moriebatur herede, vos aestimabitis: certe non interfuit, ut occideretur.

VI. Facinus, iudices, quod illa nocte in cubiculo Novercae, quod in lectulo factum est, domus tota persensit. Nemo non sibi visus est iuxta fuisse. Excitari sola Noverca non potuit illo in loco, unde venerat fragor. Concurrit familia quo sollicitos atque trepidantes ducebat strepitus, quem sequebantur. Invenerunt senem occisum, Novercam iuxta cadaver sic iacentem, ne statim possent interrogare, quis occidisset. Nuncia-

Deterrimae) *Teterrimae* ; Leid. pr. quae solemnis librorum permutatio ; v. Heins. ad Claud. in Rufin. II, 386 ; de vi vocis v. Brouk. ad Prop. II, 13, 70. BURM.

Voluerit) *Voluit*, Leid. pr.

Facillimum fuerit) *Fuit*, L. Leid. pr. sec. Voss. sec. *Privignus. An facillimum* etc. Lucas.

Vt exheredationem) *Vt heredationem*, Voss. sec. *ut exheredationi*, W.

Cui tam multa) *Multa* omittunt perperam quaedam editiones.

Vestris relinquo) *Nostris*, W.

Vos aestimabitis) *Nos*, W.

Certe non interfuit) *Certe* deest W. Colb. Codd. Lucae. *unde interfuit*, Leid. pr.

Persensit) *Sensit*, Leid. et Voss. omn. Gronov. Colb. Codd. Lucas.

Illo in loco) *Illo loco*, Leid. et Voss. omnes, Colb. Codd. Lucas. : *potuit ab illo in l.*, W. *non poterat*, Leid. pr.

Fragor) *Frangor*, Voss. pr.

Concurrit) *Cucurrit*, W. Leid. pr. Voss. pr. Lucas *currit*, L. male ; Phaedr. III, fab. 10 : *dum quaerunt lumen, dum concursant familia.*

Strepitus) *Strepidus*, Voss. pr.

Possent interrogare) *Posset interrogari*, W.

tum est deinde facinus et Caeco. Inventus est (quod innocentiae sufficit) non a scelere rediens, stans in limine cubiculi sui, animo quo discurrebant videntes. Vt deinde ferrum iuvenis inquireretur, exegit eadem utique quae postulaverat de veneno. Quod in lectulo gladius cruentatus inventus est, non deprecor, iudices, quin contra caecitatem non minus argumentum putetis, quam quod inveniri potuit venenum in parricidii suspicione. Gladius cruentatus novissima probatio debet esse, non sola. Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. Defensionem iuvenis primum lacrymis gemituque prosequimur. Perdidit infelix patrem: perdidit et caecitas illum senem, cuius oscula, cuius amplexum imponebat vulneribus oculorum; cui praestabat Caecus, ut viveret. Misera ignorantia, misera debilitas, quod te novercam non sic potius decipere maluit, ut biberes venenum.

VII. Facinus est, iudices, comparationem fieri, ut

Facinus et caeco) *Facilius et*, W.

Innocentiae sufficit) *Innocenti*, Leid. pr.

Non deprecor iudices) *Non deprecor videlicet*, Voss. pr.

In parricidii suspicione) Mallem *suspicionem*. BVRM.

Quam quod) *Per quod*, Leid. pr.

Ignoscite malorum periculor.) mallem *maiorum malorum metus*, ut *vis maior*, vel *magnorum*. SCHVLT. *maiorum periculorum*, Obr. et mox *prosequamur*, Leid. pr.

Infelix patrem) *Infelix iuvenis patrem*, Gryph. Colin. Obr. et alii.

Et caecitas) *Et caecitatem*, Leid. sec. Voss. sec. Colb. pr. *et* delere malebat Schult.

Cui praestabat Caecus) Badius malebat *qui*, sc. pater, *praestatur caeco, ut viveret.*

Ignorantia) *Innocentia*, Lucas.

Te novercam) *Te noverca*, Lucas.

Amplexum) *Amplexus*, Lucas.

Sic potius decipere) *Sit*, W.

Facinus est, iudices, comparationem) Forte: *Facinus est, iudices, comparationem fieri; in utro credibile sit parricidium.* Vel *Facile est, iudices, comparationem facere.* GRONOVIVS. Optime Gronovius haec emendat; nam postea expressis verbis dicit per *fidem, iudices, ab utro credibilius est occisum senem.* ALMEL. *Vtrum credibile vel incredibile*, W. Gronov. *cooperationem*, Voss. tert. sed. male: sic initio declam.: *Vt incredibilior sit in parricidio caecus.* Paulo post: *Non potest nisi incredibilium comparatione defendi*: *Vt sit parricidium*, Francius volebat.

incredibile sit parricidium. Idem vos putatis efficere noctium merita, et affectus osculis blanditiisque quaesitos, quod natalium pignorumque reverentias? Nullas ego facilius perire crediderim quam corporum charitates. Et licet matrimoniis paulatim reverentia gravitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate, qua coëunt. Vxor est, quam iungit, quam diducit utilitas: cuius haec sola reverentia est, quod videtur inventa causa liberorum. Aspicimus matrimoniorum singula momenta rixantia: mutant quotidie domos, et per amplexus lectulosque discurrunt. Placet etiam post liberos alius maritus: et unde deprehendas omnium scelerum facilitatem, possunt non amare viventes. Quid si huic uxoriae vilitati novercale nomen adiungas? Mulieri quae post liberos inducitur, matrimonii non contingit tota reverentia.

Idem vos) *Id vos*, Leid. pr. *putetis*, W. Leid. pr.

Noctium merita) *Nocivum*, W.

Reverentia gravitatis) *Reverentia et gravitas*. Vel forte *reverentia charitatis*. SCHVLT.

Distrahi facilitate qua) *Ea facilitate*, W. Leid. pr. *felicitate qua coëunt*, Colb. pr.

Diducit) *Deducit*, W.

Vxor est) Addebat Almelov. *Vxor ea est*; sed nihil opus.

Videtùr inventa) *Invecta videretur causâ lib.*, Leid. pr. nihil mulem, nisi eum W. *quod inventa videretur causâ liberorum*: *invenire* enim in hac re solemne quasi verbum. Teren. Andr. II, 3, 22: *inopem inveniet potius, quam te corrumpi sinat*. III, 3, 39: *Tibi generum firmum, et filiae invenias virum*. Suet. Calig. 25: *matrimonium sibi repertum Romuli exemplo*. Vide Cl. Gronov. et Schulting. ad Senec. contr. 21. BVRMAN.

Aspicimus) *Aspiciamus*, W.

Et unde deprehendas) *Et ut unde reprehendas*, Leid. pr.

Scelerum facilitatem) *Felicitatem*, Colb. pr.

Vxoriae utilitati) *Vilitati* in Gron. et Voss. sec. pertinet ad illa, *possunt non amare viventes*, et hoc modo *vilitas* est, quod vulgo *vilipendium*, quum quis alterum parvi facit: ita saepe in declam. Quintiliani. SCHVLTING. *Vilitati*, L. Leid. sec.; *uxoris utilitati*, W. at *vilitati* rectum est; vide ad Institut. lib. V, 7; et ita his in declamationibus centies confunduntur illae voces.

Non contingit) *Non contigit*, L. Voss. sec. Leid. sec.; *tori reverentia*, Gron. unde Schultingius, *non matrimonii, sed tori rev.* nempe eas veremur, ut cubantes cum patre, non tanquam matres.

VIII. Quanto alios praestat affectus, diligere vitae lucisque auctorem? Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est. Quisquamne mortalium confodiet illud sacrum venerandumque corpus, quod potest ex ignibus rapi? pro quo bene consumuntur oculi? non invenio, iudices, quemadmodum possit esse contra liberos salva reverentia. Non est difficile, ut maritum uxor occidat, si non est difficilius, ut filius patrem. Non est, iudices, quod putetis inter mulierem et virum de scelere quaeri: neque est quod se noverca sexus occasione tueatur. Maior est caecitatis infirmitas. Sunt et feminis ad scelera vires, quum habent causas viro-

Quanto alios praestat) *O quanto*, Gronov. Ita supra: *O quanto aliter probaretur parricidium. Praestat* autem hic est superat virum, nam hoc sensu et cum accusativo construitur; vid. Serv. ad Virg. I Aen., 135; XI, 458; Barth. XI adv., 3; et ad Stat. IV Theb., 206; Heins. ad Ovid. IV Met., 630; Liv. III, 61: *praestate virtute peditem*. BVRM.

Vitae lucisque) *Vitae lucis auctorem*, W. L. Colb. Codd. Leid. Gron. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Gryph. Colon. Vidov. *Vitae et lucis*, Voss. pr.

Liberi ac parentis) Scribe, *Liberum ac parentis*, nam ea vox etiam hoc numero de uno filio saepe significat. GRONOV. Ita et Badius coniecerat; sed et *liber* in singulari dicitur, ut ex Valla observat idem Badius; vide Salmas. ad Dedicat. Stat. Reg. Her. p. 92. BVRM.

Potest ex ignibus) Ita *posse* apud Calpur. Decl. 14, vide quae ad Dialog. de Orator. cap. 35, notavimus. SCHVLTING. Adde et quae Clar. Schult. ad Senec. lib. I contr., p. 67.

Pro quo) *Pro* non habet Lucas.

Rapi) *Recipi*, Gronov.

Salva reverentia) Explicatur hoc infr. Decl. 5: *quibus apud liberos salva est de mutua caritate reverentia*. Et paulo post: *Si vultis, iudices, ut huic nomini salva sit veneratio*; et ibidem *salva pietate*; et *salva charitatis aequalitate*; et Decl. 141 *Occidi pater non potest, sed quid refert, si difficultas ista non est salva animo meo*, id est, integra et tota, ut aliorum animus esse solet. Senec. Thyest. 1026: *Scelere quod salvo dari odioque possit*. Victorin. in lib. I Rhet. Ciceron., pag. 87: *perfecta ac salva sapientia, quiddam ei ad actus alios accedit*. An vero hic legerem, *possit esse non pro liberis salva reverentia? an contra liberos non salva reverentia*; ut mox, *contra iuvenem tamen esse non debet*, et paulo post, *contra liberos armantur uxores*. SCHVLTING.

Si non est difficilius) Commodius, ubi non est difficillimum, supr. Decl. 1: *nam si facile est filio occidere patrem, facilius est uxori maritum*. SCHVLTING.

Sunt et feminis ad scelera vires) Vt

rum. Quinimmo si interroges, facilius haec pectora metus, odium, ira corrumpunt: et quoniam non habent roboris tantum, unde vitia mentium vincant, plerumque facinus infirmitate fecerunt. Sane tamen illis sceleribus sufficere non possint, quae discursum, quae exigunt laborem: quod vero tam muliebre possis invenire facinus, quam occidere hominem iuxta te iacentem? aggredi senem, qui se tuis crediderit amplexibus? cuius somnos ipsa disponas? ipsa custodias? Omnis alius percussor deprehendi potest antequam feriat, uxor non sentitur, nisi dum occidit. Non est, iudices, incredibile, ut occiderit mulier hominem, quem dicitur potuisse caecus occidere.

IX. Facinus est, iudices, si caecos habere non credimus, nisi necessitatis innocentiam. Prima est infirmitas caecitatis, ut nolit. Fallitur quisquis hanc calamitatem non animorum putat esse, sed corporum: totius hominis debilitas est oculos perdidisse. Et si diligenter actus intuearis humanos, ministeria luminum sumus. Caecus non irascitur, non odit, non concupiscit. Et quum corpora nostra vigorem de luminibus accipiant,

de Medea apud Ovidium Hypsipyle, Ep. VI, 53: *Lemniadesque viros, nimium quoque, vincere norunt;* et vs. 128: *Medeae faciunt ad scelus omne manus.* BVRM.

Ira corrumpunt) An non *ira irrumpunt;* ut ex voce *ira* nata sit depravatio, BVRM.

Roboris tantum) *Tantum* deest L. Leid. sec.

Vnde vitia) *Vnde* pro *quo* videtur uti noster; ut paulo ante, et *unde deprehendas omnium scelerum facilitatem.* BVRM.

Plerumque facinus) *Plerique*, Ohr. sed de feminis agitur; *fecerunt* autem recte Schultingius post Graev. lect. Hesiod. cap. 5, explicat pro *facere solent.* Vide et ad Iust. I, 2, unde apparet nihil opus esse cum Francio legere, *facinus committunt;* qui videtur timuisse ne *facinus facere* satis Latine diceretur. Certe infra cap. 16, iterum occurrit, *non sufficiunt facinus facturo solae cogitationes*, et alibi. BVRM.

Non possint) *Non possunt*, Leid. pr.

Quae discursum, quae exigunt) Transponebat Francius, *quae discursum exigunt, quae laborem.*

Ipsa custodias) *Atque custodias*, Leid. sec.

Dum occidit) *Cum*, W.

pereunt cum suis vitia causis. En ad quod erumpant manus, quae proxima quaeque tamdiu quaerunt? manus, quae sua quoque ministeria non explicant? Audebit quidquam corpus illud quod ad singulos sibi videtur decidere motus? cui quidquid ante se est, donec exploretur, abruptum est? Facinus admittet, in quo nihil ipse facturus est? Facinus quod totum credat alii? Quid si caecitas sit, quam fecerint ignes? Nemo in incendio solos ex homine perdit oculos. Tunc facies sentit incendium, quum ambusti defecere gressus, quum opponi non possunt pro oculis manus, et ad lumina nostra flammas omnium membrorum vulneribus admittimus. Caecum vel hoc faciet innocentem, quod licet viribus, licet sufficiat audacia, non habet persuasionem hominis, qui possit imponere.

X. Nefas est, iudices, hunc iuvenem reliquarum debilitatum ratione defendi. Quam incredibile est ut occiderit patrem, qui pati non potuit, ut perderet? Rogo, quid opus est gladio; quid veneno parricidae? quantulum fuit potius servare matrem? rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peritura: parricidium sic facere potuisti, ut optimus filius videreris. Quantum deinde

En ad quod) Forte, *Et ad quod.* Schvlt.

Sua quoque) *Sua quaeque*, W.

Decidere) Vide Gronov. ad Herc. furent. 269. Schvlting.

Abruptum est) *Arbitrium est*, Voss. pr.

Perdit oculos) *Perdidit*, W.

Sentit) *Sensit*, Leid. pr.

Vel hoc faciet) *Faciat*, Voss. sec.

Licet viribus, licet sufficiat) *Licet viribus sufficeret audacia*, W.

Qui possit) *Quae possit*, Editi nonnulli.

Hunc iuvenem) *Hunc* deest W.

Vt perderet) *Perderetur*, W. et Leid. pr. pro varia lectione. *Vt perderet eum*, Gryph. Colon. Vidov.; *periret* coniecerat Almel. sed nihil muta. Non potuit hoc a se impetrare, ut relinqueret patrem in ignibus, et ita perderet, et iam occideret, postquam servasset: de illo *pati non potuit*; vid. Gronov. ad Senec. Herc. Oel. 470. Bvrm.

Opus est gladio) *Est* deest L. Leid. et Voss. omnibus, Lucae, Gryph.

Quid veneno parricidae) *Parricidium*, Colb. sec.

putatis impatientissimis affectibus accessisse post caecitatem? carior est pater, quum in locum successit oculorum: et tunc est infinita pietas, quum in illa debeas amare, quod feceris. Quid dicitis, iudices? transferet in facinus hunc caecitatis suae iuvenis favorem, ad quem quotidie laudatura civitas coit, cui assident omnes liberi, omnes parentes? faciet se pietatis pariter et sceleris exemplum? Facilius est, ut occidas patrem, a quo sis ipse servatus. Nullius unquam, iudices, parricidii magis debuistis excutere causas: cupiditas, inquit, iuvenem egit in facinus; hoc si credibile, si verum est, debet videri, mulier heres maritum, an patrem caecus exheredatus occiderit. Habeant sane, iudices, hanc nefariae cupiditatis festinationem, quos vitiorum ardor, quos quotidie luxuria praecipitat. Quo caeco hereditatem vel innocenti? oculi sunt, oculi per quos paupertatem ferre non possumus: oculi tota nostra luxuria: hi nos in omnia quotidie vitia praecipitant, mirantur, adamant, concupiscunt: facilius impleas animi satietatem. Quo per fidem divitias iuveni, apud quem om-

Quum in locum) *Cui in locum*, Leid. pr. a man. sec.

Debeas amare) Clarius esset, quum in illa debeas debilitates, amare, quas feceris. Adde Decl. 8: *an debile amare, quod* etc. SCHVLT.

Transferet) *Transferret*, Voss. pr.

In facinus) Id est hunc suae caecitatis favorem, mutata sceleris infamia. SCHVLT.

Caecitatis suae) Illud *suae* non placet, nisi legatur *iuveni*. SCHVLT. *Iuveni* est in Leid. sec. *fervorem* etiam Voss. sec.

Cui assident) *Assideret*, W. Male; proprie loquitur, ut de debili et quasi aegroto et lugenti oculorum calamitatem cui assident, ut consolentur, et officia exhibeant, propinqui et amici; vid. Passer. ad Propert. IV, 1, p. 591, et Heins. ad Ovid. Ep. XX, 137. BVRM.

Faciet se) *Faciat*, Voss. pr.

Debuistis) *Debuisti*, Leid. sec.

Excutere causas) *Discutere*, Voss. sec.; *excurrere*, Leid. pr. nihil muta; sed vide ad Petron. cap. 88.

Hoc si credibile) *Hoc si credibile esset*, Leid. pr.

Quo caeco hereditatem) *Quo caeco hereditas est, vel innocenti*, W. *Quo caeco hereditatem vel innocenti*, Leid. pr. recte, ut puto; vide Heins. ad Ov. Epist. II, 53.

Oculi sunt, oculi) *Oculi sunt per quos*, W.

nium rerum diversitas periit? Circumdes licet hanc debilitatem fulgore, divitiis; caeco tamen tunc magis cuncta desunt, quum contigerunt; nec invenias debilitatem, cui magis cum paupertate conveniat. Homo in honorem parentum excaecatus, patrimonio sub patre melius utetur.

XI. Et quod per fidem parricidii genus iuvenis elegit? venenum, inquit, paravit. Cur per fidem, si sufficit, ferro facinus aggreditur, cui adhibere conscium, cui praestare debeat ministrum, quum maius habere possit in gladio parricida secretum? An postea iuveni succurrit, quid possent facere manus, et se circa venenum

Diversitas periit) *Perit*, L. Leid. sec. Voss. sec. Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Desunt, quum contigerunt) *Desunt quum alias contigerint*, Voss. pr.; *quum contigerint*, Gron.

In honorem) *In honore*, W. L. Leid. pr. Voss. pr. sec. Gron. Gryph. Colin. Vidov. Obr. ita apud Flor. III, 20: *In honore virium gladiator*; ubi tamen, ut et hic, *in honorem* malim: ita enim. Idem lib. I, 3: *cui in honorem virtutis regnum ultro datum*; et III, 5: *in honorem mortuorum sacris suis fumaeque donavit*; et IV, 12: *in illius honorem concupiit facere provinciam.* Quibus omnibus locis tamen paulo aliter debet accipi, atque hic. Nam in *honorem parentum excaecatus* est, qui eorum causa amisit oculos, ut, eos servaret, et inde laudem et honorem reportaret: ibi *honor* est pretium, vide quae notamus infr. ad Declam. 4, 5; ita hac Decl. cap. 1: *indignatur se iuvenis in honorem tantum calamitatis absolvi*. Burm.

Si sufficit, ferro facinus aggreditur) Forte *si sufficit, ferro facinus ag.* Schult.; et ita Voss. sec. et Gryph. Colin. Vidov. Obr.

Adhibere conscium) *Adhibere consilium*, Victor. Cod.

Debeat ministrum) *Cui patrare debeat ministerium*, Leid. pr.

Quum maius) *Cui magis*, Leid. pr. Voss. pr. *quum magis*, Voss. sec.

Et se circa) Lege, *Et sero circa venenum deprehensa debilitate collegit inde vires.* Schult. Non ego autem elegantissimam locutionem, quae desumpta ab illis, qui pugnant omni vi, et totum robur, quasi dissipatum, in unum contrahunt: ita Aeneas *se colligit in arma*, apud Virgil. XII, 491, de quo vide pluribus agentem Broukh. ad Tib. I, 9, 14; Stat. XII, 759: *Extrema se colligit ira*; XI, 545: *In clypeum turbatus colligit artus.* Virg. X, 412: *Seque in sua colligit arma.* Dictys. Cret. III, 7: *collegit sese in arma.* Quod Senec. de Tranq. 8, vocat *contrahere in arma.* Et contra, *se effundere* et *effusi* dicuntur, de quibus etiam ad Valer. Flac. IV, 304; et Calpur. Flac. Decl. 2: *effusiora corpora* opponit *collectio-*

deprehensa debilitas collegit in vires? Nemo, iudices, nemo nescit, quemadmodum possit occidere. Intellexit, iudices, noverca quam incredibile esset, ut videretur caecus parasse venenum: igitur adiecit tentatam se, ut illud ipsa porrigeret. Date per fidem, iudices, operam; invenite verba: secreto privignus et Noverca de parricidio loquuntur: ita se non putat uterque tentari? Quid cogitatis, quid dicitis, iudices? nullumne in tota domo quod corrumperet, aliud parricida pectus invenit? difficilius hoc credas novercae, si te a nullo alio putes impetraturum: non ergo iuvenis credit hoc omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primum esse sermonem? Novercam timeas negantem: non habet fidem ei credere parricidium, quem scias proditurum, nisi impetraveris.

ribus. Plura nos et ad Val. Flac. VII, 335; *et si* edidit Lucas. BVRM.

Nemo, iudices) *Nemo enim iudices*, Leid. pr.

Igitur adiecit) *Ideo*, Leid. pr.; *igitur adtur*, W.

Date per fidem) *Dare*, W.

Operam) Deest L. Leid. 2, Gronov. Voss. pr. Colb. Cod. et abesse potest.

Invenite verba, secreto privignus) Malim: *Invenite verba secreto: Privignus.* Vel *secreti.* SCHVLTING. *Invenire*, Colb. sec. et ita in quibusdam editis.

Non putat uterque) *Non putant*, W. non ineleganter: ita Sallust. Catil. 49: *nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant.* Et ita alii loquuti fuerunt. BVRM.

Quid cogitatis) Deest W. L. Leid. et Voss. omnibus, Gronov. Colb. Codd. et Lucae.

Nullumne in tota) *Nullumne tota domo*, W. L. Leid. sec. Voss. sec. Colb. sec.

Invenit) *Invenitur*, W.

Hoc credas) *Haec credas*, Leid. pr.

A nullo) *Nullo alio*, L.

Iuvenis credit hoc) Forte, *credat hanc omne.* SCHVLT. *Haec*, Leid. pr.

Timeas negantem) Malebat Badius: *vel non negantem*, quod in margine Gryphii est. *Timeas negantem vel non. Non habes*, Vidov.

Non habet fidem ei credere) Duriuscule dictum, licet sensus videatur. Non est credibile, ut ei credas parricidium etc. In Voss. pr. est, *habeas*; unde conieci, *non audeas ei credere.* Vt *fidem* ex sequentibus sit repetitum, Livius II: *Ausus rem, plus apud posteros habituram admirationis, quam fidei.* SCHVLTING. Ego nihil moveo; *habere* enim *fidem* eleganter dicitur res, cui creditur, et idem est, quod invenire fidem, ita inf. Declam. 4: *quum iam fidem membra non habeant,*

XII. Per fidem, iudices, diligenter attendite criminis diversitatem: tentatam se in parricidii conscientia mulier affirmat. Quis vero dubitet, nunquam hoc privignum fuisse facturum, si habere conscium potuisset alium? atqui venenum iam paravit, emit: et quum hoc ipse facere non potuerit caecus, quis est iste, cui parricidii tantum instrumenta creduntur? cur non idem porrigit seni? vel si non potest decipi maritus, nisi manibus uxoris, cur ante parricidium struitur, quam sciat, an noverca promittat? nam quod vult videri promissam sibi partem bonorum, non est argumentum, nisi et ipsum probatur. Mulier quae sollicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit, ne illam parricida decipiat? et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu proditura. Adde, quod neque odit

supra sua facta rideri. Vid. Vavass. de vi et usu quor. verb. p. 6, et Pass. ad Propert. III, eleg. 6. BVRM.

In parricidii conscientia) Lege *in conscientiam*, id est, ut vellet esse cooscia; v. Schult. ad Declam. 2, cap. 7. BVRM.

Quis vero dubitet) *Qui vero*, Obr. et alii editi; *quis non d.*, Colb. sec.

Venenum iam paravit) *Venenum habuisset, iam paravit*, Gronov. unde conieci: *Atqui venenum habuit iam paratum, emptum. Et quum ipse facere*, SCHVLT. *quod*, W.

Et quum hoc ipsum) *Quum haec ipse*, L. Voss. sec. *et quum hoc ipse*, Leid. pr. sec. Gron. Victor. Cod. Gryph. Vidov. Colin.: *et quum haec ipsum*, Colb. pr.

Cur non idem) *Cur non ita*, W.

Cur ante parricidium) *Cur non ante*, Voss. sec. nihil muta; *parricidium struere* est meditari, animo suo decernere. Ita Val. Flac. III, 586: *Quid struat Alcides, tantaque quid apparet ira*, ubi plura dicemus. BVRM.

Nisi et ipsum probetur) *Nisi et si ipsum*, Leid. pr. a prima manu pro *nisi si et ipsum*, ut puto, et saepe in Institutionibus vidimus. Vid. lib. III, cap. 10, iof. *probatur* etiam Leid. et Voss. omnes et Colb. Codd. Francius malebat: *nisi id ipsum probetur*. BVRM.

Et probationes) *Probationis*, Voss. pr. *proficere*, Colb. sec.

Seu factura quod rogabatur) Legendum videtur *seu celatura facinus, quod rogabatur, seu proditura*. Etiam probatiooes prospicere debet, quamvis esset celatura, quia fieri possit, ut privignus, quamvis revera destinasset parricidium, tamen quia communicanti cum noverca, et ad facinus eam sollicitanti negata erat opera, ultro novercam accusaret cogitati parricidii, ad quod una patruodum ipsum appellasset. Quod hic tanto magis erat metuendum, quod, ut

novercam caecus, qui parricidium credit: neque hereditate corrumpitur, cuius contentus est parte dimidia. Nemo, iudices, parricidium faciet, quo alius utatur: exigo igitur, ut istud parricidium caeci, tu socia, tu conscia manifestius probes. Quid opus est, ut iam venenum iuvenis habeat? potius sermonibus vestris interpone testes, fac coram servis loquatur, fac intersint amici, fac audiat pater. Facillimum est caeci decipere secretum: utere, mulier, homine qui se commisit oculis tuis: utere verbis, quae regis manibus, quae moves: volo venenum ipse proferat, ipse porrigat: volo te rursus in facinus hortetur, volo plura promittat. Parricidium caeci deprehendi potest, dum tibi fatetur.

XIII. Sed, inquit, inventus est tenens venenum. Exiguum argumentum noverca, de magna facilitate fecisti: non accusas caecum, sed ostendis. Homo expositus ad omnem occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quaeque decipiunt, quid refert

sequitur, ex novercae accusatione et testimonio, non invisa privigno, sed amica erat, propterea quod nihil habuit caecus, ut noverca heres instituta, cur impelleretur ad parricidium, quum ne totam quidem hereditatem, quamvis ipsi debitam, sibi peteret: *Postremo, nemo, iudices, parricidium faciet, quo alius utatur* etc., ubi videtur *postremo*, aut excidisse, qua clausula ostenditur, nullius utilitatem in negotio versatam, nisi novercae. Quo magis ad illam suspicio respicit, unicque probationes illi quaerendae, unde a se culpae suspicionem avertere possit. Nequaquam autem sufficit, ut tantum accuset: quare etsi *factura* posset retineri et explicari, *celatura* tamen commodius. Nam si factura, quo illi probationes, quum parricidii haud dubie esset rea? SCHLTING.

Cuius contentus) *Qui contentus*, W. Leid. pr.

Quo alius utatur) *Quo non ipse, sed alius utatur*, Leid. pr.

Sermonibus vestris) *Nostris*, Lucas.

Vtere verbis, quae regis) Forte *utere membris, quae regis*. Vt paulo post, *composuit membra*. De verbis iam praecessit. Et mox *manibus, quas moves*. SCHVLT.

Dum tibi fatetur) *Sibi*, Voss. pr.

Exiguum arg. de magna facilitate) Quia res haec facilis, ut tua fraude habeat caecus venenum, ideo argumentum est leve. SCHVLT. *Felicitate*, Leid. pr. a manu pr. Colb. sec.

Homo expositus) *Non expositus*, Leid. pr.

quid in sinu habeat? ille quem deprehendere possis, qualem relinquas? a quo modo noverca digressa est, cuius ordinavit vestes, tetigit sinus, membra composuit, venenum potest habere sic, ut nesciat; potest sic, ut aliud putet: si mehercule volueris, tenebit palam: si iusseris, accipiet coram servulis, coram amicis: et si venenum non dices, hauriet, bibet. Nullo magis, iudices, argumento potest innocentia caecitatis intelligi, quam quod videtur iuvenis deprehensus: si parricida est, et exquiritur, hanc saltem sibi praestabit dissimulationem, ne teneat venenum. Neminem, iudices, credo mirari, quod iuvenis interrogatus cui parasset, verba non habuit: non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, venenum iuvenis expavit: auferunt nobis vocem, quae fieri posse non credimus; et silentium est admiratio subita miserorum: nescit tacere deprehensorum scelerum trepidatio; et statim respondet illa cum suo sibi scelere parata defensio. Tacere facilius est de-

Habeat? ille) *Habeat ille? quem*, Lucas.

Quo modo) *Aut quomodo*, Leid. pr.

Mehercule) *Me haeredem*, W. et mox si *iuxeris*, vel *vixerit*.

Tenebit palam) *Tenebit te palam*, W. L. Leid. et Voss. omnes, Colb. Codd. Gronov. non male: *palam* enim veteres cum ablativo construxisse docoit summus Gronovius ad Liv. XXV, 18, et nos ad Ovidium pluribos adstroemus. BVRM.

Si venenum non dices) *Si bene nomen diceres*, Voss. sec. forte, *Nisi bene nomen dixeris*. SCHVLT. *Si venenum non diceres*, Lucas.

Ne teneat venenum) *Scilicet ne teneat venenum*, Leid. pr.

Fuit illud) *Illud* deest Leid. pr. male: ita supr. cap. 5: *non fuit illud trepidatio*. Et mox cap. 23: *iam non erat illud penates*. Et ita saepe. Vid. ad Decl. 5. 6. BVRM.

Non patris indignatio) Id est propter patrem. Vt Terent. Andr. I, 5, *pudor patris*. Sic mox *ratio tabularum*, quae reddenda propter tabulas. SCHVLTING. De hoc modo loquendi vide Moret. ad Cicer. II, Catil. 2; Barth. adv. XI, 13, et ad Statii V, Theb. 565, et XI, 310; Voss. ad Pomp. Mel. II, 7; Periz. ad Aelian. II, 25; Broukh. ad Prop. IV, 7, 65 et alios. Quibos plura adhuc addere in proclivi foret. BVRM.

Venenum iuvenis expavit) Malim *ad venenum*. SCHVLT.

Auferunt) *An ferunt*, W.

Silentium est admiratio) *Silentium nobis est*, W. *Admonitio* quidam editi, quos sequutos Obrechtus.

Cum suo sibi scelere) De hac lo-

ceptis, quam deprehensis. Quid per fidem facere vultis iuvenem, quem de parricidio consulit pater ille servatus? miror hercule non dixisse, *Volui, sum veneficus, sum parricida*: et invidiam putarem, si confessus esset. Bene quidem, quod nescit iuvenis, quemadmodum parricidium neget, neque habet illa deprehensorum multa verba: venenum quod tenet caecus, ipsius est, si illud excuset.

XIV. Sed, inquit, exheredatus est a patre. Poteram, iudices, secretum hoc senis profundumque vocare consilium, contra iuvenem tamen esse non debet, etiam ut de parricidio crediderit novercae. Notum hoc, iudices, ac vulgare facinus est, quod plerumque contra liberos amantur uxores; et sequentium matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimae servitutis est senex maritus, et uxoriae charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quod necesse est impatientius amet maritus uxorem, qui sibi videtur filium iam perdidisse? facillimum est de caeco parricidium credere, quum hucusque erraveris, ut inquireres. Volo scire, iudices, quid fecerit homo senex, qui parricidam filium sciat:

culione vide ad Petron. 66. Terent. Adel. V, 8: *suo sibi hunc gladio iugulo*. Recte autem huc advocavit illa Iuvenalis ex Satyr. VI, 284, Badius: *Nihil est audacius illis Deprensis, iram atque animos a crimine sumunt.* Burm.

Facere vultis) *Vultis* deest Voss. sec.

Bene quidem quod) *Bene quod*, L. Leid. et Voss. omnes. Colb. Codd. Gronov. *bene quidem nescit*. Lucas.

Poteram iudices) *Poteram hoc iudices*, Leid. pr.

Crediderit) *Credidit*, Leid. pr.

Quod plerumque contra) *Plerumque* deest, W.

Infirmissimae servitutis) Badius malebat *infimae*, cui accedebat Schultingius.

Concipimus) *Excipimus*, Voss. pr.

Quid quod) *Quid* deest Colb. sec.

Iam perdidisse) *Iam* deest L. et Leid. sec.

Volo scire) *Volo quidem scire*, Leid. 1.

non culeum parat, non illud porrigit venenum, non saltem abdicatione dimittit: testamentum tantummodo mutat; et parricida sola paupertate punitur. Rogo, quis praecipitat? urget? adeone non potest fieri idem postero die? gravius hoc faciet pater, si non praestiterit uxori. Quid quod hoc ipsum tam placide, tam quiete facit, quasi captet imponere? quid dicitis miserorum parentum affectus? exheredaturus filium pater, non advocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lacrymis tabulae, nulla vociferatione complentur? Nescis, senex, quanta tibi opus sit ratione tabularum: exheredas miserabilem parricidam.

XV. Non est, iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exheredationem iuvenis elogium, quia de scelere constaret: nemo unquam ideo non obiecit filio parricidium, quia crederetur. Per fidem, iudices, duorum inter quos de scelere quaeritur, aestimemus mutato testamento proximam noctem. Iuvenis, seu innocens, seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet: nec facile dixerim, unde maior trepidatio, si alienum tenuit,

Non culeum) *Non eculeum*, Leid. pr. *Culum*, Locas.

Non illud porrigit) *Non illi*, W. Leid. pr.

Non saltem) *Non saltum*, Leid. pr.

Abdicatione) *Abdicatio*, Leid. pr.

Mutat) *Putat*, Voss. pr.

Gravius hoc faciet) Quid si *gradu* pro gradatim: ut apud Vellei. lib. II ioitio. Ao *tardius*, id esl consideratius. *Praestiterit* vero est, uxoris causa feciase videatur, qui nunc id fecit, ut exheredalio0e filium prolegeret. Dial. de Oralorib. *Hi, quibus praestant, indignantur.* Schvlt.

Praestiterit) *Praestitit*, W.

Tam placide) *Tam placidus*, Colb. sec.

Captet imponere) Ita saepe io his declamationibus occnrrit hoc verbum. Vide ad Phaedr. IV, 7. Bvrm.

Non contrahit) *Non* omittunt quidam editi, et Obrechtus.

Opus sit) *Opus est*, W.

Elogium) Vide Munker. ad Fulgent. Mythol. I, 1. Almel. et comm. ad Petron. 53.

Ideo non obiecit) *Iam non obiecit*, Leid. pr.

Quia crederetur) Fraocius volebat *crederet*.

Aestimemus) *Existimemus*, W.

Si alienum tenuit, an suum) *Si suum vel alienum tenuit v.* W.

an suum venenum. Noverca rem inter manus habet anxiam, trepidam: nihil est difficilius quam differre gaudium, quod scias te non mereri; et filio se esse praelatam, non est longa persuasio: exspectat nunc, ut iuvenis agat causam postero die, ut credulum senem propinqui, ut civitas universa castiget; et se noverca sensit unius tantum noctis heredem. Non creditur testamento hominis, qui eadem nocte qua filium exheredavit, occiditur.

XVI. Tractemus nunc, iudices, ipsius sceleris comparationem. Caecus ignorat, ut iaceat senex, an iam quiescat: et quam difficile est, ut credat illum, qui modo de parricidio suspicatus est, dormire patrem? tu sentis quando senem vicerit lassitudo curarum. Caeco quis renuntiat quod diei noctisve secretum? scis pariter an una quiescentium fores vallaverit cura servorum: tu facere potes occasionem, uxor et domina. Caeco fortassis ad aliud limen errandum est: tibi hoc solum restat, ut ferias. Caecus necesse est quietem patris ipsa corporum electione confundat: tu iugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterum

Anxiam, trepidam) *Anxia, trepida*, Badius correxit, quem sequuti Gryph. Colin. Vidov. et alii.

Quod scias) *Quo scias*, quidam editi.

Se esse praelatam) *Se non esse praelatam*, W.

Ipsius sceleris comparationem) *Ipsius sceleris etiam comp.*, W. Leid. pr.

Vbi iaceat) *Vtrum iaceat senex*, W. *utrum iaceat* Leid. pr. et in marg. alii *Vt*, quod pro quamvis positum est, ideoque non mutandum.

Scis pariter an una) *Scit qualiter antea quiesc.*, W. *aut sitis pariter an una*, Voss. sec. Gronov. *ecis pariter an vita*, Leid. sec. Schultingius coniiciebat: *secretum, an sitis pariter*. Vt Terent. Eunuch. III, 8, 26: *una esse cum aliqua*. Et mox *pariter iacentium diversitas*: nescit enim caecus an pater sit solus, an cum noverca, ideo addit *an sitis pariter*.

Confundat) Hic est turbet, ut Petron. cap. 132, *quis dominae hilaritatem confuderit*. Et ita saepe hac ipsa Declamatione.

Nobis iterum casus redit, rursus) *Nobis lumen, casus, rursus reditus, incerta merita tentanda*, Leid. pr. *nobis iterum casus, rursus reditus*

casus redit, rursus incerta tentanda sunt: tibi restat, ut statim membra componas, ut quiescas. Non sufficiunt facinus facturo solae cogitationes, et vix tam multa pariter sciretis oculi. Per fidem, iudices, ab utro credibilius est occisum senem? a noverca quae et prospexit, ut alius posset esse suspectus? an a iuvene, cuius invidia periturus erat, etiam ut illum alius occidat? Intuemini per fidem, iudices, procedentem parricidam: quos non ista vestigia frangant rumpantque somnos? vestigia plura semper errantium, quae non valent suspensis praetentatisque gressibus librare corpus: et quia diu sunt incerta, nutantia necesse est gravius premant solum, cui crediderint. Quanto ex hoc turbae plus accipiat necesse est illa nocturni silentii quies, quod ambulantis caeci nec manus cessant, praemittuntur, explorant, et adesse se nuntiant? illa per quae comple-

incerta tentanda, W. Gronovius. *Nobis iterum casus rursus redit*, *incerta*, Voss. sec. *nobis limen*, *casus*, *rursus reditus incerta*, Lucas.

Incerta tentanda) Si legas cum Gronov. *rursus reditus*, et deinde *et incerta*', plena sunt omnia, vel *incerti tentandi sunt.* Sed mox: *ecce iterum per eadem incerta redeundum est*, *omnia rursus periculosa tentanda venienti*. Vnde *venire* pro *ire* videtur positum. Nisi legas *revenienti*, quod probum, vel *revertendi*, vel *ut venienti*. SCHVLT.

Vt quiescas) *Et q.*, W.

Ab utro) *Ab utroque*, Voss. pr.

Vt alius) *Vt et alius*, L. Leid. et Voss. om. Colb. pr. Gron.

Periturus erat) *Est*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec.

Semper errantium) *Semper errantia*, W. Leid. pr. Mallem *vestigia dura semper errantium.* Ita *duriter incedere*, Ovid. remed. am. 333, et ita II am., 4; ex Heinsii correctione, *Molliter incedit*, *motu capit*, *altera dure*. Et ita cape *duras* rusticorum *choreas* apud eundem III Fast., 537, vid. et ad Instit. lib. VI, cap. 3, contrarium est *leniter* vel *leviter accedere*, Decl. 1, 3. BVRM.

Non valent) *Non vadent*, L. Leid. sec. *Valeant*, W. Leid. pr.

Et quia diu) *Et quam diu*, W. Leid. pr.

Nutantia) *Vacillantia*, W.

Turbae plus) *Turbae* deest W. L. Leid. pr. sec. Voss. sec. Colbert. codd. (quorum primus etiam *quanta*.) Lucae; *accipiant* etiam Leid. pr.

Praemittuntur) *Praemittunt*, Voss. sec.

Adesse se) *Ad omne se*, W.

Illa per quae) *Ille per q.*, Leid. pr.; *perquam* et *non sit*, L. et Leid. sec.

xus veniunt, non sunt in potestate caeci, quibus toto se fateatur strepitu: quidquid occurrit, nequaquam potest evitare caecitas nisi offensa: ut ambulare, ut ingredi nocte possimus, dies facit.

XVII. Quam multa deinde supersunt, postquam ad patrem perventum est? exploretur necesse est pariter iacentium prima diversitas: vultus, ora tractentur, detrahantur velamenta corporibus, quaeratur vulneri locus. Ita ex duobus neutrum excitat? gravior semper dexterae tractatus errantis. Paulatim deinde admovendus est pectori mucro, et ne qua confundatur ignorantia nimium liber ictus, praecedat oportet gladium manus. Vnde tantum virium caeco, ut in uno statim ictu mors tota peragatur? incertum vulnus sit necesse est, cuius impetum non regitis, oculi: nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad colligendum vulneris pondus, dextra redire permittitur. Vtrum deinde iuvenis post vulnus unum continuo fugit? et quemadmodum scit, an facinus expleverit! an potius exspectat, ut de parricidio cadaveri credat? ecce iterum per eadem incerta redeundum est, omnia rursus periculose tentanda venienti. Fidem vestram, iudices, ut nobis prosit argumentum criminis nostri, caecus si nec venire,

Quibus toto) *Quanto se fatentur*, Leid. pr.; *quia toto*, Colb. sec.; *qua toto se*, Leid. sec. Voss.; *quia toto se*, Gronov. quod probat Schulting.

Prima diversitas) Fraucius malebat *primo*.

Tractatus) *Tactus*, Leid. pr. a manu pr.

Admovendus est) *Est* deest W.

Confundatur) *Confundantur*, Voss. pr.

Nimium liber) Manus viri docti in marg. Gryph. *libret*. Et mox *nec possitis*.

Vt uno statim ictu) *Vt in uno tantum ictu*, Leid. pr.

Nec possis) *Ne*, Leid. sec.

Colligendum vulneris pondus) *Vulneris* non habet Obr.; *ad colligendum vel figendum pondus*, Victor. Cod.

Dextra redire) *Dextrae*, W. L. Leid. Voss. om. Lucas, utrumque recte dici puto; sic infr. Decl. 9, ex MSS. *Orbitatem permitte, quamdiu velit, flere*. Vide ad Institut. III, 6. BVRM.

An potius exspectat) *Et an*, W. *Exspectet*, Leid. pr.

nec reverti sine strepitu potest: neque sic occidere potuit, ut deciperet novercam.

XVIII. Te, te hoc loco, mulier, interrogo, quae tam gravis quies, ut te mors tam vicina non excitet? parvulis noctium turbamur offensis: excitant nos exigui plerumque motus, vox incerta, longinqua, et aliquando ipsum silentium. Illorum sane iuxta te suprema non sentias, quos senectus languoresque dissolvunt? hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, et similis est repugnanti. Quid quod necesse est, nulla mors inquietior sit, quam quae statim tota est? nam quod dormiens occisus est, non est, quod sic aestimetis, tanquam per illam quietem transierit in mortem: sit aliquid necesse est inter soporem mortemque medium, nec potest iungi tanta diversitas, quum sit somnus ipse pars vitae. Non multum interest, quietem nostram ratio vitae rumpat, an mortis: hominem qui dormiens occiditur, ipsa mors excitat. Sane non habuerit supremam vocem; habet utique palpitationes, habet motus, et quidquid totus lectulus sciat. Et quando mulier seni tuo blandius implicita iacuisti? siccine dormis, quae modo turbasti

Quae tam gravis) *Quam tam gravis quies oppressit*, W.

Excitet) *Excitetur*, W.

Parvulis) *Parvis*, Leid. pr.

Illorum sane) *Sane* hic est vox concessionis, ut saepe apud Tacitum, ita mox *sane non habuerit supremam vocem*. SCHVLT. Vid. inf. IV, 5.

Non sentias) *Non senties*, W., Leid. pr.

Quid quod) *Quidquid*, Leid. sec.

Pars vitae) *Pars magna vitae*, Leid. pr.

Non multum interest) *Non multum est interim*, Voss. pr.

Ratio vitae) Id est ipsa vita, et mors: ut Iust. VI, 8: *nec ab hoc vitae proposito mortis ratio dissensit.* SCHVLT. *ratio rumpat an mors*, Leid. pr. *si ratio vitae r. a. mortis*, Colb. sec.

Habet utique) *Habuit u. p. habuit motus*, W.

Sciat) *Sciret*, W. *sentiat* coniiciebat Francius. Male; Ovid. Ep. XVIII, 105: *Cetera nox, et nos, et turris conscia novit.*

Iacuisti) Quam excita es ab iis, qui accurrebant ad videndum, quid iste a te excitatus tumultus vellet. SCHVLT.

Quae modo turbasti) *Quae modo, id est heri, turbasti*, Colb. pr.

totam domum, cuius privignus parricida, miser est maritus? ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, et fugiens per vulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria: en iterum largus ille sanguis circa tuos duratur artus; stringeris deficientium rigore membrorum: non moveris, non expavescis, sed dormis per tot diversitates? Non relinquitur quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est iuxta eum inveniri quem occidit.

XIX. Non est, iudices, quod incredibile putetis, ut quis perferat dormientis simulationem: nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidam cadaverum expressere pallorem, et contra verbera et experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. Quanto facilius est simulare rem, cuius imitationi sufficit, clausisse lumina, laxasse membra, dedisse suspiriis modum, et anhelitus negligenter egisse? inter dormientem simulantemque non est nisi conscientia: nam quod ad tot vestigia, tot manus, tot proclamationes

Ecce vitalibus) *En ecce vitalibus*, Voss. sec. *esse in talibus r. i. a. t. et funditur*, W.

Agit ante se anhelitus) *Agitante se anhelitu*, L. W. Colb. pr. *agitante se anhelitus*, Voss. sec.

En iterum) *An iterum*, Voss. pr. *est iterum iam largus*, W.

Largus ille) *Largus ipse*, Leid. pr.

Possit mulier, cui) *Possit*; *mulier enim*, Leid. pr.

Inveniri) *Invenire*, W. mox *quem occiderit*, Leid.

Verbera et experimenta telorum) Id est telis, gladiis, vulneribus quum inquireretur, tamen se mortuos simulavere, eaque pertulere, quae mortui paterentur; *Mortes* pro *mortuis*, Decl. 12, ubi vide. Mox: *illud est, cui vix habere possit mortalitas fidem*, id est *mortales*. Quod vulgatius. Schvlt. Et deest W. Voss. sec. Lucae; forte: *contra vera experimenta telorum, mortium praetulere patientiam*. Prae se tulerunt id pati, quod mortui, qui nihil sentiunt: licet et Decl. 19 dicat: *quosdam totius vitae pertulisse patientiam*. Sed et ibi *praetulisse* quidam habent; sed et *perferre* rectum est, ut simulationis diuturnitas intelligatur. Burm.

Facilius est) *Est* deest W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucae; *facilius simulare possit mulier rem*, Lucas.

Laxasse membra) *Relaxasse*, W. ita mox *resoluta es.*

in eodem tenore duravit, nolite mirari: facilius excites dormientem. Et haec est omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quam quod imitaris: simulare somnum habet et hanc facilitatem, quod videtur similis excitato, qui deprehensus est. Quid hoc esse vis, mulier, quod te non excitat res, qua domus tota turbatur? illam servilis negligentiae quietem, illos sine curis, sine affectibus somnos, illos qui non statim primo timore prosiliunt, fragor noctis agitavit. Quantus deinde fremitus discurrentium tota domo? prima sunt evigilantium praesidia clamores, nec potest quieta res esse noctis auxilium: minore strepitu commota es, quum excitareris. Ecce cubiculi vestri fores trepidae festinationis effringuntur impulsu: en lumen super lectulum ingerunt multae manus, et ad prostratorum corporum similitudinem cubiculum gemitu, vociferatione completur. Tu iaces, et in cadaveris similitudinem usque resoluta es: hoc tu quietem putas esse? patientia est.

XX. Vestrae, iudices, aestimandum relinquo prudentiae, strepitum quem in cubiculo senis fuisse confessi sunt, qui illo potissimum concurrerunt, utrum

In eodem tenore) *Timore*, L. Leid. sec. sed Colb. pr. inter versus adscriptum habebat *timore*.

Dormientem) Hic inserebat iterum, *non est enim conscientia*, Leid. pr. *non est nisi conscientia*, Voss. sec.

Et haec est) *Et hic est*, W. *et hoc est*, Lucas.

Te non excitat) *Te non excitet*, Lucae.

Illam servilis) *Nam servilem*, Leid. pr. in marg. pro *varia* lectione.

Quietem) *Requietem*, Voss. pr.

Primo timore) Mallem *primo rumore*.

Prima sunt) *Pervia sunt evigil.* Leid. pr.

Nec potest) *Non potest*, Leid. pr.

Excitareris) *Excitaveris*, Voss. sec.

Festinationis) *Festinationes*, Voss. sec. *trepide festinatoris*, Lucas.

Super lectulum) *Lectum*, Leid. pr.

Cadaveris similitudinem) *Similitudine*, Leid. pr. Voss. pr.

Confessi sunt) *Professis*. Vos. sec.

Concurrerunt) *Concurrerint*, L. Leid. sec. *excurrerunt*, Voss. sec.

putetis factum colluctatione morientis, an a peracta caede referentis gladium mulieris fuisse discursum? an hoc quoque inter artes novercae, ut omnibus sceleris sui partibus sensim quieteque dispositis, ipsa ad excitandam familiam fecerit strepitum, cui hoc solum supererat, ut sic inveniretur? Fragor, quo familia excitata est, si redeuntis caeci fuit, deprehensus iuvenis esset, antequam gladium referret. Vt sciatis, iudices, neminem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit, Caecus quoque inventus in limine est, sicut solet ultro citroque commeare. Iuvenis, si inter suum patrisque cubiculum facile discurrit, quid adhuc in limine facit? evasit, effugit, gladium iam reposuit. Et quanto facilius est caeco simulare somnos, vultum quietis imitari?

XXI. Quod per fidem maius subitae confusionis argumentum est, quam quod caecus exsiluit, et stetit? gravius necesse est expavescant, quibus de solitudine sua non renuntiant oculi: et quorum conclusus animus non exit in visus, non habet unde timori suo par sit. Deprehensus est iuvenis, ubi illum destituerat impetus timoris: potest negligere caecitas in cubiculo suo du-

Colluctatione) *Cum luctatione*, Leid. sec. *colluct. dormientis*, Leid. pr.

An a peracta) *An peracta*, Lucas.

Referentis gladium) *Inferentis*, Colb. sec.

Fragor, quo) *Fragor quoque*, Voss. pr.

Vltro citroque) *Vltro citoque*, Lucas.

Inter suum) *Intra s. p. c. facillime*, Lucas.

Quod per fidem) *Quid per f. m. subire conf.* W.

Exsilivit) *Exsiluit*, W. Voss. sec. Lucas, et quidam editi, et Obr. *exsiliit*, Leid. pr.

De solitudine) *De sollicitudine*, W. L. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Quorum conclusus) *Quorum* deest W. L. Leid. et Voss. omn. Gronov. Lucae. Schultingius legebat *cum conclusus*; in Leid. sec. erat *et cum clusus*.

Non habet unde) *Non habet, iudices, unde*, W. Leid. pr.

Timori suo) *Timore suo*, Voss. sec.

Suo ducem) *Suo ducere*, W. Colb. sec.

cem, in quo dies omnes cunctasque noctes agit iter, quod iam multis offensis, multis edidicit erroribus: extra limen caecitas est; inde error, inde tenebrae. Nihil est innocentius caeco, qui nec in scelere deprehensus est, nec in dissimulatione: proclamat hoc loco iuvenis. Vt primum, inquit, mi pater, fragor me domus, et velut tui confudere gemitus, iterum tanquam te rapturus exsilui: tunc primum miser sensi facinus caecitatis: steti, donec mihi renuntiareris occisus, et in illa discurrentium trepidatione tenui miser otium timoris. O si numen aliquod paulisper accommodasset oculos, primus in cubiculum intrassem patris, invenissem fortassis adhuc aliqua verba morientis, loqui et interrogare potuissem. Tarda et trepida sunt officia servorum: ego te deprehendissem, Noverca, vigilantem.

XXII. Sed, inquit, gladius Caeci cruentatus inventus est. Non est, iudices, caecitatis audacia, de parricidio referre gladium: et homo cuius paulo ante exquisiti sunt sinus, non referret in cubiculum suum fer-

Noctes agit iter) *Noctes agit per quod*, Voss. sec. forte *iter quoque iam*, vel *iter quippe*. SCHVLT.

Offensis) Deest Colb. Codd.

Caecitas est; inde error) *Caecitatis est, iudices, error ac tenebrae*, Leid. pr. *ac tenebrae*, etiam Leid. et Voss. omo. Gron.

Mi pater, fragor me) *Me pater, fragor domus*, W. Leid. Voss. om. *Mi pater, fragor domus*, Colb. pr. *Confundere*, Colb. sec. W. Leid. pr.

Tanquam) Deest Voss. pr. *ut rapturus exsilui*. Leid. pr. ita omitti pronomen eleganter, docuimus ad lib. VIII inst., 4; *iterum te recepturus*, W.

Exsului) *Exsilivi*, editi aliquot. *Exsilii*, Luc.

Miser sensi) *Miserae sensi*, Colb. sec.

Renuntiareris) *Denuntiareris*, W. Leid. pr. *Nuntiareris*, Voss. sec.

Numen aliquod) *Numen aliquid*, Colb. sec.

Primus in) *Primum*, Leid. Voss. sec.

Loqui et interrogare) *Et* deest Leid. pr. Voss. pr. sec. Gron. Lucae.

Noverca) *Novercam*, Leid. pr. a man. pr.

Inquit) *Inquit pars mulieris*, in Leid. pr. quod a glossatore est, et linea subducta erant verba.

Referre gladium) *Gladios*, W. Leid. pr.

Non referret) *Vnde referret*, Leid. pr. *Non deferret*, W.

rum, quod non tegere posset, non abscondere, et tamen cruentatum sciat. Quis hanc, iudices, impudentiam ferat? negat Caeco surripi potuisse gladium mulier, quae se quiete defendit. Et quanto facilius est somnos decipere miserorum? gravior est quies, quibus ex lassitudine calamitatum venit. Caeco vero facile est etiam vigilanti surripere gladium. Quemadmodum autem paratur argumentum? quaedam facere non potest negligentia, et facilius est, ut caecitatem imitentur oculi gladium cruentatum reponentes. Has tantum causas habet, qui occidit alieno.

XXIII. Sentio, iudices, iamdudum indignari miserrimum iuvenem, quod argumentis, quod probatione defenditur: reddenda sunt maximo virorum patrocinia tam piae caecitatis, et agenda reliqua pars causae admiratione. Intueri mihi, iudices, videor expeditionis

Sciat) *Sciret*, W. Francius volebat *et tam cruentatum sciret.*

Quae se quiete defendit) Si potuit Noverca dormire, nec excitari in tanto tumultu, potuit et dormienti iuveni gladius surripi, quum illius arctiores esse solent somni. Vide seq. haec ita ponuntur, quasi obiecerit noverca, gladium suum eum attente servasse, unde pateat iam diu parricidium agitasse. SCHULT.

Et quanto) Malebat Cl. Schult. *at quanto*, cui lubens accedo; ita Ovid. Epist. XV, 191: *At quanto melius iungi mea pectora tecum*, ubi videbis, quae notavimus. BURM.

Excipere) *Decipere* omnes fere scripti et editi: sed *excipere* Pithoei editio et Obr. quod Scholtingius explicabat ex illa significatione in venatu, de qua egimus ad instit. lib. II, cap. 12; durior tamen locutio haec *excipere somnos* videtur.

Paratur argumentum) *Paritur*, Voss. pr. *autem* vero deest Leid. pr. et Voss. pr. sec. Lucae.

Quaedam facere) *Quod facere*, Leid. pr. Lege, *quam ob rem admodum contrarium paratur argumentum*, nisi *ad modum contrarium*, *vel quemadmodum autem paratur* (*comparatur*) *argumentum*, *quaedam non potest facere negligentia. Et facilius* etc. su *quemadmodum parantur argumenta q. f. n. p. n. certe facilius est.* SCHULT.

Reponentes) *Reponentis*, W. Leid. pr. Voss. pr. Gron. *Reponendi*, Voss. sec.

Has tantum causas) *Has tamen*, Leid. pr. quid si *tandem?* SCHULT. et mox *quod occidit*, Leid. pr.

Probatione defenditur) *Probationibus*, W.

Maximo virorum) *Maximo*, W. Leid. pr. Victor. Cod.

Expeditionis) *Expositionis*, Voss. pr.

illius incredibilem novamque faciem: vadit rapto patre iuvenis per ardentes crescentesque flammas. Dicturum me putatis, ut evadat, ut fugiat? properat miser, ut revertatur. En membra contactu stringuntur ignium: pater tamen toto cooperitur amplexu, et ardentibus tunc quoque pene luminibus, texerunt manus alterius oculos. Hoc me nunc putatis stupere, mirari, quod huic iuvenis oneri per medios ignium globos et ruentia tecta suffecit? illud est cui vix habere possit mortalitas fidem: visus est sibi fecisse rem facilem. Quanta, dii deaeque, pietatis audacia est, ire rursus in flammas, illo ubi patrem paene perdideris? iam non erat illud penates; iam non erat domus; ubique tamen iuveni videbatur ardere mater: iam miser undique flagrantibus membris, quum discurrentem clusisset ignis, quod solum supererat virium genus, matrem quaerebat oculis.

XXIV. Non fuit illud primum ignium, perire lumina candentia; non protexerunt flagrantem sua membra

Contactu) *Tactu*, Leid. pr.

Pater tamen) *Patri*, W.

Paene luminibus) *Paene* deest W. *Liminibus*, vitiose in quibusdam editis.

Texerunt manus) *Texerunt manus eius*, Leid. pr.

Et ruentia) *Et* deest Leid. pr.

Suffecit) *Sufficit*, L. Leid. sec. Voss. pr. sec. Francius *suffecerit* volebat.

Quanta, dii) *Quantae*, L. Colb. pr. et ita volebat Francius.

Penetrale) *Penates*, W. L. Leid. Voss. om. Colb. Codd. Gronuv. quod recepi. Dictum vero, ut supr. cap. 13: *non fuit illud patris indignatio.*

Vbique tamen) *Vbique eum i. v. a. matri*, W. *Vbique t. i. v. a. uxor*, Voss. sec.

Clusisset) *Duxisset*, Colb. sec.

Supererat) *Superaret*, Voss. sec.

Perire lumina) An *perurere?* ut Decl. sec. *frigoribus et solibus perusta.* An ad compositionem respicitur, ut sit *ire per lumina*; an *saevire in lumina?* porro difficile est *candentia lumina.* Apud Virgil. Aeneid. II: *ad caelum tendens ardentia lumina frustra.* Et *candida* Petronio: *Candida sidereis ardescunt lumina flammis.* SCHVLT. *Candentia*, W. L. Leid. pr. corruptus: forte, *non fuit illud crimen ignium, perire lumina candentia. Non protexerunt* etc. non per ignes amisit oculos, sed sua pietate, quia dum manibus quaerit matrem, neglexit oculis eas opponere. BVRM.

faciem, et oculi quaerentibus matrem manibus arserunt: rursus infelix totum tactu perlustrat incendium, et unde maximus est collabentium culminum fragor, illo debilitas tanquam inventura revocatur: solus omnium servatus est beneficio caecitatis. Protrahatur, iudices, si videtur, in medium reus: plurimum probationibus adiicere debent truces vultus, terribilis minaxque facies. Hic est, iudices, qui dicitur tota nocte discurrisse: hic ille circumspectus, hic ille felix parricida: recesserunt cuncta debilitatis officia; et hominis qui circum genua vestra ducendus est, non est qui dirigat gressus; non servuli supersunt, non penates. Respondete per fidem, respondete mortales, utrum hic patrem occidit, an perdidit? Quid agis, infelicissime iuvenis? rogandum est, neque habes totas preces: perit ille vester ambitus, vestra miseratio: sed nefas est ut reatus iste sentiat debilitatis adversa. Nos agedum, iuvenis, duc; immo nostris humeris, nostris manibus innitere: nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid adversaris infelix? quid repugnas? scimus te

Et oculi quaerentibus) Forte et oculi quaerentis matrem sine manibus arserunt. Paulo ante *matrem quaerebat oculis*. Vel *oculis quaerentis matrem manus arserunt*. Dum intentus est oculus ad inveniendam matrem arserunt manus, eas negligentis. SCHVLT.

In medium reus) *Si medio reus*, W. *In medium res*, L. Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb. Codd.

Plurimum) *Plurium*, Voss. pr.

Adiicere) *Adicere*, W. L. *Adducere*, Voss. sec.

Et hominis qui) *Des qui c. g. v. d. e. des qui dirigat*, W. *Circa genua*, L. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Non servuli supersunt) *Non servulus superest*, W.

Perit ille) *Periit ille*, W. *Periit ille videtur ambitus*, Leid. pr.

Miseratio) *Miseratio, oculi*, quaedam editiones, quas sequntus Obr.

Nos agedum) *Agendum*, Voss. pr.

Iuvenis, duc; immo) *Iuvenis dicimus nostris*, Voss. sec. unde vellem *ducimus* vel *ducemus*: *nostris humeris*. SCHVLTING.

Accommodamus) *Accommodabimus*, manus viri docti in marg. Gryph.

non rogare pro vita, sed dura, miser, dura: saltem vive, dum vincas: decet te hic quoque virtutum tuarum cumulus, decet ut digneris moriturus absolvi.

Rogare pro vita) Vide ad Phaedr. lib. III, 2.

Dura, miser, dura) Vltimum *dura* non repetit W.

DECLAMATIO III.

MILES MARIANVS

ARGVMENTVM.

Bello Cimbrico Miles Marianus tribunum stuprum sibi inferre conantem, propinquum Marii occidit. Reus est caedis apud Imperatorem.

PRO MILITE CONTRA TRIBVNVM.

CAP. I. Satis dedecoris atque flagitii castra ceperunt, quum haec furenti tribuno mens subiecta est, ut in medio belli Cimbrici strepitu, ante signa (tuis honos sit habitus sanctissimis auribus) iuberet prostare gladio cinctum, et vim turpissimam ac nefariam tentaret inferre, ne quid aliud dicam, fortiori. Habet aeternam labes illa memoriam, et in exemplum, in quod facillime vitia proficiunt, nova culpa pernotuit: et licet impunita sit reo virtus sua, tamen in hoc ruentis in deteriora seculi cursu, affirmo, plures erunt qui tribunum

Haec declamatio ex Historia sumpta. Vid. Val. Max. lib. VI, cap. 1 ex 12, ubi corrupte *Clusium* pro *C. Lusium* scripserunt. *ASCENS.* Vid. Instit. Orat. lib. III, cap. 11.

Marianus) *Miles Marii*, Leid. sec. et Voss. pr. *Miles Marianus stuprum s. t. c.*, Lucas.

Subiecta) Eleganter: ita Ovid. Met. VII, 304: *Spes est virginibus Pelia subiecta creatis.* BVRM.

Tuis honos) *Tuus*, W. Leid. 2, Voss. pr. Lucas; hanc vero formulam illustravit Cl. Schulting. ad Senec. controv. 1, p. 82.

Et vim) *Deinde rem*, W. *Vi vim*, Colin.

Habet aeternam labes illa memoriam, et in) *Habet aeterna labes in exemplum, in quod*, Victor. cod. et Leid. pr. nisi quod, *exemplum et in quod fac. Haberet aeterna labes, et in exempla*, Voss. pr. *habet aeterna labes viam et in exemplum*, Leid. pr. *habetur aeterna labes et in ex*, Grov. *habet extrema labes viam, et in*, Lucas.

Pernotuit) *Praenotuit*, Leid. pr.

imitentur, quam qui militem. Et si nihil minus convenire videtur partibus advocati, summe Imperator, quam reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre, memor tamen pro quo, et apud quem loquar, audacter, atque, ut spero, tuto profiteor, militem tuum, quidquid afferat casus hodie, sub ipso fortunae minantis ictu stare securum. Aut enim absolves tanquam innocentem; aut punies tanquam virum. Fas est vita periclitari, qui natum se meminit lege pereundi: neque in militiam gravissimo asperrimoque bello ita venit, ut nesciret sibi mortem in procinctu habendam: neque est tam imbellis, ut non forti pectore adversa, dum non inhonesta, tolleret.

II. Affirmo tibi, C. Mari; non si nuper repugnasset, si illum tribunus voluisset occidere: neque ignoravit quae manerent eum pericula, quum obscaenos furiosi corruptoris amplexus gladio divelleret. Nec habeo sane quid in milite praesertim tuo laudem, si pudicus est tantum, quia expedit: nec, si sit vitae cupidissimus, poenitere eum facti sui potest. De interfectore corru-

Auferre) *Auferri*, Leid. sec. Voss. p. Colb. Codd.

Loquar) *Loquor*, W.

Afferat casus) *Auferat*, Voss. pr.

Sub ictu stare securum) *Stare* erasum erat in Leidensi pr. sed male: est enim ex Lucano adumbratum v. 729: *quod nolles stare sub ictu Fortunae.* Et ita Senec. Phoen. 529: *Quum stare fratres hinc et hinc vidit Sceleris sub ictu.* Vide comm. ad Sil. VIII, 311, et XII, 277, ubi Cellarius plura. Ita, *est tamen sub alapa.* Petron. XXXVIII. BVRM.

Fas est) Facile est, vel facilius, ut Decl. 2, *quod potest ea ignibus rapi*, pro *potius est*. SCHVLT.

Vita periclitari) Vide ad Decl. 280.

In procinctu) *In promptu*, Voss. sec. a man. sec.

Neque est) Non habet Lucas.

Toleret) *Tolleret*, W. Locas. Vidov.

Affirmo tibi) Notabili ratione hoc verbo saepe usum auctorem huius declamationis notat Cl. Schult. ad Senec. Contr. XXVIII, pag. 283.

De interfectore) Ascensius mallet *de interfectione*.

ptoris fortasse dubites: illud utique scio, de impudico milite non deliberasses. Hunc vero, C. Mari (defendatur enim tam fortiter Miles tuus, quam vindicatus est), nec si damnaveris, poenitebit. Si fors ita tulerit, ibi ad poenam pleno gradu tam paratus mori pro pudicitia, quam occidere; laudemque perpetuam fortissimi pudoris secum feret. Omnis licet delatorum vis ingruat, nunquam tamen effici poterit, ut miles tuus magis doleat, quod accusatus, quam quod appellatus est. Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, aquilaeque victrices, nec tua, summe Imperator, divina virtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam vir, et Romanus, et miles, nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.

III. Ecce quum maxime hoc agitur, ut inter Romanarum legionum manipulos scorta deligere, et ad stuprum trahere sacramento rogatos posthac liceat ex

C. Mari) *Mari*, Voss. pr. et ita saepius.

De impudico Milite) *Milite* deest W.

Hunc vero) *Nunc vero*, Leid. pr.

Vindicatus) *Iudicatus*, Lucas.

Pleno gradu) Militaris locutio, Cicer. XII ad Fam., 16: *nam illum paratum, ut video, et ingressum pleno gradu*, ubi vid. Manut. qui ita saepe Livium loqui notavit, at Heins. ad Claud. III rapt., 441. Burm.

Feret) *Ferret*, W.

Appellatus est) De stupro scilicet, ut mox iterum iterumque, vide ad lib. IV Instit., cap. 2.

Roma parens) *Mari parens*, Voss. pr. sec. *Mās parens*, Leid. pr. *Mars parens*, Lucas, quod verum puto: Nam ita passim Romani.

Apud quem ante principia agendum est) *Apud quos ante principia gerendum est*, et in Marg.; *apud quem stante pudicitia totum gerendum est*, Leid. pr. et ultimam lectionem habent W. Gron.; *apud quod stante gerendum est*, Voss. sec.; *apud quos gerendum est*, Voss. pr. *Gerendum* etiam Lucas. Cl. Schultingius coniiciebat: *Apud quem hoc ante principia totum gerendum est.*

Agendum est) *Agendum sit*, Vict. Cod.

Ecce quum maxime) *Ecce tamen e. m. quum agitur*, Leid. pr.

Romanarum) *Romanorum*, Voss. pr. sec. Gron.

Scorta) De viro etiam hac voce utitur Iustin. IX, 6: *Attalus Pausaniam, velut vile scortum, convivarum libidini subiecerat*; et XXX, 2: *Agathocles ambitiosae pulchritudinis scortum*. Burm.

Posthac) *Post hoc*, W. Leid. pr. Voss. pr. *Posthaec*, Voss. sec.

decreto tuo: nec pudet accusatorem apud C. Marium (quod exemplum divinitus nobis datum videtur, quid in homine virtus possit) assidentibus legatis praefectisque, et istis, illi prodigio dissimillimis, tribunis toto armatorum iudicio obiicere Militi, quod vir sit: tantumque non durum ac rusticum, sed parum meretriciis artibus queritur educatum. At ego, si qua est fides, pudicitiam in milite etiam laudare erubesco: feminarum est ista virtus: aliter laudandus est vir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula praestantis animi, libere dicam, dignior qui tribunus esset: hoc enim propinquo, Mari, non erubesceres. Pater huic emeritis bello stipendiis tum, quum tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham, exauctoratas armis manus agresti labore subegit. Praedura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta, et in plerisque ruris operibus marito particeps, affirmo, quam nemo appellasset im-

Quod exemplum) *Qui ex.*, Laid. pr. non invanuste.

Quid in homine) *Vt ostenderet quanta virtus possit esse in homine*, W.

Tantumque non durum) *Non deest* W. Leid. pr. Lucas Colon. Vidov. Sed *tantum non* Suetonio et aliis eleganter usitatum iam satis Viri Docti ostenderunt, infra hac Declamat. cap. 6: *Tantumque non ardorem luminum ante oculos dicendo ponerem.* Declam. 6, 7: *Tantum non ad ipsa maiorum sepulcra depositum est*, at alibi saepius. Praeterea mallem legere pro *sed parum*, *et parum* cum Voss. pr. Gron. et Leid. pr. Vida Vall. de Eleg. L. L. lib. II, cap. 32, qui legit *ac parum.* Bvrm.

Artibus) *Actibus*, W.

Educatum) *Eductum*, Voss. sec. Leid. pr. parum refert. Licet Terentius et alii saepe *educere* pro educare ponant.

Aliter laudandus) *Aliter miles*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Victor. Cod.; *aliter enim l.* Colb. pr.

Praestantis animi) Nescio an *praestans animi*, ut respondeat τῷ *promptus*, sic Virgil. XII, 19, *praestans animi iuvenis*, et passim alii. Bvrm.

Subegit) Id est exercuit, ut Poëta, *exercetque frequens tellurem*, id est subigit, et ut frequenter *subacta humus* dicitur. Schvlt.

Praedura) *Perdura*, W.

Ac solibus perusta) Horatiana illa respexit ex Epod. II: *Sabina qualis, aut perusta solibus Pernicis uxor Appuli.*

In plerisque) *In pluribus*, Leid. pr. hoc Horatius, *in partem iuvare domum*, dixit.

Appellasset) *Appellasses*, Leid. sec.

pune. His ortus ipse, procul ab omni contactu recesserat, pueriles quoque annos aliquo semper opere durando, sequi pecora primo, arcere gregibus feras, aliquid semper audere maius annis.

IV. Ludus fuit rotare saxa, vibrare iactu sudes, saltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum scindere, segnem futuris novalibus eruere silvam. Sic effectum est, ut, quemadmodum aliqui putant, posset cito militare. Interim ex ultimo litore oceani, et dirempta frigoribus plaga, gens a rerum natura bene rele-

Aliquo semper opere) *Reliquo*, ed. Pith. et Obr.

Durando) *Perdurando*, W. Leid. 1; *durandos*, Voss. sec.

Audere) *Audire*, W.

Vibrare iactu) *Vibrare iam tum*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Mox vigentibus) *Mox ingentibus*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec. eadem diversitas apud Stat. I Silv., 4, 57: *Hunc Galatea vigens ausa est incessere bello.* Vbi in Codicibus quibusdam *ingens*. Vtraque vero lectio defendi posset, sed particula *mox* magis *vigentes* requirit: post pueritiam nimirum, quum corroboratus esset, *vigentes* nactus lacertos erat; nam *vigentes* sunt *validi*, ut saepe Ovidio et aliis dicuntur; Ovid. Ep. IV, 82: *Seu vastum valido torques, hastile lacerto.* Burm.

Futuris novalibus) Ita omnes, quos vidi. Sed Obrecthus *navalibus* edidit, quo sensu nescio; nisi sit operarum aberratio: si enim intelligas silvas erutas, ut inde classes aedificentur, nescio an apte uti potuisset *navalibus*, quae vel receptacula classium notant, vel loca ubi texuntur; iam neutro sensu recte, nec *futura navalia*, nec *silvam segnem* dici posse puto. Sed *segnis silva* non invenuste dicitur, quae sterilis, et nihil frugis ferens, ideo eruitur, ut novalia inde fiant, quae maius foenus domino reddant. *Novalia* enim sunt, *unde silva tollitur*, definiente Servio ad Virg. Ecl. I, 71. Et l. ult. §. 2, ff. de term. moto, *qui ex silva novale faciunt*. Et l. 30, ff. de V. S. *novalis est terra praecisa, quaeque anno cessavit*. Vbi duplicem significationem *novalis* tradit, et recte ita legendum esse docuit Goesius Antiq. Agrar. cap. 8, de novalibus et Eumen. paneg. VII, 6: *nec aquas deducere, nec silvas licuit excidere. Segnis* quoque campus, quae cessat et nihil profert eidem Virgil. I Georg., 72. *Segnis* ergo silva, quae ante vel caedua, vel fructus, ut glandes et similia dabat; iam vero effoeta nihil dabat, ut *segnis carduus*, Virgil. I Georg., 151; ubi Serv. *inutilis*, *infecundus*: hac vero eruta, fiebat novale. Potest et ita distingui cum Vossiano secundo, *humum scindere segnem futuris* etc. Sed placet magis vulgata distinctio. Burm.

Dirempta) *Direpta*, W. Leid. pr. eadem diversitas apud Iust. lib. IV, cap. 1: *Siciliam direptam velut a corpore maiore*, ubi *diremptam* alii. Burm.

Bene relegata) Non placet mihi illud *bene*, quippe non video quocum

gata, stolida viribus, indomita feritate, insolens successu, nec minus animorum immanitate, quam corporum, belluis suis proxima, Italiam inundavit: nec tamen tantum vi sua, quantum luxuria socordiaque nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoque vitia pacis sequuntur, et delicati sumus etiam miseri, vastitatem agris, solitudinem iuventuti, periculum imperio ac prope exitium attulit: apparuitque nunquam populo Rom. ad propulsandam perniciem magis viris opus fuisse. Itaque quum appareret soluta militiae disciplina, et non minor nobis pugna cum moribus esset, quam cum hostibus: ad unicum, C. Mari, cum virtutis tuae, tum sanctitatis severitatisque praesidium confugimus.

V. Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamvis asperrimo bello, velut occasio-

conveniat, habent tamen constanter omnes editiones a Viris doctissimis profectae, quare non temere quid emendandum; elegantior equidem mihi lectio est, si reponam *pene*, id est fere. ALMEL. *Pene* Obrechtus edidit: ut iam Ascensius coniecerat; sed idem recte *bene* explicuerat: quia enim tam stolida et indomita, bene, id est, ad bonum generis humani, relegata est in ultimas orbis oras, ne vicinis noceat feritate sua. Quod firmari posset loco Senecae, quem Cl. Schult. adscripserat codici suo ex Med. 335: *Bene dissepti foedera mundi Traxit in unum Thessala pinus.* BVRM.

Relegata) Mart. Spect. III: *Quae tam seposita est, quae gens tam Barbara?* Vide Barth. adv. XX, 19; et LVI, 11; et Weitz. ad Val. Flac. pag. 637; et Senec. pag. 80, post initium. SCHVLT.

Stolida viribus) *Solida*, W.; sed male. Ita Flor. III, 3, *Stoliditatem barbaram* dixit. BVRM.

Tantum vi sua) *Tantum in sua*, Lucas.

Ducum elata) *Ducit elata*, Voss. pr.

In bello) Forte *in bella*. SCHVLT.

Apparuitque nunquam) *Nunquam* deest Leid. sec.

Propulsandam) *Pulsandam*, Edit. Pith.

Viris opus) *Virorum opus*, W.

Appareret) *Apparet*, Voss. pr.

Non minor nobis pugna cum moribus esset) *Non minorem nobis pugnam cum moribus quam cum hostibus esse*, W. *Non minor est nobis pugnam*, Voss. pr.; *et non minorem n. pugnam c. m. esse*, Leid. pr. Voss. sec.

Quam cum hostibus) Ita Florus lib. II, 18, de bello Numantino, *Acrius in castris, quam in campis, nostro cum milite, quam cum Numantino praeliandum fuit.* SCHVLT.

Severitatisque) *Severitatis*, Lucas.

Et mehercule) *Eo m.*, W.

Ad nomen) Id est ad nomen dandum in militiam. SCHVLT.

nem complexi, ut sub te ponere rudimenta militiae contingeret, cernere quotidie divinae virtutis exemplum, te hortatorem operum habere, te testem: et quum haec communis totius exercitus esset felicitas, dux Marius, tamen, o facinus indignum! plus reliquis consequuti videbantur, quibus Tribunus contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora militum legeris, Imperator, ut hostibus prope humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifestum est, quod quum scires non ex censu esse virtutem, praeterita facultatum contemplatione, vires tantum animosque spectasti. Quid prodest? en quanta delectui tuo fit invidia? diceris adversus Cimbros puerum probasse: sed neque te militaris aetas fefellit; cuius certissima mensura est, posse fortiter facere.

VI. Neque illa libido fuit saltem vitiis usitata, quae ad obscoenos veneris impetus formae cupidine incenditur, sed quidam perditus contumeliae amor ac summa flagitiorum voluptas, inquinare honesta: hoc ipsum quod primus ante signa procurrit, quod veteranos tiro praecedit, quod redit pulvere et cruore concretus; istud, istud quod tam vir est. Vulgaria sunt irritamenta cupiditatis forma, aetas: singularis res est fortis concubinus. Illas cicatrices, illa vulnera, illa tot eximiae

Et quum haec) *Et quum hic*, Leid. pr. et *cum o com*, W.

Dux Marius, tamen) *Dux Maritum o facinus*, W.

Reliquis) *Reliqui*, Leid. sec. Voss. sec.

Legeris) *Legens*, W.

Delectum) *Dilectum*, Voss. pr. sec.

Ex censu) *Ex sensu*, Gryph.

Spectasti) *Exspectasti*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Victor.

Adversus Cimbros puerum probasse) Vide Gronovii Observ. III, 24.

Pulvere) Horatiana imitatio; sic lib. I, Od. 6: *Pulvere Troico niger*; et lib. II, Od. 1: *non indecoro pulvere sordidi*, Burm.

Istud, istud) *Tamen istud quod iam Vir est*, Leid. pr. subductum vero erat *tamen*. *Istud* semel habet Voss. sec. *Iam vir est, duus vulgaria*, W.

decora militiae, quid exsequar ultra? Imperator, pudet me quod intelligis: transeo oblatam nolenti munerum vacationem, et blandius quam militiae disciplina postulat, adulatum militi tribunum, imperatas asperrimas expeditiones, ut remitterentur, saepe ordinis, saepe affinitatis tuae iactatam gratiam. Confitemur, C. Mari, diutius vixit obscoenus corruptor, dum ista miles non intelligit. Non audeo dicere, Imperator, concipe animo temporis illius habitum, reforma cogitationes tuas: in aliis forsitan causis permittatur indignitatem rei oratione exaggerare, de iniuria nostra Latine queri non possumus: parcendum verbis est: inhibenda magna ex parte veritas: praevaricandum mihi est, si pudorem habeo. Collatis cum hoste gravissimo cominus castris, quum totum bellum quodam genere ad pedem venisset, et omnium mentes imminentis pugnae cogitatio implesset, circumfremente undique barbarico ululatu, romano militi pro vallo excubanti, meretriciam obscoenae libidinis patientiam aliquis imperat? suum quisque habeat fortasse iudicium: mea sententia non satis pudicus est miles, qui armatus tantum negat.

Decora militiae) Aposiopesis, plenum esset, subiiciebant Tribuno nefariam mentem virum fortem appellandi et stuprandi. SCHVLT.

Nolenti) *Volenti*, W.

Munerum) *Numerum*, Leid. sec. Voss. pr. *Vacationi*, W.

Affinitatis) *Affinitatio*, W.

Confitemur) *Confitebimur*, Voss. pr.

Non intelligit) *Non intellexit*, Leid. pr.

Concipe animo) *Concipe in animo*, Leid. sec.

Reforma) An *deforma cogitatione tua*. An *reformido cogitationes*. SCH.

Permittatur) *Permittitur*, Leid. pr.

Rei oratione) *In oratione*, Voss. pr. sec. Leid. sec.; *rei memorationem*, W.

Latine queri) *Latine loqui*, Leid. pr. pro varia lectione.

Praevaricandum mihi est) *Praevaricandum velut mihi est*, Leid. pr.

Quodam genere) *Quo de genere*, Leid. pr. a. m. pr.

Barbarico) *Barbaro*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. pr. Lucas.

VII. Hoc expositionis loco, Imperator, malo accusatoribus credas: illi narrarunt rem viro et Romano et milite tuo dignam, tantumque non ardorem luminum, horrorem capillorum, fremitum indignationis ante oculos dicendo posuerunt. Ad primum statim obscoenae libidinis sermonem, non aliter quam si in hostem classicum cecinisset, gladium illum, quem a te pro pudicitia nostrarum coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit, et in latus ultra pedem: si omnes milites tales habemus, Mari, vicimus. Verebar equidem, ne fugandi corruptoris causa ferrum strinxisset, et, quod accidere interim solet, dum alter recessurum putat, alter percussurum non putat, tam honestam opus casus fecisset. Neque enim, ut opinor, hoc quoque exigendum fuit, ut quum caecus amentia corruptor per vulnera ipsa rueret ad prendendos amplexus, miles etiam gladium reduceret. Ego vero parum viriliter istum indignatum puto, si in tanto dolore Tribunum potuit agnoscere: ipse nihil excusat.

VIII. Percussi, inquit, C. Mari, sub signisque occidi, hausi noxium ultrice dextera sanguinem, sive licuit, sive non licuit: atque utinam plures mortes cepisset, ut impurum spiritum renascens poena torqueret. Parum

Expositionis) *Exquisitionis*, Leid. pr. a. m. pr.

Malo) *Male*, Victor.

Et Milite) *Et* deest quibusdam. *Romano commilite*, W.

Tantumque — posuerunt) Haec verba sequebantur, post *in latus ultra pedem*, in W. Leid. pr. sec. Luca.

Quam si in) *Quam si*, Edit. al.

Et in latus) *Et illatum*, W. Leid. 1, Voss. pr.; *in latum*, Voss. sec.

Habemus) *Haberemus*, *o Mari*, Leid. pr.

Ferrum strinxisset) *Gladium str.* W.

Ad prendendos) *Ad praebendos*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Reduceret) *Educeret*, Leid. pr.

Gratia Marti signisque) *C. Mari segnius*, W.; *C. Mari segniusque occidi*, Leid. pr. Lucas.; *Gratiam Marti signisque*, Voss. pr. Gryph.; *C. Mari, sub signisque occidi*, Colin. Quae lectio maxime placet.

Hausi) *Auxi*, Voss. pr.

Parum) *Parem*, W.

severe militarem redeuntibus suppliciis disciplinam continemus, si Tribuno post hoc factum bene cessit quod occisus est: reum ergo caedis non inficiatione defendam: viro forti praesertim et innocenti nihil facere convenit, quod negandum sit. Non abnuo crimen: immo si accusatores tacerent, ipse narrassem: obiicite igitur, sed ut delatores decet, totum: verecundissimum enim militem apud sanctissimas Imperatoris aures minus pudet confiteri, quam queri. Parumne dedecoris subimus, quod non de honoribus fortissimi viri queritur? et ut longissime vota procedant, rem honestissimam militi fecisse impune erit? damnetur etiam, et pudicitiam supplicio pendat. Convenite legiones, intendite animos contracta undique auxilia. Lex dicitur castris, nec pauci sunt, qui hoc nolint licere, illud velint.

IX. Non mehercule possum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? tu si Tribunus esses, hoc fecisses? si miles esses, hoc tulisses? date praecepta, componite disciplinam. Miles hac con-

Redeuntibus) *Reddentibus*, Locas.

Si Tribuno) *Nisi si*, W.

Forti praesertim et) *F. p. ut*, Leid. sec.

Narrassem) *Narrasset*, Lucas. Malebat Francius *narrarem*.

Verecundissimum enim) *Ver. enim est, si militem*, Leid. pr.

Quam queri) *Quam vos queri*, W. *Quam nos q.*, Leid. pr. Lucas.

Vota procedant) *Nota procedat*, W.; *praecedant*, Lucas.

Militi fecisse) *Militem f.*, Leid. pr.

Damnetur etiam) *Damnentur e.*, Leid. pr.

Pendat) *Pendeat*, Leid. pr.

Convenite legiones) *Converte leg.*, W.

Intendite animo sancto contracta) *Tracta*, W. Leid. pr. Lucas Gryph. Vidov. Colin. *Intendite animos contracta*, Voss. sec. *Intendite animos, stanto contracta*, Obr. sed cur, quum praecesserit, *convenite*, *intendite* subiungeret *stanto* et non *state* diceret? nos eiecimos minime necessariam vocem.

Possum tenere) *Possunt*, Leidensis editio et aliae. Nescio an legendum sit *possum teneri*, de qua locutione videndus Vorstius ad Iustin. VI, 7. Nisi hic subintelligatur *dolorem*: non possum tenere dolorem, quo minus erumpat. Bvrm.

Quid dicis? tu) *Quid dicis tu? Si*, Lucas.

Hoc fecisses? si miles esses, hoc tulisses?) Desunt haec Voss. pr.

tumelia percussus est: indignis vero vocibus contaminatus, nihil amplius aget, quam renuet et quis non illum inter prostitutos habeat, si commiserit, ut possit iterum appellari? neget tamen, et ultionem iniuriae suae differat: ita puto, quum illuserit Tribunus, queretur: iniicitur manus, et ab assignata statione Miles abducitur, ut stuprum patiatur. Vos interrogo, accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus vulnera sua tractantes? deponet arma, an reponet? vir est enim, auctorem habet, hoc primi ordines iubent: aequum est Tribuno Militem parere: in diem sperare etiam processus potest, pro hoc merito accipiet fortasse vi-

Percussus est: indignis) *Percussus, at indignis viro vocibus* etc., Obr.

Indignis vero) *Vero* deest Gryph. Vidov. Cl. Schultingius coniecerat *indignis vir vocibus*.

Nihil amplius aget, quam renuet) Induco pro iusiticio τὸ *aget*. Sic enim loqui solent. Sueton. Ner. 43: *inermem se in conspectum exercituum proditurum, nec quidquam aliud, quam fleturum*. Et in antiquioribus edd. abest. Gron. *Nihil amplius aliud quam*, W. Voss. pr. sec. Leid. sec. *Nihil amplius sufficiet, quam retinet*, Leid. pr.; *aget* non habet Lucas; vide ad Decl. 1, 9.

Habeat) *Habet*, al. Ed.

Neget tamen, et) *Neget tantum ut*, Leid. pr. Lucas. *Tamen et ult.*, W. Voss. pr. Vidov.

Illuserit) *Illuxerit*, Voss. sec.

Queretur) *Queritur*, Leid. pr. sec. Lucas. *Tribuno queritur*, W. Voss. pr. sec.

Ab assignata) *Ab signata*, Voss. pr.

Feret) *Ferret*, Lucas.

Vulnera sua tractantes) *Munera*, s. t. W.

An reponet) *An ponet*, W. *An non ponet*, Leid. pr. Lucas. *An ne ponet*, Voss. pr. Sed recte Ascensius vulgatam explicat, ad tempus ponet, postea resumpturus. Ita Declam. 4, 7: *a bello reversus arma reposuit*. Burm.

Vir est enim) *Vir est. Etenim auctorem habet*, Obr. in emendat.: *Vir est enim. Auctorem*, in textu.

In diem sperare etiam processus) *In d. properare e. p.*, Leid. sec. *In diem parare etiam pr.*, Voss. sec. *Vindicem sperare etiam percussus potest*, Obr. quod minime placet, quia non tribunum haec verba, sed militem spectant, qui brevi se processurum ad ordines sperare potest, si obsequatur impudico Tribuno; in *diem*, est in futurum, ut passim Cicero, Terentius et alii. *Processus* vero sunt promotiones, ut ita *gradus* et *processus* iungit Flor. praefat. et Cicero. Terent. And. V, 9: *Syre processisti hodie pulchre*. Adscripserat et Iuvenalis locum Sat. I, 39: *Nunc via processus*, Cl. Schult.; vide ad Ovid. I Trist., 8, 40. Burm.

Fortasse vitem) *Vitem* iam legendum esse coniecit editor Leidensis. Et erat in Voss. sec. et recepit Obrechtus,

tem, ordines ducet, et sub illo alii militabunt. Si haec conditio causae est; si defensio sui non permittitur, indicate, praedicite, si corruptorem non licet ferire, feret; non enim potest nuda manu repelli: mementote, corruptor armatus est. Implicitus tamen infando nexu, cogitate quid sibi fecisset utrum id, si plura dispiciat; immo, si videtur, quo iustius queri possit, patiatur. Istud vero flagitium in conatu pereat: nam si libido ad votum obscoeni corruptoris processerit, duo occidendi erunt.

X. Libere itaque dixerim, C. Mari, quam de fortissimo Milite sententiam feras, magis tua interest: huius quidem gloriae nihil plus adiici potest, quam si pro re tam honesta moriatur: hunc mirabitur sola virtutum incorrupta testis vetustas; hoc factum patres liberis vel post poenam praecipient. Tu cogita, quid te sensisse homines sciant: hoc exemplum in neutram partem po-

recté mea sententia; *accipiat* etiam Voss. sec.

Et sub) *Et* deest Leid. pr.

Si haec) *Si hic*, W.; si *conditio*, Leid. pr. sec.; *condictio*, Lucas.

Permittitur) *Praemittitur*, Lucas.

Indicate) *Iudicate*, Leid. pr. Lucas. *Vindicate*, W.

Praedicite) *Perdicite*, Lucas.

Ferire) *Ferire* Obr. et ita Francius iam emendaverat.

Feret) *Ferret*, W. Colb. Cod.

Implicitus tamen) *Implicit tu i. n. cogitate q. s. f. u. sit, si plur.*, W. *Implicitus tamen in infando n. cogitate quis s. f. u. sit si*, Leid. sec. *Implicitus tam inf. n. cogit atque ipsi vim facit, utrum stet si plura despiciant*, Leid. pr. *Vtrum sit si plura des.*, Voss. pr. *Impl. tamen in inf. n. cogitate q. s. f. utrum sit si*, Voss. sec. *Implicitus tamen in nefando nexu, cogitate, q. s. f. utrum sit*, Lucas. *Impl. tamen inf. n. cogitate quid quivis fecisset, utrum vis impura displiceat? immo si violetur, quo* etc., Obr. in emend. *Im. t. inf. n. cogitate quid ibi fecisset*, in textu. Forte, *Impl. tamen infando nexu cogitate quid in subitis fecissit, utrum vis, si futura dispiciat* etc. SCHVLT. Locus corruptus.

Iustius queri) *Iustius feri*, Leid. pr.

Istud vero) *Illud vero*, Leid. pr.

Libere itaque) *Libero ita*, Leid. sec.

Huius quidem) Malebat Ascensius *si quidem*.

Moriatur) *Moritur*, W. Voss. pr. sec. Leid. pr. Lucas. Gryph. Colon. Vidov.

Virtutum) *Virtutium*, Leid. sec.

Hoc factum) *Sane hoc factum*, Leid. pr. *Hoc sane factum*, W. Lucas.

Sciant) Francius coniiciebat, *dicant*.

Hoc exemplum) *Hoc exemplum hoc*, W.

test taceri: cogitare certum est id quemque quum iudicat, probare quid in re simili ipse fecisset: omnibus enim ad virile robur per pueritiam iter est, et iam contra libidinem maturuisse nonprodest. Recognosce incrementa tua, et honestam tantae magnitudini memoriam pristinae tenuitatis: sine dubio te ad tot consulatus, et actos aut destinatos triumphos divina virtus tua sustulit: memento tamen, et tu sub Tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis tam brevi tibi venire contigisset, si sero coepisses.

XI. Dicam nunc ego praecipuam semper curam romanis moribus pudicitiae fuisse? referam Lucretiam, quae condito in viscera sua ferro, poenam a se necessitatis exegit; et ut quamprimum pudicus animus a polluto corpore separaretur, se ipsa percussit, quia corruptorem non potuit occidere? Si nunc placet tibi, Miles, quid ego Virginium narrem, qui filiae virginitatem, qua sola poterat, morte defendit, raptumque de proximo ferrum non recusanti puellae immersit?

Certum est id quemque) *Certum est quod quemque c.i.p. quod in re*, W. *Quod quemque quod in re*, Voss. pr. Leid. pr. a m. pr. intricatior sensus. Mallem, *cogitare quemque certum est, id eum, qui iudicat, probare, quod in re simili ipse fecisset.* Quisque ex populo cogitat, sine dubio iudicem id probare, quod ipse fecisset in re simili: nam omnes antequam viri sunt, pueri debent esse; et si tu damnas militem, nihil proderit pueritiam habuisse inlaminatam, et iam virum factum, ut possit vi libidinem a se repellere, quia si viriliter se gerat, tamen damnetur. BVRM.

Omnibus enim) Illud *enim* non video quemadmodum huc quadret; mallem *etiam*. SCHVLT.

Et iam contra etc.) *Et contra libidinem, quin homo sciat quid fecisset, si interpellatus et iuvenculus fuisset, immaturam esse non pr.*, W.; *iam* deest Voss. pr. *etiam*, Lucas.

Prodest) *Potest*, Lucas.

Et actos) *Et auctos*, W. Voss. pr. sec. forte pro *ductos*; sed praestat *actos*.

Brevi tibi) *Tibi* deest W.

Coepisses) *Coepisset*, Leid. pr.

Quae condito) *Quo condito*, Voss. pr.

Se ipsa) *Se ipsam*, Leid. pr.

Si nunc placet tibi, Miles) *Placeat*, Leid. sec. *I. nunc place tibi miles*, Ob.

divisit illi solum Appium, quem tamen populus romanus secessione a patribus, et prope civili bello persequutus, in vincula duci coëgit: neque ulla res tum magis indignationem plebis commovit, quam quod pudicitiam auferre tentaverat filiae militis. Haec sunt honesta, haec narranda feminarum exempla: nam virorum quae pudicitia est, nisi non corrumpere? non sit mihi forsitan querendum aversis auribus seculi in tantum vitia regnare, ut obscoenis cupiditatibus natura cesserit, ut pollutis in femineam usque patientiam maribus, incurrat iam libido in sexum suum. Finem tamen aliquem sibi vitia ipsa exceperunt, ultimumque ad hoc huius flagitii crimen fuit, corrupisse futurum virum: hoc vero cuius dementiae est? in concubinatum iuniores leguntur, et in muliebrem patientiam vocatur fortasse iam maritus. Ego vero gratulor militari disciplinae, gratulor opinioni castrorum, si huius mentis tribunus in hunc primum incidit.

XII. Itane tandem (iuvat enim velut praesentis insequi furorem) scorta tua stipendium merentur, et sub signis exoletos trahis? ideo meretrices ab exercitu summoventur; intrare castra feminis non licet? Ita puto, non opus est: militem, hoc est plusquam virum, iamiamque in acie staturum, cui pro virili portione salutem

Divisit illi) *Dimisit*, manus viri docti in marg. Gryph. Cl. Schultingius explicat divellit ab illa Appium, ut fere Ascensius; sed durior locutio mihi videtur.

Quem tamen populus Ro.) *Quem tam p. R.*, Leid. pr. *Quem tamen pater secessione*, Leid. sec. Voss. pr, sec.

Magis indignationem) *Magis illi indignationem*, W. Leid. pr.

Haec sunt honesta, haec) *Hic s. h. hic*, W.

Aversis) *Adversis*, Voss. pr. sec. Leid. pr. Lucas.

Incurrat) Iuven. VI, 331: *si nihil est servis incurritur.* SCHVLT. Ita et Quintilianus lib. XI, 1, dixit *petulantiam incurrere.* ALMEL.

Vitia ipsa) *Vitia pone ipsa*, Leid. *Vitia sua*, Voss. sec.

Ad hoc huius) *Ad huius*, Leid. pr.

Meretrices) Vide Lips. de Milit. R. lib. V, Dial. 18.

Opus est: militem) *Opus est: milite*, al. edit.

Iamiamque) *Iam iam*, Leid. pr.

suam patria commisit, appellas: fortasse classico sonante ideo stationes circumis, ideo vigilias ambis. En quem Tribunum faceres, quum praetextati militabant? non hic professus est furor? non manifesta dementia est? vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galea faciem, et ad terrorem belli cristas minantes, inscriptum in scuto C. Marii nomen, totum denique virum martio habitu horrentem: hic tibi cultus prostituti videtur? appellabis de stupro? vim afferes? Quid deinde exspectas? ut ille te Tribunum putet, quum tu illum non putes Militem? vacat enim vitiis nostris, et ad omne votum fluente fortuna lascivit otium, aut in eo saltem statu Resp. est, ut ad restituendam eam satis sit milites impudicos non esse.

XIII. Non de prolatando tibi imperio res est: nec transmarinas, ut nuper, provincias petimus: de Italiae possessione certatur, pro aris focisque constitimus: an haec omnia igni ferroque vastentur, an nobis caput

Appellas) *Appella*, Voss. pr. *Appellans*, Leid. pr.

Praetextati) *Praetestati*, Leid. pr.

Non hic professus est furor) Ita plurimi codices et editiones, nisi quod *profusius*, Leid. pr. at *non is profusus*, Gryph.; *non hic prorsus est furor*, Ed. Parei et al. *non hic professus est furor*, Obr. quod verum puto; vide ad Phaedr. IV, 6, et Graev. ad Cicer. III Ver., 56. Burm.

Et ad terrorem) *Et* deest Leid. pr.

Belli) *Velli*, Leid. pr.

Cristas minantes) *Castra minantis*, Voss. sec.

C. Marii) *Cn. M.* Leid. pr.

Vim afferes) *Vim afferes*, Lucas, et Francius.

Quid deinde exspectas) *Quid demum exs.*, Leid. pr.

Ut ille Tribunum) *Ut ille te Tribunum*, Leid. sec. Voss. sec. Colb. et Victor. Gryph. Colon. Vidov. et al. et recte: color ductus ex noto illo dicto: *Ego te consulem putabo, quum tu me senatorem non putes?*

Vacat) *Vocat*, Voss. pr.

Fluente fortuna) Ita Iust. XXXIII, 3, *rebus supra vota fluentibus.*

De prolatando) *De probando*, editiones quaedam, vitiose.

Constitimus) *Consistimus*, W. *Focibusque constitimus*, Voss. pr. De verbo *consistere* vide ad Petron. cap. 19, et alibi in his ipsis declamationibus.

Vastentur) *Miscentur*, Leid. pr. in Marg. pro varia lectione.

barbarus hostis excidat, an Cimbrice loquendum sit. Vita omnium nostrum et salus (pati namque aliud ne sub hoste quidem viri timemus) in ultimum discrimen adducitur: influxit Italiae inaudita multitudo, quam ne ea quidem potuit sustinere terra, quae genuit: inusitata corporum magnitudo, mores etiam Germanis feri: strage nostrorum campi latent: iam fugatorum Carbonis atque Syllani sub comparatione felix militia est: iacet post amissum Scaurus exercitum. Servilii Malliique bina cum tot legionibus castra perdidimus: gens maiorem terrarum partem victoriis pervagata, tantum in Mario stetit. Libenter te, Imperator, interrogo, in hoc rerum statu tales Milites habere malis, an tales Tribunos? in tanto belli discursu, ne concessae quidem veneri

Excidat) Insolentior usus verbi, quo Fabium pro castrare usum vidimus lib. I, cap. 10. BVRM.

Omnium nostrum) *O. nostrorum*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Pati namque) *Pati* deest Leid. pr. sec. in W. erant turbatissima.

Influxit) Ita Florus lib. I, cap. 1: *Et statim mira vis hominum* etc., *qui sub Evandro influxerant*. Apud Claudian. I laud. Stil., 153, in MSS. repperi, *nec armorum cultu diversior unquam Influxit populus*; vulgo *confluxit*, et ita Cicero, et alii. BVRM.

Etiam Germanis feri) Hinc Ascensius colligit Cimbros non fuisse Germanos, quibus feri sunt visi: inepte. Immo quum omnes Germani feri sint, praecipue Cimbri, etiam Germanis, popularibus suis, feri nimis visi sunt: dictum, ut apud Iust. V, 2, de Alcibiade, *nec minus eloquentia, etiam inter Athenienses, insignis.* Vis enim in illa particula *etiam*, quam in Iustino quidam omiserunt perperam. Suet. Calig. 33, *Vox, etiam in gemitu, praedulcis.* Phaed. III, 10, *haec admonere simplices etiam potest*, ubi vide. BVRM.

Latent: iam) *Latendam fugatorum*, Voss. sec.

Sub comparatione) *Sub* deest Leid. pr.

Scaurus) *Staurus*, et mox *Mallii*, W.

Maiorem partem) *Maiore parte* Voss. pr.

In Mario stetit) *Cursum i. m. stitit* Francius: male. Flor. IV, 12: *hac clade factum, ut imperium, quod in litore Oceani non steterat, in ripa Rheni fluminis staret.* Claud. III, in laud. Stilic. 148: — *Nec stetit Oceano.* Fabius I Inst., 3, *deinde stet profectus.* Horat. III, Od. 28, *ac veluti stet volucris dies.* Senec. Troad. III, 428: *nondum ruentis Ilii fatum stetit.* Declamat. 246, *ut stetur citra mortem.* BVRM.

In hoc rerum statu) *In hoc rex statu*, W.

Tantu belli discursu) Ita et Decl.

dares veniam : nam quo ad altiorem quisque se honorum gradum extendit, magis in exemplum spectantibus patet. Quum alii excubent armati, alii claustra portarum tueantur, alii vallum fossasque scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant, Tribunus inter scorta volutabitur? et has solas vigilias aget? ac ne ideo quidem brevem saltem frugalitatis perferet simulationem, ne haec illum facere milites sciant?

XIV. Age porro, si viveret Tribunus, et hoc ad te factum, Imperator, deferremus, circumstaret universus exercitus, ne hanc militis contumeliam, sed militiae putaret, quid ageres? quid constitueres? Beneficium accepisti, Mari, beneficium : non habes necesse propinquum tuum occidere : nam si vere aestimemus, imperium populi romani ad hanc diem militari disciplina

2, *Quae discursum, quae exigunt laborem.* SCHVLT.

Dares) *Dare*, Leid. sec. *Dare veniam debet*, Victor. Cod. *Darem*, Lucas.

Nam quo ad altiorem etc., *extenditur*) Evehitur, amplior atque angustior sit, crescet. Docti viri *ascendit*, sed defendimus volgatam lectionem lib. III Obs., cap. 1. GRONOV. *Escendit* volebat Gruterus lib. II Suspic., cap. 14. Sed perperam: nam illustrari haec possunt illis Petronii, c. 46, *nunc etiam adversus Norbanum se extendit.* Vbi vide quae notavimus. Durum tamen esse fatemur *extendi ad altum gradum*, sed talia in his declamationibus frequentius occurrunt. Vt tamen mollior sit locutio, libenter hic etiam legerem, *ad altiorem quisque se honorum gradum extendit*, nam illud *se* habet Leid. pr. *extendit*, vero Voss. pr. et sec. et τὸ *se* absorptum ab ultima syllaba τοῦ *quisque* puto. BVRM.

Excubent) *Excubant*, Voss. pr.

Claustra portarum) *Claustra vi portarum*, Leid. pr. *Forte claustra portarum vi tueantur.*

Volutabitur) *Voluptabitur*, Leid. pr. Voss. pr. Gryph. male, ut satis ostendimus ad Petron. cap. 79. Ita et Graeci, Athen. XII, 11: γυμνὸς μετὰ γυμνῶν ἐπὶ τοῦ στρώματας κυλινδούμενος. BVRM.

Ne ideo) *Nec ideo*, Voss. pr.

Frugalitatis perferet) *Fragilitatis perfert*, Leid. pr. *perferret*, Lucas.

Ne haec illum) *Ne hoc ipsum*, W. Leid. pr. *ne hoc illum*, Lucas.

Ne hanc) *Nec hanc*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Gryph. Colin. Vidov. Obr. et ita legendum, nisi mox *putares* mallet quis, ut sit ellipsis verbi *rogans*, quae frequentissima; circumstaret exercitus rogans, ne tu putares hanc contumeliam unius militis, sed totius militiae. BVRM.

Non habes) *Quod non habes*, W.

stetit: non enim nobis aut multitudo maior est, quam ceteris gentibus, aut vehementiora corpora, quam vel his ecce Cimbris, aut maiores opes, quam locupletissimis regnis, aut mortis contemptus facilior, quam plerisque barbaris causam vitae non habentibus. Principes nos facit severitas institutorum, ordo militiae, amor quidam laboris, et quotidiana exercitatione assidua belli meditatio: itaque plura paene moribus quam viribus vicimus, quum captivae quoque sancte habebantur, et contumelia etiam hosti aberat: quae omnia longa superbae nobilitatis intermissa luxuria, tui nobis mores retulerunt.

XV. Dii profecto magnitudinem tuam curant, Imperator, ac dirigunt, qui tibi super ceteras laudes obtulerunt tam honestae sententiae occasionem. Quod miles fortiter fecit, si absolvis, tuum exemplum est: nisi forte hoc me perturbari putatis, quod Tribunus fuit: ideo hercle turpior, ideo morte omni dignior. Haec enim conditio superiorum est, ut quidquid faciunt, praecipere videantur: et perniciosissimus est malae rei maximus quisque auctor: quis continebit militiam? quis castrensis disciplinae praecipiet severitatem? quis te, Imperator, maioribus curis districto, delicta militum coërcebit? tribuni corpus et peccatum corriget? ad quem confu-

Non enim nobis) *Non est nobis*, W.

His ecce Cimbris) *His ipsis etiam* C. Leid. pr. sed *ecce* retinebat Cl. Schult. ita et in Dial. de Cl. Orat. c. 3, omne *tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumis.*

Nos facit) *Nos faciet*, Leid. pr.

Exercitatione) *Exercitatio*, a m. pr. Leid. pr.

Habebantur) *Habeantur*, Leid. sec.

Luxuria) *Luxurie*, Voss. sec.

Ac dirigunt) Malim *diligunt*. Sch.

Obtulerunt) *Detulerunt*, W.

Ideo morte omni dignior) *Ideoque*, W. *Ideo morte omni condignior*, Leid. pr.

Quisque auctor) *Q. auctor*, Voss. pr. Iuvenal. XIV, 33. Alm.

Castrensis) *Castrensi*, Leid. pr.

Tribuni corpus et peccatum corriget) *Tr. corpus et peccata quis corriget*, Leid. pr. *Tr. c. et peccatum corrigat*, Voss. sec. *Tr. c. et peccata corriget*, W. Voss. pr. *Tribuni cor*

giam? cui querar? Sic fit, ut necesse habeamus ipsi nos vindicare. Tribunus fuit, et hic miles fuit: tribunus: hoc dicis, cui parere caligatum lex iubet, qui non solum militibus, sed centurionibus praepositus, partem quandam imperatoriae potestatis obtinet. Ita, opinor, contra iura castrorum fecerat miles, etiam si tantum negasset: nescit quod istius honoris fastigium, quae potestas ordinis: tiro, est. Age, si ad te, C. Mari, aliquis impudicum militem detulisset, ferres dicentem; tribunus me iussit: quod si par in utraque parte delictum est, hoc tamen crimen militem saltem decet. Tribunus fuit.

XVI. Videor me hercle, Imperator, oblitus mediocritatis meae, quum vix unius defensioni sufficiam, quaedam pro universo dicturus exercitu. Omnes has, quae circumstetere legiones: florem, Italiae, civium sociorumque robora, una voce proclamare apud tribunal existima: non ignominiae Tribuni parere possumus; nemo nostrum recusat itinerum laborem, nec iniustum

piget peccata corrigere, Leid. sec. *Tribuni corruptoris peccatum corriget*, Obr. Cl. Schultingius *corpus et peccatum* interpretatur, *corporis libidinem*. *Tribunus corpus et peccatum corriget*, Vidov. *Trib. corpus*, Colin. dubium relinquens casum: legendum forte ex vestigiis Leidensis secundi. *Tribunum si piget peccatum corrigere, ad quem confugiam*, illud cor natum ex repetita prima syllaba τοῦ *corrigere*. *Tribun.* autem scriptum erat per compendium, et ex *si* deinde librarius fecerat *Tribuni*. Posset et legi *Tribunus nisi peccatum corrigat*, ad quem confugiam? BVRM. — *Ad quem conf.*) *Ad quem est conf.*, W.

Hoc dicis) *Hic dicis*, Leid. pr.

Sed centurionibus) *Sed centum ovibus*, W. *Praepositum* autem Ascensius hic notari iubet, ne sordidam quis vocem credat. Sed Tacitus, Suetonius et eius aevi scriptores, simpliciter *praepositos* pro *praefectis* posuere; veteres, ut hic noster, dativum fere adiungebant; ut centies Cicero et alii. Sed et Cicer. XIV ad Att., 9, dicit, *Germanos legatos misisse ad Aurelium, qui est praepositus ab Hirtio*. BVRM.

Etiam si tantum) *Etiamsi tamen*, W.

Nescit) *Nescis*, Voss. pr. Lucas.

Trib. me iuss.) Male ex hoc loco colligi *iubere* regere accusativum personae, docui ad Petron. cap. 71. BVRM.

Hoc tamen) *Hoc tantum*, Lucas.

Existima) *Sic existima*, Leid. pr.

Ignominiae) *Ignominia*, Leid. sec. Voss. sec.

Recusat itinerum) *Recusat vel vulnerum vel itinerum laborem*, Leid. pr.

Nec invisum super arma) Scribe,

super arma fascem, non aestivi solis ardorem, nec sub pellibus actam hyemem: ferienda sit fatigato fossa; pro vallo portisque vigilandum; fortiter ancipites inibimus pugnas; vulnera laude pensabimus, mors erit ignominia potior: quidquid in pugna patimur, virorum est. Imperet asperas Tribunus expeditiones, si quo vertice montis hostis pellendus est, si inter infestos armatis saltus speculandum: saeviat denique in terga verberibus, exigat servilem plagarum patientiam, leno etiam, servis excipitur, fortasse hac lege captivos vendes. Si meretricia imperatur necessitas, si adversus obscoenam vim corruptoris arma tantum contumeliae causa habemus, potius castra capiantur, et vim tribuni interpellet Cimber. Nihil tale novere Germani; et sanctius vivitur ad oceanum.

nec iniustum super arma fascem. Accepit e tertio Georgicorum, 357: *patriis acer Romanus in armis iniusto sub fasce viam dum carpit.* Cicero in Oratore: *Iniusti oneris impositi tua culpa sit.* Stat. VI Theb.: *Iniustis collatum viribus hostem.* Paulinus epistola 2: *quo depressior sub iniusto ineptiarum ad se nostrarum onere revertisset.* GRON. *Iniustum* habent W. Leid. pr. sec. et in notis Ascensii *iniustum* editur, licet explicet ille *invidendum.*

Fascem) *Faere*, W.

Non aestivi) *Nec aestivi*, Voss. pr.

Actam hyemem) *Totum hyemem*, W.

Ferienda) An *fodienda?* PASSER. Nec *fodienda* placet, nec *ferire fossam* obvium est; *premere* dixit Front. I, v. 8: *Fossam transversam inter montes pressit*; *deprimere* dixit Tac. IV Ann., 49. Ita *premere puteum* Lucan. IV, 296. Cl. Schultingius tamen se alicubi legisse *percutere fossam* annotaverat. Ita certe loquitur Front. lib. III, cap. 17, §. 5, *Fossa in fronte percussa*, ubi vide Tennul. qui hunc quoque Quintiliani locum advocat. BVRM.

Ancipites) *Accipientes*, Voss. pr.

Laude pensabimus) *Laudis p.* Leid. pr. forte pro *laudibus.*

Asperas Tribunus expeditiones) *Asperas Tribus expeditione*, Ed. Pith. *Trib. expeditione*, Parei.

Armatis) *Armatus*, Leid. pr.

Leno etiam, servis excipitur) Vide nostra ad M. Senecae controversiam secundam, et 34. GRON. Cl. Schulting. haec verba post τὸ *pertinet vinci*, collocare mallet, et legere *patientiam; fortasse hac lege captivum vendens*: editiones Parei et aliae *ven-*[illegible] habent; *excipere* vero hoc occurrere sensu notavit hac declam., *finem aliquem sibi vitia ipsa exceperunt.*

Meretricia imperatur) *Mer. imperator* edit. Parei et al. etiam Obr.

Et sanctius) *Et* deest, W.

XVII. Quid futurum est, Imperator, si ad pudicitiam militum pertinet vinci: an ignoramus, Imperator, quanta quondam populi romani exarserit seditio, quum ex domo foeneratoris addictus lacero verberibus tergo prorupisset in publicum, et illas suppliciorum notas tulisse se quereretur, quod vim corruptoris pati noluisset? Et ille tamen, quamquam hoc flagitium conatus in addicto ac paene servo, et vix libero, videbatur aliquatenus memor fuisse romanae sanctitatis, qui vim obscoenissimam non tentaverat, nisi adversus alligatas manus: eo tamen usque populi romani vindicta processit, ut ardentibus bello finibus, ad delectum nemo responderet, nisi et poena corruptoris et abrogatione legis satisfactum esset: nolebant militare, quamvis hanc iniuriam non miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi causa necavit? Iamiam commilito, quicumque casus manet, etiam si te Imperator damnaturus est, habes solatium; satius est quam a patre occidi.

XVIII. At propinquus C. Marii fuit. Corrumpitis iudicem, et animo alioqui levi gratiae pondus imponitis:

Populi Romani) *Populo Romano*, Leid. pr. *Pa. s. papirii*, W.

Foeneratoris) *Senatoris*, Leid. pr. a m. pr. Vict. Cod. *Funeratoris*, Voss. sec.

Verberibus) *Vulneribus*, W.

Tulisse se) *Se decst* W.

Ille tamen) *Ille tantum*, W.

Addicto) *Addito*, Leid. pr.

Servo, et) Haec deerant W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucae. Mihi haec corrupta videntur, quid enim opus addere *vix libero*, qui ante *addictus*, et *pene servus* dicitur?

Acceperat) *Acceperit*, Ed. P. et Obr.

Fabio Eburno) Hoc alii tribuunt Fabio Maximo Serviliano, ut ex Val. Max. VI, cap. 1 observat Ascensius, et quem Fabii Eburni Patrem fuisse credit Glandorpius.

Impudicum) *In iudicio*, Leid. sec. *In iudicium*, Voss. sec. qui et *negavit*.

Satius est) *Satius esse*, Leid. pr.

Corrumpitis) *Corrupitis*, W.

Alioqui levi gratiae) *Alioqui lene grave pondus*, W. *Alioquin levi grave*, Leid. pr. Lucas. Obscura sententia, et ex qua se non extricat Ascensius, qui et *leni* coniicit. Et certe Mario iudici *levem animum* obiicere non cauti patroni videtur; haeret hic, ut in multis, mihi aqua.

propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrandam, quum absolveris: nam si quid tibi iudicandi fides tua causa facere permittit, cogitas profecto, quantum tibi hoc ipsum apud aemulos, quos virtutibus offendis, allaturum sit invidiae, quum videberis aut corruptorem militis iudicare innocentem, aut propinquum tuum etiam vindicare nocentem. Olim iam, Imperator, inter fulgentes virtutes tuas livor locum quaerit, et natura quidem omnibus novitatis incrementis adversa nobilitas, tuis tamen laudibus pressa et obruta, rimatur occasionem criminum. Quod si bene invidiam novi, hoc quoque tibi obiicietur, quod saltem propinquus tuus peccavit: quare abdicandus et eiurandus est non tuus sanguis: certe nihil minus committendum, quam ut ulciscaris hoc flagitium in eo praesertim, qui apud malignos poterit videri te permittente fecisse. An ille, si unquam cogitasset se esse propinquum tuum, non has virtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, quum ei velut propius contemplari licuisset, toto pectore haurire debuerat: non huic affinitatis suae felicitati referre gratiam: milites te melius imitantur. Quod

Cogitas) *Cogites*, omnes fere editi.

Iudicanti) *Iudicandi*, Leid. pr.

Offendis) *Offenderis*, Leid. pr.

Iudicare) *Esse iudicasse*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. *esse iudicum*, Leid. pr.

Obruta) *Abrupta* Leid. pr. *Obrupta*, Vidov. Colin. male; vide de voce *obruere* ad Petron. cap. 5, et ita Fab. lib. XII Inst., 10, et Cic. pro Muren. 4, ubi vide notas. BVRM.

Occasionem) *Occasione*, Colb. sec.

Peccavit) *Peccaverit*, W. *Peccaverit*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. sec. *Tuus* omisit Leid. sec.

Et eiurandus) *Et iurandus*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. *Evitandus*, Leid. pr.

Nihil minus committendum) *Nihilominus obmittendum*, Leid. pr. *Nihil minus abdicandus et abiurandus quam* etc., W.

Quam ut ulciscaris) *Quam ulc.* Leid. pr. Voss. pr.

An ille) *At ille*, W. Leid. pr.

Se esse propinquum) *Se propinquum*, Voss. pr. sec. *Se ad propinquum*, W.

Virtutes tuas) *Tuas* deest Leid. pr. sec. Voss. sec.

Velut propius) *Vellet propius*. Leid. pr.

Non huic) Forte *non hinc aff. s. f.*

si post hanc mentem viveret tribunus, necessarium forsitan erat, hac quoque eum premi invidia, quod ista fecisset Marii propinquus, quod ex ipsa stirpe virtutum sustulisset se flagitii soboles: nam quum bene sit liberata probro familia, quid attinet illud subinde Mario obiicere? optimum fuerat non habuisse talem proximum, aut libenter perdidisse.

XIX. Perorata, Imperator, ut mediocritas ingenii mei tulit, causa, scio commendationis partes esse reliquas: sed has supervacuas facit sanctitas tua: quid enim verear, ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior potest esse nuda virtus, apud quem maximum est ex se coepisse? Commendem tibi ordinem caligati militis, quem velut incrementorum tuorum natalem libenter ab alto respicis: adhuc fortasse patricium valuerit genus, sed ductum eius longa serie dignitatis ordinem ipsa virtutum conditione meliorem fecisti. Nondum potuit altius procedere vir adhuc huius aetatis: tamen quum virum fortem, quum dignum tuis castris, tuis auspiciis probarim, commendo tibi quidquid melius miles fieri potest. Hoc quidem profecto non exspectas, ut in extrema actione miserabili fletu, et humili obtestatione vitam genu nixus petat; nec tu rogari ab innocente exigis; nec viro forti opus est precari absolutionem: unum ro-

Se flagitii) *Sed flagitii*, Voss. pr.

Nam quum bene) Ordo orationis requirit: *Nunc quum bene sit liberata.* Gron. Illud *nam* ut quippiam peculiare. Nisi legendum *nunc*, Schull. *Nam quum pene* Obr. cur non, *iam quum bene?* ut millies *iam* et *nam* commutantur, et ita voluerat Francius.

Aut libenter) *Et libenter*, W. Leid. pr. Voss. sec. *etiam*, Lud. sec.

Commendationis) *Commendationi*, W.

Gratior) *Gravior*, Voss. sec.

Nuda virtus) Vid. ad Petr. cap. 88.

Quem veluti?) *Quae v.* Leid. pr.

Valuerit) *Viluerit*, Leid. pr.

Ductum eius) *Eius* deest W. Leid. pr. *Ductu tuis*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Tuis auspiciis) *Tuis* deest Voss. pr.

Precari absolutionem) *Precaria absolutione*, Gryph. Colin. Vidov.

gat, ut si quid de causa illius dubitas, des dilationem usque ad proximum proelium: pone in prima acie, pone ante signa, fortiter dixerim non inter tirones, ubi plus periculi, quo maximus hostium globus ingruet: specta pugnantem; affirmo, tunc minus ignosces tribuno: liceat ire in aciem, congredi cum hostibus: si perire debet, rogat te, Imperator, miles tuus, opera mortis suae utaris feliciter.

Vbi plus) *Sed ubi usus*, W. *ubi usus*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Opera) *Operis*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Feliciter) Deest Voss. sec.

DECLAMATIO.

TRIBVNVS MARIANVS.

ARGVMENTVM.

Bello cimbrico miles Marianus tribunum, stuprum sibi inferre conantem, propinquum Marii, occidit; reus est caedis apud imperatorem.

PRO TRIBUNO CONTRA MILITEM.

CAP. I. Ne quaeso mihi succenseat, o piissimi iudices, sanctissima religionum publicarum disciplina, tanquam adversus castitatem ordinare castra tentaverim, tanquam pudicitiae claritatem intricatis sermonum involucris aliquatenus obscurare susceperim. Non ego religionem prosequor, non accuso virtutes; sed figmenta militis impurissimi, quem licet, libet detegere; quantum possum, ipsius volo denudare mendacia. Hoc unum ab affectibus vestris peto, hoc specialiter obtinere desidero, ne turpissimo militi sua prosit iniquitas, ne ab huius flagitii vindicta cuiusvis eum ficti protegat et excuset in-

Visum fuit hanc Declamationem, primum a Gibsonio editam, mox emendatam ab Obrechto, praecedenti subiicere, licet multo inferiorem eloquentia at nitore sermonis: nam a monacho quodam, multis post aliam seculis scriptam esse suspicor: adeo ineptae locutiones, verba barbara et ridicula acumina, sensum obscurant: ignorantia etiam antiquitatis passim foedos errores committit, quicumque huius declamatoris auctor fuit. Sed nec illae, quae sub Quintiliani nomine prodiere, venustate omnes inter se pares, sed una longe alia elegantior, diversos auctores produnt. BURM.

Quem licet, libet) *Quantum licet, libet*, Obr.

Flagitii vindicta) Transposita puto verba sic collocanda, *ne ab huius ficti flagitii vindicta, cuiusvis eum protegat, et excuset invidia*. BURM.

vidia. Miles iratus et insolens, dum tribuniciam non est veritus dignitatem, sempiternum incussit opprobrium paludatis. Sera querela, quae nullo suffragatur oppressis remedio; et tamen diligenter agendam esse libera voce pronuntio, per quam vivorum saluti consulitur, per quam securitati magistratuum providetur. Lex a mortuis peremptum non revocat, sed perimendi praecidit licentiam, dum perimentibus pendenda dictat. Huius ad Caium Marium loco praesentem sentio, iudices, actionis plurimum oportere converti; ut dum habetur sermo de legibus, ad ipsum peculiariter dirigatur, apud quem legum est specialius delegata custodia.

II. Nunc igitur, Cai Mari, dux invictissimi nominis hactenus et virtutis, quem ad ducatum huius exercitus

Si est vetitus) Ita legit Codex maouscriptus; omnioo, ut arbitror, mendose, Gibson. *dum tribunitiam scilicet est veritus* etc. Obr.

Opprobrium) *Improprium* Codex MS.; sed in hac ipsa Declamatiooe inferius reperio, *quod tum infulcrit paludatis opprobrium*; unde manifesto constat lapsom hunc esse librarii. Gibson. *Improprium*. Obr.

Paludatis) Quasi Tribuni paludati fuissent; ita saepius eos paludamento insignes inducit.

Pendenda) In Cod. MS. inter vocabula *perimentibus* et *dictat* nonnihil videtur desiderari; conspicitur enim lacuna sex circiter aot septem literarum capax. Maons aliqua recentior inseruit *pudendi*; sno iogenio, an vero auctoritate Codicis alterios, nescio. Certe *pendenda*, id quod reposoimus, ad mentem huius scriptoris videtur optime accommodari. Gibson. *Poenitendi dictat*. Obr. Ego malim, *Poenam dictat*. Per supplicium enim perimeodi licentia praeciditor. Ita mox c. 4: *Si quis sumere vult exemplum de scelere, pertimescat poenam de lege*. Burm.

Actionis) In Cod. MS. sic scribitur (*acconi*) cum virgula qoapiam capiti τοῦ *cc* superposita. Quod in fine vocabuli litera *s* desideratur, id proculdubio librarii oscitantia contigit. Legendum autem sit *actionis*, an vero *accusationis*, quum vox utraque loci interpretationem aequaliter custodit, eorum iudiciis relinquo, qui maiorem osom Codicum Manuscriptorum habuerint, Gibson. *Accusationis*. Obr.

Peculiariter) Ne oimia videar oti in emendaodo licentia, sciat Lector eruditos vocem hanc ita esse in Codice MS. concisa scriptam (*pliter*) cum duplici virgula, altera per caudam literae *p* docta, directa; altera super caput eiosdem literae posita, paulum curvata. Si quisquam coniecturam nostra hac feliciorem protulerit, eam libentissima amplectemor. Gibson. *Particulariter*. Obr.

romanae gravitatis (sanctissimis auribus tuis honos sit habitus) et elegit et praefecit prudentia; nunc, inquam, totum tibi senatum cogita supplicantem, nunc reginam et caput mundi Romam, quasi tuis genibus advolutam considera; ne legis eius rigorem emollias, ne sustineas temerariis iniquorum ausibus infirmari, quam ab antiquis ipsa temporibus sapienter et invenit et statuit. De lege semel est statuendum, quae postquam credita fuerit et prolata, de flagitiis et de causis est de cetero secundum illam ultro iudicandum. Ea propter si dimittis imperium, si scelestum non percutis, si caput noxium non condemnas, legem dissipas, quam senatus, quam Roma condidit universa; et tum ita callidissimus actor orationem suam ordinavit et texuit, ut et militis innocentiam praedicet et virtutem, et obscoenae tribunum impudicitiae criminetur et arguat; ut dum tribuno scelus occultum, licet fictum et falsum obiecerit, homicidii manifesti culpam spectabilem, et per impacti reatus invidiam, aut excuset aut leniat.

III. Patere, Cai Mari, patiatur et tua divina virtus, et romanae ceterum militiae pia discretio, patiatur, inquam, necessaria communis causae proloquia, ne praeter audentiam anxium oratorem praestrangulet et con-

Credita fuerit) *Condita* et hic, et mox *Roma condidit*. Obr. Forte *edita*.

Se illam ultra iudicandum) *Secundum illam ultro iudicandum*. Obr. Forte, *de causis ex decreto secundum illam ultro* etc.

Et tum ita) *Et quoniam ita*. Obr. Forte et *dum*, vel *cum*.

Et per impacti) *Et* non habet Obr.

Romanae ceterum) *Ceru*, cum lineola super *u* ducta, exhibet MS. Codex. Gibson. *Romanae tecum*. Obr.

Ne praeter) *Praeter* omnino esse legendum arbitror; etsi in Codice MS. nulla litera nisi *pt* compareat. Virgula autem super caput prioris ducta manifesto ostendit legendum esse *prae*; aliaque capiti posterioris superimposita, literam sive unam sive plures desiderari testatur. Gibson. *Propter*. Obr.

Audentiam) *Audienciam* habet MS. Cod. Librarii errore, pro *audentiam*. Gibson. *Audientiam*, Obr.

ficti facinoris procax invidia, et caelibatus sancti pura dilectio. Quis enim adversus castitatem audeat disputare? quis pudicitiae titulis obviare non timeat? ceterum, quis in medio belli strepitu, quis in acie, quis ante signa, quis inter armatos armatum audeat appellare? Scrutare, o Mari, dux ubique terrarum famae laudabilis, et ne pigeat universum exercitum investigare, si valeat: quis abolitanis unquam temporibus ad hos dies, gladio cinctum prostare mandaverit? Si recordatio sensum effugerit, si praecedentium ab origine mundi non occurrerunt exempla seculorum, fictum, precor, omnis crimen ignoscite, quod tribuno mendacissimus prolocutor obiecit. Quis enim inter tot millia bellatorum, vel prostituentis obscoenos vidit amplexus, vel vocem audiit prostituti. Sed attende, precor, Imperator sanctissime, attendat et romanae militiae plenitudo, quid tum dedecoris Marianus miles castris intulerit, quod tum infuderit paludatis opprobrium. In Tribuni morte militaris periit gravitas disciplinae, quem miles insanissimus se peremisse gloriatur, praedicat, et exsultat. Miles certe, quem viriliter hactenus quid egisse, non est qui viderit; miles, inquam, civibus et praelatis magis metuendus,

Caelibatus sancti) Haec monachum loquuntur auctorem.

Quis Abolitanis) *Quis ab olim tantis*, Obr. corruptus locus: forte, *et ne pigeat per universum exercitum investigare, si valeat quis a Romuli sanctis temporibus quemquam ad hos dies invenire, qui gladio cinctum prostare mandaverit*. BVRM.

Omnis) Ita numerum pluralem τοῦ *omnis*, aliarum etiam vocum, in Codicibus MSS. exaratum plerumque videmus: reliquiae nimirum veteris illius terminationis *cis*. GIBSON. Forte, *fictum precor hominis crimen ignosce*. *Prolocutorem* vero advocatum monachus vocat, qui loquitur pro milite, ubi vernaculae linguae genium agnoscere licet. Vide Cangii Glossar. in *Praelocutor* et *Prolocator*, et ita *Proloquia* paulo ante. BVRM.

Et praelatis) Quinam hi, an praepositi? an commilitones ipsi praelati? non capio. Nisi monachus *praelatos* magistratus et paludatos, ut supra vocavit, intellexerit, ut ex usu seculi sui et civiles et ecclesiastici dicebantur. Vid. eundem Cangium, in *Praelati*. BVRM.

quam hostibus, quem profecto si dimittitis impunitum, simili ceteros exposuistis periclo: ideoque particularis iniquitas gravi est animadversione ferienda, ne generalis veniat in exemplum.

IV. Si quis sumere vult exemplum de scelere, pertimescat poenam de lege. Luxuriosus miles tribuniciae potestatis praesulem et magistrum, et occidit innoxium, et abominabilis impudicitiae criminatur occisum, quem senatus elegit, quem hic exercitus sibi voluit et poposcit ordinari tribunum. Et quum mors soleat malorum esse novissima, mortuum tamen male dicaci dente crudelissimus miles indesinenter rodit, lacerat. Sed quomodo respondebit ille post mortem? quibus verbis obiecta refellet convicia de sepulcro? Agat ergo romana pietas, et suscipiat causam eius, cuius ipse vices semper egit, dum viveret. Non est idoneum, non est dignum, ut inter manus vestras, eius causa casum aut detrimentum sustineat, cuius vitam inter vos miserabiliter occidisse, misericorditer deploratis. Et tamen magis haec actio communis hominum esse debet: non est mortuis profutura; vivorum hac defensione securitati prospicitur et saluti. Sed ad grassatoris huius verba specialius recensenda, linguam de cetero convertamus. In medio, in-

Si) *Si* non agnoscit Codex MS. sed ipsum orationis filum voculam eam aperte postulat. GIBSON. Forte *quasi si militis impunitum*. BURM.

Exemplum) Nihil in Codice MS. reperio praeter *ex*, et *m* super lineam, in calce. GIBSON.

Tribuniciae potestatis praesulem et magistrum) Manifesta ignorantiae nota. Quis enim ita Tribunum militum unquam designavit? et vellem doceri, quando Tribunis militibus *potestas* esset data, quando etiam a senatu electi fuerint? certe Marius ipse a Populo *creatus* tributis comitiis Sal. Iug. 63, et alios a consulibus et imperatoribus creatos scimus, unde duplices *Ruffuli* et *Comitiati*, ut vel pueri norunt. BURM.

De Sepulcro) *De* est pro *ex*, ne quis capiat *convicia de sepulcro*; de quo nihil obiectum fuit. BURM.

Haec actio) *Acco*, Cod. MS. hoc a super *cc* ducta. GIBSON. *Accusatio*, Obr.

quit, cimbrici belli strepitu vim inferre voluit, ne quid aliud dicam, fortiori? o verba tam confusa, quam dissona! miles armatus erat et fortior, et ei vim irrogare Tribunus voluit imbecilli? In medio, inquit, belli strepitu, id est, in oculis civium, in communi, ante conspectum pugnantium. Sed quem non pudeat in his saltem operibus etiam deprehendi? et si feminae misceearis, si contra naturam non coëas, quis in talibus non abhorreat inveniri? quem vero multo vehementius non confundat virorum illa turpis coniunctio?

V. In vos, o iudices, et magis in universum exercitum haec refundi videtur calumnia, qui videntes iniquitatem nefariam, et tunc a vindicta manum, et nunc linguam a testimonio coërcetis. Quod procul dubio temerarium esse iudicamus et impium, ut religionem publicae sanctitatis turpitudini tam obscoenae consensum crediderimus praebuisse. Ceterum ut de militis et actoris eius constet mendacio, unum sine nube manifestavit silentium. Ad probationem impacti facinoris in tribunum, unius accusatio linguae non sufficit; alioquin legis latio parvum prodest, si solius agentis voce quod obiicitur, et probatur. Oportet ut obiectum crimen vel impetiti prodat confessio, vel invicta manifestent indicia, vel argumentorûm deficientium vicem testimonia congruentium suppleant personarum: sine his crimen impactum nihil proficit ad conviciantis negotium, sed ad criminati spectat convicium: eo tamen, Imperator piissime, miles tuus et actu vixit et habitu, ut etiam inter arma praestitisse credi potuerit. Non amo femineam cutis curam in milite, non petulantiam oculorum,

Imbecilli) *Imbecillis*, Obr.

Sine nube) *Sine* ex coniectura reposui; nihil enim in MS. praeter *sn*, cum virgula curvata super *n* literam posita. GIBSON. *Manifestabit*, Obr.

Praestitisse credi) *Prostitisse*, Obr.

Petulantiam odorum) *Oculorum*, Obr. sine dubio recte; vide ad Petron, 126.

non furtivos et obliquos intuitus, non crines arte compositos, non affectatam gestuum seu verborum mollitiem, non denique remissiorem incessum, nihil omnino quod ad lenocinamentum spectare possit lasciviae: his enim implicitum quempiam et illectum, si quis masculorum erat concubitorum, sine cunctatione subegisse potuerat. Miles tuus non erubuit invitari muneribus, non refugit emolliri blanditiis, non despexit remissionibus sublevari: meretricis utique caritatem et ingenium aemulatus, quae libenter et adhaerere divitibus, et a pauperibus solet recedere: quem profecto si pudicum nimis praedicavero, sive satis, ipse me mentitum esse confiteor.

VI. Transeo, inquit, oblatam munerum vacationem, et blandius quam militaris disciplina postulet, adulatum militi tribunum, imperatas asperrimas expeditiones, ut remitterentur. His inductus miles illecebris, et avaritiae suae nihilominus illaqueatus disciplina, quamdiu spem emolumenti non perdidit, appellationis tam diu vel patienter sustinuit, vel non intellexit, sicut mentitur, iniuriam: et licet appellatus non fuerit, obscoenae tamen patientiae non erubuit argumentum; et explesset forsitan vices amasii; si corruptoris non defuisset impietas. Huic de tribuno si fidem oporteat adhiberi, romani cives, et exercitus viderit universus. Novit tamen, Imperator summe, novit irreverentis ingenium pervi-

Gestuum) *Gustuum* habet Codex MS. sed *gestuum* ad oram libri apposuit manus recentior. GIBSON.

Mentitum) Vox haec ita apte menti scriptoris respondet, ut non opiner esse dubitandum quin lectio nostra sit genuina, quae ex his, *mtium*, (literae *m* virgula superimposita) fractis quibusdam lectionis genuinae reliquiis elicitur. GIBSON.

Imperatas) *Imperator asperrimas expeditiones ut remitterentur*, Cod. MS. lectio primo intuitu vitiosa; nos an in rectam incidimus, alii existiment. GIBSON. Facile haec erat restituere ex declamationis pro milite cap. 16, ut fecit Obrechtus hoc modo: *imperatas asperrimas expeditiones, ut remitterentur*.

cax oratoris defensionem suam ad plenam absolutionem militis sui minus sufficere: ideoque confidentiam simulatus: non potes, inquit, efficere, Cai Mari, ut eum facti sui poeniteat; aut enim ut innocentem absolves, aut punies tanquam virum. Porro si quis absolvi quaerat impoenitens, si quid roget; quid eum aliud facere fatearis, quam conviciari iudicibus? Ita quippe iustitiam miseria moderatur et temperat, ut impoenitentem rigor non praetereat ultionis. Poenitentibus certe solum, non tamen omnibus indulgere veniam lex concedit, quae nimirum ipsa perpetuis sanctionibus et instituit et mandavit, ut impoenitentes animadversionis durissimae condigna super interrogatione vexentur. Aut igitur ut defensor legis sanctissimae cruentissimum punies homicidam, aut in contemptum eius, hostem romanum et conturbatorem absolves exercitus.

VII. In te quoque iactat convicia, qui splendori tuo quantum potest, enititur de propinquo tuo etiam confusionis nebulam obsufflare. Abiurandus est, inquit, non

Simulatus) Pro *Simulans*, cuius quidem similis exempla produci possent, sed ex aevi sui consuetudine loquutum declamatorem puto. BVRM.

Miseria) In Codice MS. vocabulum hoc, quodcumque illud sit, concise scriptum inveni hoc modo *mia*, cum virga superposita. GIBSON. *Misericordia*. Obr.

Et temperat) *Et* omittitur in Cod. MS. quam tamen particulam inserui, quod eam existimarem librarii oscitantia praetermissam, neque sine ea integram esse sententiam. GIBSON.

Omnibus) Vocem *omnibus* in corpore paginae omissam ad oram libri apposuit manus recentior. Eam nos, contextu ac filo orationis adducti, in corpus ipsum merito recipiendum existimavimus. GIBSON.

Super interrogatione) *Super erogatione*, Obr. Ego mallem *semper irrogatione*. Vt *irrogatio multae, poenae* dicitur, et mox cap. 9, *poenam irrogari*. BVRM.

In contemptum) *In* additur manu recentiore. GIBSON. Nescio an *in contemptum militis absolvere militem* dici posset Marius; quare mallem *in contemptum legis*, nisi *eius* respicere ad praecedens *legis* velimus. BVRM.

Obsufflare) Verbum sequioris seculi, unde et *insufflare* Veget. de Re veterin. II, 21; et *exsufflare* Tertul. de Idolol. XI, et Gunth. Ligur. I, 562 usurparunt, et alii, de quibus vide Casaub. ad Suet. Calig. 38,

esse sanguis tuus: ceterum, quae te coget violentia, Cai Mari, quae tibi persuadebit ambitio tuum sanguinem abiurare? quis invictae virtutis ducem cogere? quis pecuniae contemptorem ad deprimendam iustitiam poterit inclinare muneribus? non est enim qui romanum supplantet iudicium, qui distorqueat aequitatem, immo qui veritatem prostituat. Et licet eiusdem tibi latenter notam apponat flagitii, qui in tribunum impudenter et post mortem impegerit, tanquam apud te domi didicerit, quae etiam inter arma postmodum fuerit prosecutus, manet tamen immobilis animi tui fortis illa constantia, quae nec terrori succumbere, nec adulationi noverit assentire. Ceterum quid de propriis sibi virtutibus audeat miles impurissimus arrogare? Iamque ad ipsum tituli geniales descendunt, et de patris luce magis effulserit filii claritudo. Non derivatur a proavis illuminatio filiorum, nec parentum obscuritas in nepotes semper transfunditur: unicuique propriae mentis nobilitas, et gestorum illustrium ad claritatem fortitudo sufficiat, ceterorum claudet in tenebris unumquemque sua desidia: non enim suorum satis confidit meritis titulorum, qui de paterna sibi quaerit claritate suffragium.

VIII. Quid tibi, Imperator permaxime, quid nocentissimo parricidae manuum prodest exoratio paterna-

el Cangii Glossas in *exsufflare* et *insufflare*. Burm.

Notam opponat) *Notam apponat*, Obr. recte.

Qui in tribunum) *Quod in tr.* Obrecht.

Iamque ad ipsum) *Tanquam a. i. t. g. descendant.* Obr.

Manuum prodest exoratio paternarum) *Manium prodest exoratio paternorum* videri posset magis esse accommodatum ad materiam propositum; neque quisquam dixerit, non in eiusmodi errorem facile labi potuisse librarium etiam diligentiorem. Gibson. *Manium paternorum.* Obr. Dubito, quum in praecedenti declamatione cap. 3 de patre dixerit, *exauctoratas armis manus agresti labore subegit*: unde forte pro *exoratio* legendum *exauctoratio*, quae vox per compendium erat scripta, ut pluri-

rum, quum in degenerem successorem praedecessoris eximii praerogativa non transeat. Sed et praeduram moribus matrem et solis perustam ardoribus, quid auctoritate tanta commemorat, quum aliena sit aliorum virtus ab aliis? Sicut enim nemo paternis reatibus obligatur, si purus ipse perseveret et innocens; ita nemo, si degeneret a virtute, patrum potest irradiari fulgoribus. Miles eximiis et impudens nihilominus, diisque castis inimicus, totius orbis leges confundit et ordinem, dum et terrae damnum, et contumeliam infert caelo. Nam et tribunum castris, et tribuno quam dii dederint requiem invidere non desinit: et tantum saeviat, quantum volet, invehatur in mortuos, cineres persequatur, et dum sepulchra violat, dum aeternum rumpit silentium, non cohibeat cadaveribus os et dentes, conflet sibi totius orbis invidiam, inimicitias excitet sempiternas; ut scelestum caput nec excusationem a civibus, nec a te veniam, Cai Mari, nec a numinibus protectionem inveniat. Erat in civem agendum humanius; erat in propinquum Imperatoris paulum mitius saeviendum; erat tribuno grandiori reverentia deferendum.

mae in hac declamatione. BURM. *Degenerem. In degenerem.* OBR.

Auctoritate) Vocem istam coniectura hoc in loco collocavi; quam debite, nescio. Interim ne videar nimium meo iudicio tribuere, accipe, Lector, ipsius Codicis scriptionem abbreviatam, (*aucte*) virgula curva super *u* literam posita. GIBS.

Miles eximiis) *Miles ex imis*, Obr. Forte *miles exiguus*, *et impudens nihilominus*, ut sit oppositio, nam de pueritia egerat militis advocatus.

Et tantum) *At tantum.* OBR.

Totius orbis) Manu recentiore ad oram paginae ponitur *urbis*: cui quidem lectioni plurimum favent ea quae sequuntur, *excusationem a civibus*, quam idcirco non erat *inventurus*, quoniam *totius urbis* invidiam sibi concitasset. GIBSON.

Paulum) Istud *paulum*, quod hoc in loco reposuimus, pendet partim ex coniectura, partim ex codice MS Quod ad primam attinet, satis apte sententiam scriptoris exprimit. Ad secundum si spectes, nonnulla mihi videor vocabuli vestigia deprehendere in libro MS. in quo exaratur *alu*, virgula recta, qua in Codicibus MSS. *m* fere vel *n* designatur, super caput literae *u* ducta. GIBSON. *Alumnum.* OBR.

IX. Romam quoque, mundi caput et dominam, despexisse convincitur, qui romanis legibus venerationem debitam non impendit. Ecce post sententiam agitur in tribunum, ordinemque iudiciarium militis inhumani praeposteravit impietas. Haec ad mendacium militis arguendum sola profecto debet causa sufficere: non enim eum in causa poterat superare, quem ante iudicium, ne in actione deficeret, subito iugulavit. Agit eum, postquam occidit, quem ut latro potius, quam ut miles, tanquam ex occultis insidiis improviso stricti pugionis ictu perfodit. Proditor fraudulentus tribunum clandestinis odiis et simultatibus, ut interimeret, circumvenit; quem profecto non occidisset, nisi prius ad eum per obsequii speciem accessisset: et ad cumulum publicae confusionis, et dedecus, ad iniuriam civium et senatus, quem non accusavit dum viveret, coram omnibus iam post mortem impudenti mendacio turpiter criminatur et arguit. At enim erat ad audientiam admittendus, qui tribuno praeripuit? si non hoc quoque legum praecavisset auctoritas, ut legitimis universa terminarentur sententiis. Viderit igitur ante mortem qui vel effugere vel differre sibi laborat infelicissimus parricida; viderit ipse, poenam quam ei lex irrogari mandaverit: audiat ex tabella damnationis suae recitari sententiam, ut mortem, quam crudeliter intulisse se meminit, in se miserabiliter referendam, aequa lance penset et doleat.

Romam quoque) *Quo* cum nota in fine vocabuli, literae z non multum dissimili, in Cod. MS. invenimus. An recte per haec designari vocem *quoque* fuerimus arbitrati, iudicent alii. GIBSON. *Romam quoque*, etiam OBR.

Post sententiam) Concise vox ea sic scribitur in Codice MS. *sniam*, linea ducta super *nia*. GIBSON.

Agit eum) *Agit reum*, OBR.

Speciem) Vocabulum *speciem* posuit in ora paginae manus recentior; quod, sive adiectum studiosi ingenio, sive auctoritate Codicis alterius, scriptoris menti satis apte respondet. GIBSON.

X. Vt autem amplius insolentia militis et insultatio confundatur; Si tales, inquit, omnes habemus milites, Mari, vicimus: an non magis, si omnes tales habemus milites, Imperator, et victoriam, et vitam perdidimus? constat enim, quod omnes et scimus pariter et dolemus: tribunum miles occidit. Quid si fecerit unusquisque similiter, si rimati ferro fuerimus viscera sociorum, non supererit qui victrices aquilas, immo iam victas referat ad senatum. Si tales, inquit, omnes habemus milites, Mari, vicimus: haec profecto victoria nostrarum ita dispendium fecerit animarum, ut romanae reipublicae filius intulerit irreparabile detrimentum. Vos videritis, iudices, viderit et expeditorum clara per orbem terrarum prudentia, quibus initiis Marianus miles tirocinii sui primas dedicarit excubias; et quis tribuni sanguine se polluisse commemorat, sui cruoris alluvione, si censueritis, tandem emaderet.

Mari, micius) *Mari, micius; An non magis, si omnes tales habemus milites*, propter ὁμοιοτέλευτον, in Codice MS. praetermissa, manu recentiore ad marginem restituuntur. Vnde equidem probabile admodum est, emendationes istius libri marginales non deberi nimiae studiosi cuiusvis licentiae sed alterius exemplaris, cum quo fuerit collatus, auctoritati. Gibs. *Mari, vicimus*, Obr. recte ex capite 7 declamationis prioris.

Micius) *Vicinus* habet Codex MS. Sed illud vitiose scribi pro *micius* eadem sententia superius paulo posita testatur. Gibson. *Vicimus*, Obr.

Reipublicae filius) *Filiis*, Obr.

Et quis) *Vt qui*, videtur esse magis accommodatum sententiae scriptoris. Gibson. *Et quia*, Obr.

Tandem emaderet) *Eundem emaculet*, Obr.

DECLAMATIO IV.

MATHEMATICVS.

ARGVMENTVM.

Vir fortis optet praemium quod volet. Qui causas voluntariae mortis in senatu non reddiderit, insepultus abiiciatur. Quidam de partu uxoris Mathematicum consuluit: is respondit virum fortem futurum qui nasceretur, deinde parricidam. Quum adolevisset qui erat natus, bello patriae fortiter fecit: reddit causas voluntariae mortis. Pater contradicit.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

CAP. I. Positus, P. C., in ea conditione tristissimae sortis, ut nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis; nec praemio, nisi innocentem: adeoque ludibriis miserae diversitatis vel necessitatis implicitus, ut

Deest haec declamatio in cod. pr. Colb.

Optet) *Oportet*, W.

Qui causas voluntariae) *Qui caussas suae*, Leid. pr.; *voluntariae* deest W. et Lucae, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Abiiciatur) Addit W. *patricida obvolutus culeo in flumen abiiciatur. Quidam* etc.

Parricidam) *Patricidam*, Lucas.

Contradicit) Addit Leid. pr. *filius instat.*

Positus P. C.) *Ascripti*, Voss. pr. *Criptus*, W. *Quum steterim in ea* Leid. 1; sed ita Decl. 5, 4, *in tristissimae necessitatis positus abrupto*; ut Cl. Schult. notaverat.

Nisi innocentem) *Nec inn.* W.

Miserae diversitatis vel necessitatis) *Miserae sim diversitatis necessitatisque impl.* Leid. pr. sec. Voss. pr. *Miserae sim divinitati implicitus*, Voss. sec. *Miserae sim d. vel nec. imp.* Gryph. Vid. Colin. *Miserae diversitatis sum*, Victor. *Vel* ignorat Lucas.

Diversitatis) Id est diversae sortis et quasi contrariae. Infr. hac declam. *omnium incredibilium diversorumque pariter capax. Necessitatis* vero est *fati*, ut *fati necessitatem* hac declamatione dixit, et *praedictas necessitates*. SCHULT.

Implicitus) Decl. 14 ad *perpetuam impatientiam viribus nimiae diversitatis implicuit.* SCHULTING.

impetrandum a vobis habeam odii mei favorem quaeso, praeter omnia, quae ante hoc tempus circa nos ordo praedictae veritatis explicuit, attulisse me credatis urgentium malorum probationem. De parricidio venit, quod occidere me possum; de fato, quod mihi non liçet mori: non solus mathematicus seculo temporibusque praedixit has manus, sed et ego me parricidium credo facturum: plus quam responsum, quam sacrae artis praesagium, triste est, quod mihi sic minatur animus meus. Non habeo infelix, in cogitationibus meis, unde non timeam; et facinus, quod sibi pro me pietas patris, quodque singulorum innocentia rogat, sentio, patior,

Odii mei favorem) Id est, odiosae rei vel negotii, quod affero vobis. Horat. I Sat., 7, 6: *Odio qui posset vincere reges*. Tacit. I Hist., 2: *Odio et terrore corrupti in dominos servi*; ita *immanitas*, pro immani facto; *foeditas* apud Iustin. IX, 6. SCHVLT.

Explicuit) Ita infra: *ecquando unquam, pater, explicuit manifestius ullus fati necessitatem totus ordo responsi*. SCHVLT.

Vrgentium) *Surgentium*, Leid. sec. sed recte Cl. Schulting. *urgentia* imminentia explicat, quae quotidie ante mentem et oculos obversantur.

Occidere me possum) Id est ab animo meo impetrare, ut Decl. 17: *non habet pater unde parricidium de filio credat, nisi quem possit occidere*. SCH.

Non solus) *Non solum*, Leid. sec. Voss. pr. Gryph. Colin. Vidov.

Seculo temporibusque) Quae hinc infamiam sunt subitura. Decl. 19: *Maledixit seculo, fecit temporibus invidiam*. SCHVLT.

Sed et) *Sed* deest W. Voss. pr. sec. *Etiam*, Leid. sec. *quoniam*, Leid. pr.

Me parricidium) *Quam par*. W.

Plus quam responsum) *Plus igitur quam*, Leid. pr.

Praesagium, triste est) *Triste praesagium est*, Leid. pr. Voss. sec. Vid. Colin.

Sacrae artis) Laudat eam, ut saepe infra, ut suo serviat proposito, quae ceteroquin damnata est iure civili, et etiam sacris literis; vide Lips. in excurs. ad Tacit. II Ann., 32. SCHVLT.

Cogitationibus meis) *Meis* deest Leid. sec. Voss. pr. sec.

Me pietas) *Me et pietas*, Leid. pr.

Quodque singulorum) *Quod singulorum*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. Colon.

Singulorum innocentia) Sensus est, parricidium, quod sibi pro me optat pater, et singulorum innocentia, ut nunc adhuc scit, est tantum nempe praedicta, nondum patrata, quia pro certo credunt hoc factum se facile declinaturos, suaque in potestate esse non occidere, quamvis praedixerit Mathematicus aliquis, quorum ars est vanissima. Singulorum autem innocentiam quum dicit, intelligit istos

agnosco. Ne quis me tamen laborare putet miserae persuasionis errore, accipite, cur non possim dubitare de fato: parricidium credit qui facturus est; non timet, qui periturus est.

II. Ante omnia igitur a gravitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti sitis hoc, quod volo mori: nec quia videor contendere cum mathematico, vincere necessitates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis et vitam: aliud est, facinus non esse facturum; aliud mori velle, ne facias. Quin immo, si qua est fides, hoc quod vos constantiam putatis, infirmitas est: quod ad suprema confugio, animum meum novi: novissima victae mentis integritas est in mea potestate; brevi non habebo nec mortem. Fidem vestram, P.C., ne quid amplius de misera pietate speretis: qui mori volo, ne parricidium admittam, non invenio, quemadmodum illud non possim facere victurus: nam quod ad patrem per-

nunc nec fato, nec consilio, aut cogitatione nocentes esse, ut ipse sit, nec propterea malae conscientiae cruciatu urgeri, inde evenire, quod ita temere iudicant: votum videtur fuisse, simile sibi fatum esse, ita gloriam haud dubiam habituro et scelus facile declinaturo. Forte est legendum *innocentia negat*. SCHULT.

De fato) De quo dubitatis, illiusque vi, Pater et singuli innocentes, nec malae adhuc conscientiae tormentis lacerati. SCHULT.

Qui periturus est) *Est* deest Leid. pr. Sensus est, ex Schultingii sententia, eo ipso, quia pater non timet, est periturus, ego id faciam, quia id credo.

Innocentia mea) *Inn. mei*, Voss. pr.

Et vitam) *Et* deest W.

Hoc quod vos) *Hic*, W.

Animum meum novi) Planum est, id ea causa facio, quia animum meum novi; vide similia apud Sciopp. Grammat. Philos. p. 69. SCHULT.

Victae mentis) *Vitae*, W. Voss. pr. Lucas; *vitae novae mentis*, Leid. pr.; *victae menti, sit integritas*, Leid. sec.

Non habebo nec mortem) Sc. in potestate; sensus est, nunc inferre mihi mortem paro, et possum laudabili exemplo, ea brevi iudicum sententia inferetur, parricidii crimine perpetrato. Ad haec insepultus abiiciar. SCHULT. *Non habeo mortem*, Leid. pr.; *non habebo mortem*, Voss. pr.; *non habeo nec mortem*, Lucas.

Qui mori) *Quod mori*, Leid. pr.

Non invenio) *Non vivere*, W.

Illud possim) *Illud ipse possim*, Leid. pr. *Illud possim non facere*, Lucas.

tinet, qui me retinet vivere nolentem, non miror, quod adhuc recenti gloriae nostrae gaudio stupet, et in opera mea totus oculis animoque conversus, parricidam non videt per virum fortem. Hic est animus, quo me quamvis denuntiatum praedictumque, servavit: et quum incertis adhuc dubiisque virtutibus praestiterit, ut viverem, praestat meritis actisque, ne moriar. Nunc ille, quod pietate, quod videor ipsius perire reverentia, vocat parricidium suum; et in orbitate, quam facere sibi videtur, non remedium meum, sed suum spectat affectum: filius qui vult mori, ne parricida sit, aliter sibi videtur remunerari non posse, quam ut ipse moriatur.

III. Merito prorsus, merito miserum senem tristes sollicitudines, et praescii metus ad mathematicum et responsa miserunt: debui vir fortis nuntiari, parricida praedici: sive enim miserae coniugis prodigiosa fecunditas tumultuosis pulsibus maritales inquietavit amplexus; sive per anxias noctes dirosque somnos feralibus senex imaginibus agitatus dicitur ad notissimum sacrae artis antistitem, non spes, non avida vota, sed suspiria, metus, et praesagium magni nescio cuius incerti detulisse pallorem; quid aliud hoc esse vultis, P.C., quam primam

Quod adhuc) *Quod* deest W.

In opera mea) *In ora*, Obr. male, in fortiter a filio ficta Pater totus est conversus.

Oculis) *Operis*, Voss. pr.

Quo me) *Qui me*, Leid. pr.

Praedictumque) *Praedictumque fuerat*, Leid. pr.

Praestiterit) Id est illarum causa fecerit, ut *da hoc nostrae amicitiae.* Id est fac illius causa; quod notabile, quia frequentissimum est. SCHVLT.

Nunc ille) *Ille* deest Leid. pr.

Quod pietate) *Qui pietate*, Colb.

Ipsius perire) *Istius*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. W.

Affectum) *Affectatum*, W.

Remunerari) Quid si, *patrem venerari*. SCHVLT.

Inquietavit) *Inquietant*, Voss. pr.

Sive per anxias) *Seu* Leid. pr.

Agitatus) *Agitatur*, Lucas.

Metus, et) *Metus, ut*, Leid. sec.

Praesagium) *Praesagam*, Obr.; *mali nescio cuius* legebat Francius.

Quid aliud hoc) *Quid aliud esse*, Ed. Pith.

Vultis, P. C., quam) *Vultis, P. C., cuius artis*, Leid. pr. omissis reliquis.

fatalis instinctus necessitatem? De partu uxoris non potuit non interrogare; deinde non credidit. Referam nunc, P. C., cuius artis, cuius fuisse dicatur auctoritatis, quem putavit adeundum, qui sic timebat: homo qui, quod certum habeo, plurimis meruerat experimentis, ut ad illum, velut ad oracula deorum, plenumque sacro spiritu pectus, hominum sollicitudines metusque confugerent, dicitur inspecta totius ratione caeli, digestis sideribus in numeros, ad publici privatique fati stupuisse conspectum; et tanta prosperorum tristiumque congerie magis ipso consultore perterritus, diu non commisisse verbis, quod videbat.

IV. Sed, o virum gravitatis antiquae, dignumque, cui se fatorum arcana nudarent! quum partus de quo quaerebatur, multa praestaret propiora prospera, laetos incipientes annos, non fuit contentus meliora praedicere, sed (quae certissima est vera proferentium fides) quidquid deprehenderat, protulit in medium, et proclamavit futurum virum fortem, deinde parricidam. Quis unquam, P. C., fiducia maiore respondit: quum summum facinus denuntiaret, ante se dixit probaturum. Fecerat profecto, P. C., interrogando Mathematicum pater rem non educaturi, si quid tristius comperisset, nisi hoc primum de fato fuisset, ut viverem: sed nec Mathematici fides

Digestis sideribus in numeros) Id est ordinem Virgil. III Aen., 446, *Digerit in numerum*. SCHULT.

Et tanta) *Et in tanta*, W. Leid. pr. quod non displicet.

Laetos incipientes) *Et laetos*, W. *incipientis animos*, Leid. pr.

Quae certissima) *Et certissima*, W.

Probaturum) Praedixit enim prospera primo loco, quae si evenissent, probabat artem suam certam esse; et pro certo habendum, summum facinus ab hoc iuvene dein perpetratum iri; quod itidem praedixerat. SCHUL.

Pater rem non educaturi) *Patri rem non educaret*, W. *Pater se non educaturum*, Leid. pr. *Pater speciem* etc. volebat Francius. Nihil muta, est enim frequens in his declamationibus locutio. Vide ad declam. 2, cap. 5.

Si quid tristius comperisset) *Si quid tristi fato concepisset*, Leid. pr. *Si quis tristius comperisset*, Leid. sec.

circa momentum aliquemve cessavit ordinem: non numerus fefellit, non sexus in partu, non iuventa, non robur. Illa quoque quae velut extrinsecus consentiebant, affuere responso, bellum, hostis, acies, ad illam ipsam, qua fortiter facere poteramus, aetatem. Pater vero periculi sui denuntiatione non territus, arma mihi, pro tristis necessitas! arma ipse circumdedit, et sui ad pugnam manibus aptavit, tanquam Mathematico iam credidisset. Quis miretur, quod responsum non contempserit, dum sperabat, ut fortiter facerem: mori me non vult, et iam non superest, nisi parricidium. O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantum te quaesivimus in bello! tuli enim, deos testor, in aciem, tuli non virium iactationem, non gloriae cupiditatem; sed ut patriae praestaret aliquid utilitas mei; ut hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum damnatumque corpus, publicarum utilitatum usus absumeret.

V. Ibi primum miser didici, quam multa nescientes, quam multa faceremus inviti: in medios hostium globos perditus pugnator exsilui; cessit acies; densissima

Aliquemve) *Aliquemque*, W. *Aliquodque*, Voss. sec.

Consentiebant, adfuere) *Consentiebas affinem*, W. An *confluebant*? SCHVLT.

Qua fortiter) *Quam fortiter*, Leid. pr. Voss. pr.

Pater vero) *Pater non per. s. d. non tantus*, W.

Iam credidisset) *Id iam credidisset*, Lucas, Gryph. Vidov. Colin.

Vt fortiter facerem) *Fortiter facere*, Leid. pr. quod qui correxit, credidit latinius esse, infinitivum post *spero* sequi, quam *ut facerem*: sed ita aevo isto loquebantur, Iustin. V, 3: *Sperans ut dux ab omnibus legeretur*; vide Vorst. ad Iost. V, 6. BVRM.

Non superest) *Nihil s.* W. et ita Francius.

Vt patriae praestaret aliquid utilitas mei) Scribe, *vilitas mei*, hoc est, ut patriae aliquid praestarem me vilem habendo, periculis obiiciendo. Vide Pet. Fabrum I Semestr., 10, ubi eandem vocem aliis pari sensu restituit. GRON. *Vilitas*, Colb. Cod. ita commutari has voces ostendimus ad declam. 2, 7, et Iust. V, 7.

Absumeret) *Assumeret*, Leid. pr.

Exsilii) *Exsilui*, Voss. sec. Leid. pr. recte; *insilui* volebat Francius.

quaeque certamina solus invasi; resistere nemo sustinuit: obviis ictibus membra nudavi, et ad incurrens ubique ferrum vitalia parata circumtuli; vacua circa me tela ceciderunt. Miserum me deceptae cogitationis eventu! fortiter feci, dum mereor, occidi. Recedite gratulantes, abite laudantes, non circumeo templa, non reddo vota numinibus: ad parricidium veni. Quem ego paulo ante passus sum miserae conscientiae pudorem? ad patrem arma non retuli: timui quinimmo ne mihi, dum revertor, occurreret, ne in oscula mea plenasque adhuc victricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter ceteras exclamationes deducentis exercitus vocem, quod circumstantis populi murmur excepi! magnum felicemque iuvenem, si subito moreretur. Adiuvate, dii pariter atque homines, dum perire concupisco, dum volo, miseremini, ne hunc ardorem fugientis animae dilatione laxetis: proclamo, testor, in novissimo fati stamus abrupto; prope est, ut occidat patrem parricida praedictus, quum est mori paratus. Quid me, pater, adhuc detines? quid moraris abeuntem? melius quidem fuerat hunc spiritum aut in ipsa maternorum viscerum sede comprimere, aut ut primum contactu suo caelum terrasque polluerat, festinata morte dimittere. Sane tamen charitas patriae privatos vicerit metus, et

Quaeque certamina solus) *Quamquam certamina solus*, Leid. pr.; *quaeque c. sola*, Obr.

Incurrens ubique) *Incurrens undique*, Leid. pr.

Vitalia parata) *Vitalia membra parata*, Leid. pr.

Gratulantes) *Gratulationes*, Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. sed repetitum ex cap. 8.

Pudorem) Dedecus: turpe enim habebatur, arma non referre. SCHULT.

In novissimo fati) *In novissimo sinu fati*, Leid. pr. sequenti declam. *necessitatis abruptum* dicit.

Quum est mori) *Dum est mori*, Lucas.

In ipsa maternorum) *Aut in i. m.*, Leid. pr. Voss. sec.

Polluerat) *Polluerit*, Leid. sec. Voss. pr. sec.; *polluit*, Victor.

Sane) Particula concedentis; Tac. I Ann., 10: *Sane Cassii et Brutorum exitus paternis inimicitiis datos.* SCH.

in honorem virtutum scelera nutrita sint: quidquid est, propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractumque est: restat una pars fati, ultimum solumque facinus. Frustra me consolaris aequanimitate patientiaque tua: non idem utriusque nostrum discrimen agitur: tu mori periclitaris; ego patrem invitus occidere.

VI. Hoc primum itaque excuso vobis, P. C., quod praemium peto: satis sit hactenus viri fortis nomen agnoscere, hucusque auctoritatem sacrae legis attingere, ut illam in advocationem sacrae mortis adducam. Relaturum me putatis illa optionum verba solemnia, non capere magnorum pretia meritorum solas aequitates: tanta remunerandum benignitate quod fortiter fecit aliquis, quanta sollicitaretis, ut faceret: nemini unquam minus solvendo civitas fuit: praestiti post quod mori continuo

In honorem virtutum) *In honore*, Leid. pr. male; vide supr. decl. 2, 18, et similem aberrationem vidimus declam. 1, cap. 18; *honor* autem hic est praemium; ut Val. Flacc. I, 177: *Primos duce te virtutis honores Carpere.* — — BVRM.

Nutrita sint) *N. sunt*, Victor.

Vltimum solumque) *Vltimumque solum*; Leid. pr.

Non idem) *Non iudices*, Lucas.

Praemium peto) *Primum peto*, Lucas.

Quod praemium peto) Parricida futurus, vel lege, *quod praemium hoc peto.* SCHVLT.

Viri fortis) *Vir fortis*, Voss. pr. *Viri fortius nomen*, Colb.

Auctoritatem) *Auctorem*, Leid. pr.

In advocationem sacrae mortis) Mortem sacram, parricidii expertem mihi proposui. Ad hanc spero istam legem mihi adiumento futuram. SCH.

Optionum) *Opinionum*, Colb.

Pretia meritorum solas aequitates) Quid si *aequalitates*, quae his sunt in imperiis, ubi libertas, ubi omnes pariter et ex aequo subsunt legibus; quas *aequas leges* vocat Phaedr. fab. 11, et ipsum statum *aequalitatem* Tac. I Ann., 4, quae excluditur, simul atque unus aliquis summo imperio praeficitur: huc respicit paulo post, *securi estote de aviditate summi imperii.* Calpur. declam. 6: *supra civilem hanc aequationem, divitiae te elevarunt.* SCHVLT. *Praemia mer. solus aequitatis*, Leid. pr.; *pretia meritorum solet, qui tacet*, Obr.; ego legerem, *non capere magnorum praemia* (vel *pretia*) *meritorum solent aequitates tanta remunerandum benignitate* etc. Non posse aequari meritis praemia, quae dantur illis, qui fortiter fecerunt, sed remunerandum esse benignitate tanta factum, quanta invitatur et excitatur quis, ut faciat. BVRM.

Remunerandum) *Remuneranda*, W. *Remunerandus*, Lucas.

Post quod mori) *Quod post*, Colb.

deberem. Sed securi estote de aviditate summae potestatis: illud infinitum, illud immodicum, quod nobis voluerunt licere leges, intra se consumit ille, qui meruit. Titulos, imagines, honores, servate victuris: mihi praestate salutem patris, innocentiam meam, temporum pudorem: quaeso ne mihi ideo praemium negetis, quia fortassis et hoc debeatis odisse, quod fortiter feci: extra invidiam est optio, quum id exigam, quod impetrare potuissem etiam, antequam fortiter facerem: nam quod obiter optionis reddo rationem, quaeso, ne quis ideo me parum aut praemio fidere credat, aut causis, quia utriusque iuris miscui preces: ignoscite ardori perire cupientis, quod pariter imploro, quae singula sufficere potuissent. Fidem quinimmo vestram, si qua adhuc lex est, quae adiuvare possit mori volentem, commodate, conferte: est utriusque iuris et auctoritas, quod in mea morte tribuatis: praestate causis ut moriar; praemio, ut sepeliar. Sentio, P. C., hoc primum ab affectibus publi-

Illud immodicum) *Illud modicum*, Leid. pr.

Intra se) Ita ut nihil e rep., nihil e magistratibus, et imperiis et patrimonio petatur. Lego autem pro *consumit*, *consummet*, vel *in se consumet*, dum mortem oppetit. Vt mox, *omnia mihi iam discussa, consumpta sunt*; decl. 8: *necesse est omnes perire, quibus continetur vita, causas, quoties ipsa consumitur*; deinde lege *ille qui non metuit*, quamquam et *qui meruit*, possit explicari de patre. Schulting.

Et hoc debeatis) *Et hic d.*, W.

Quod obiter) *Q. arbiter*, W.

Praemio fidere) *Pr. fidem*, Lucas.

Quia utriusque) *Quia* deest W.

Adiuvare possit) *Adiuvari*, W.; haec, usque ad *est utriusque*, deerant Voss. pr.

Commodate, conferte) *Commendate*, Leid. pr. a m. pr.; *accommodate* a m. s.

Est utriusque) An legendum, *est quoque* (vel *quinimmo*) *utriusque iuris ex auctoritate, quod in*: Nam et Voss. pr. *est quod utriusque auctore est*, Voss. sec. *auctoritas est*. *Quod* pronomen est. Quod ius tribuatis, aut tribuetis, illius est et auctoritas. Schult. *Est quod in utriusque iuris auctoritate. Est quod* etc., W. *Est utriusque iuris est auctoritatis*, Vict. *Est quod in utriusque iuris auctore est*, Leid. pr. *Est quod in utriusque i. auctoritas*, Leid. sec. *Est, utriusque iuris stet auctoritas*, Obr.

Praestate causis) Francius legebat *praestate causae*.

cis petendum, ne quis ideo mori me velle non credat, quia potius ad causas ac verba confugi, quia a vobis malui petere, quidquid ab his potui manibus accipere.

VII. Merui, fateor, malignas interpretationes, vir fortis ut morerer; a bello reversus arma posui; populi favorem, gaudia civitatis intravi. Sed, sive hoc est sepulturae suae magna reverentia, pessimeque additae pectoribus humanis infirmitates, ut esset quod timeret, qui non timet mortem; sive decuit innocentiae amore pereuntem tranquillitas magna pereundi; ignoscite, quaeso, cunctationi, patientiae, morae: si me continuo occidissem, tanquam parricida moriebar. Neque est, P. C., quod excludi praemium putetis contradictione patris: eximus per magnorum operum reverentiam de necessitate parendi, et aut interim nobis magna venit contra nominis huius potentiam de virtutum favore libertas, aut obsequia peracta demum optione repetemus. Non est quod vos resistentis moveat auctoritas: neminem invenias mori volentem, qui non habeat aliquem vetantem. Ille, cui praesto non sunt pignora charitatis, lacrymis tamen audientium, et consolationibus et promptissima semper

Ad causas) *Et causas*, Leid. pr.

Ab his) Deest Leid pr.

Arma posui) *Arma reposui*, W. Vt declam. 3, 9, *deponet arma*, *an reponet?*

Populi favorem) *Populi favore*, W. *Ad Populi f. ad gaudia* etc. Leid. pr. Qood latinius puto et rectios, et aliud est, quod paolo post dicit, *gaudia vitae ingredi*; hic nempe notat, gaudente et favente popolo intravi. BVRM.

Sed, sive) *Si sine*, W. *Sed sive hoc sepulturae*, Voss. pr.

Pessimaeque additae) Lego *pessimeque ad.* ut damnet hanc conditionem, vel *pessime addita infirmitas.* De verbo *addere*, vid. Gronov. ad Senec. Agamem. 589. SCHVLTING. *Pessimeque* est in MSS. plerisque, sed codices illi raro diphtongum *ae* exhibent. Obrecthus etiam *pessimeque additae p. h. infirmitatis* edidit; et Francius malebat, *pessimeque addita p. h. infirmitas.*

Sive decuit) *Sed decuit*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Obsequia peracta) *Post Obs.* W. *Obsequio peracto demum optionem r.* Leid. pr.

Optione) *Optionem*, Lucas.

Quod vos) *Quod vobis*, Colb.

Invenias) *Invenies*, Leid. pr.

exhortatione retinetur: parentibus vero circa liberos unus affectus est, favere vitae, timere mortem: non habent patientiam nec iustae orbitatis, et inter supplicia licet poenasque, omnes tamen illis innocentes, omnes miseri sumus. Ego, P. C., communem hanc impatientiam senis accendo pietate, reverentia: fieri non potest, ut se mori debere persuadeat patri filius, propter quem se videtur occidere. Hactenus leges, hactenus merita virtutum: veniamus ad necessitates.

VIII. Mori volo; mori volo, ita ut reddidi causas. Ita non ex hac destinatione sentitis quidquid dici non potest: videritis quid nos hucusque protulerit, hinc incipit ratio. Quod volo, fingite unum ex populo turbaque petere ius praemiorum: non debet hoc vetari, quoties habet causas; non potest, quoties non habet; scilicet enim verendum est, ne ad hoc inconsulte, ne temere levitas humana prosiliat: et credibile est, ut quidquid apud hominem pro vita dici potest, ipsa sibi vita non dixerit. Abite gratulationes, silete blanditiae, quoties iam putatis noluisse me mori: primum, hoc maximum,

Affectus) *Effectus*, Leid. pr.

Supplicia licet poenasque) *Supplicia poenasque*, Leid. pr. Voss. pr. Victor. *Supplicia nemo poenasque*, Leid. sec. Voss. sec.

Communem hanc) *Omnem hanc*, Leid. pr.

Accendo) *Attendo*, Leid. pr.

Videtur) *Videre*, W.

Mori volo; mori volo) Non repetuntur haec bis in W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Luca.

Ita ut reddidi) Legendum forte, *ita nunc non reddidi causas?* dum nempe pro praemio, quod amplissimum optare poteram, opto mortem: nam videor iam satis voluntariae mortis reddidisse rationem? SCHULTING. *Et ita u. r.* Leid. pr. *Ita ut red. causas, ita. Non* etc. *potest?* Obr.

Sentitis) *Sentiatis*, Leid. pr.

Quidquid dici non potest) *Quidquid dici potest, quidquid dici non potest*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Victor. Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Videritis) *Viderit*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Quid nos hucusque) *Quid os h. protulerit, hinc incipit ratio, quod volo. Fingite*, Obr.

Protulerit) *Pertulerit*, Leid pr.

Quod volo) *Quod nolo*, Colb.

Credibile est) *Incredibile est*, Leid. pr.

Noluisse me mori) *Me* deest W.

quod pro incolumitate hominis natura commenta est, ut periremus inviti; et contra tot adversos casus, patientiae nobis aequanimitate succurreret: inde est, quod inter luctus et desperationes foeda vivacitate duramus. An vos me moveri non creditis, quod iuvenis sum? quod modo vitae voluptates, modo gaudia lucis ingressus sum? quantopere mihi blanditur, quod publicis ex acie reportatus humeris laetitiam civitatis implevi? quoties mehercule haec vulnera et rorantia hostili cruore arma complexus, animum supra necessitates erigo, supra fatum pono: sed omnia mihi iam discussa, consumpta sunt, et honesta pereundi ratione victa cesserunt. Quid mihi amplius cum corpore, quod oderunt oculi sui? cum quo quotidie properans anima rixatur? non sunt mea membra, quae possim velut hostis alicuius lacerare, confodere. Homini, qui semel renuntiavit rebus humanis, non redditur vita, sed tempus: et ipsa cupiditas ratioque pereundi hoc ipso, quo vetamur, accrescit. Felicior mehercle qui moritur antequam debeat, antequam velit: paene sero renuntiat vitae, quisquis sic ad exitum pervenit, ut hoc illum facere nemo miretur: ei tantum de-

Commenta est) *Contenta est*, Leid. pr.

Succurreret) *Succurrerit*, Leid. pr.

Foeda vivacitate) Ita *impiam vivacitatem* Fabius dixit lib. VI prooem. ubi vide, quae notavimus. BVRM.

In vos) *An vos*, W. *Movere*, Colb.

Iuvenis sum) *I. sim*, Leid. sec. Colb.

Mehercule) *Hercules*, W.

Complexus) *Conspexi*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Supra fatum) *Supra factum*, Leid. pr.; *supra fretum*, Leid. sec. Voss. pr. sec. forte, pro *supra letum*. Quae voces saepe commutatae, quia quum idem notent, glossatores unam per alteram exponebant. Ita apud Lucan. IV, 518: *Quos iam tangit vicinia fati.* Codices multi *leti.* Vide Heins. ad Claud. II in Ruf., 19; qui *fatum* magis poëticum censet. BVRM.

Cum quo) *Cum* deest Leid. pr.

Rixatur) Ita et declamat. 8, 12: *vitae genera rixantia*, et decl. 15: *quid cum mea fortuna rixaris*, et alibi: immo et in Institutionum lib. IX, cap. 4: *consonantes, in commissura verborum rixantur.* BVRM.

Hostis alicuius) Malebat Francius *aliquis.*

Quisquis sic ad) *Sic* deest Leid. pr. Voss. pr. Colb.

bet mors negari, de quo non sufficit hoc poenae genus, ut ipse se potius occidat.

IX. Nam quod lex iussit, ut moriturus redderet causas, quod insepultum voluit abiici, si sic properasset erumpere, ut non nuntiaret hoc prius, non fateretur: fallitur quisquis ideo factum putat, ut teneremur inviti. Illa vero non timet pereundi temeritatem, nec secretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter ausuros proferre causas, quos sceleris conscientia, quos maioris cruciatus metus in suprema compelleret. Igitur ne supplicia properato lucrarentur obitu, rursus in poenam nocentes insepulti corporis revocavit iniuria: lex placida, mitis, causas mortis reddi voluit, non aestimari. Possum igitur, P. C., publica quadam voce generis humani respondere quaerentibus causas mortis interrogatus: at ego difficilius redderem vitae. Quid iuvat, o misera mortalitas, animam per tot annos, etiam si natura patiatur, per infinita temporum spatia tristissimo corporis retinere complexu? Si cuncta gaudia nostra, si voluptates, et quaecumque ex hac uni-

Voluit abiici) *Noluit ab.* Lucas.

Teneremur inviti) *Teneamur in vita*, W. *Teneremur in vita*, Leid. sec. Lucas, Voss. pr. sec.

Illa vero) *Ille vero*, Colb.

Ausuros) Metuentes, ne infamiam ignaviae subirent. Vid. Tac. II Hist., 47, vel ne culparentur a necessariis, vel metuentes ne statim supplicio afficerentur, quod placet. De verbo *audere*, vide quae notavimus ad Sen. Controv. III praefat. SCHULT.

In suprema) *In supplementa*, Colb.

Lucrarentur) *Lucraretur*, W.

Obitu) *Obiter*, Voss. pr. *Obitur*, Voss. sec.

In poenam nocentis) Lego, *in poenam nocentes ins. c. revocavit iniuria. Iniuria* vero est contumelia. SCHULT. *Nocentes*, Lucas. Quod sequuti sumus; ne enim scelerati, qui mortem et ignominiam se meruisse sciebant, se interficiendo lucrarentur supplicia atrociora et sepulturam, lex voluit insepultos abiici, et ita in poenam, quam putabant se effugisse, revocavit nocentes. BURM.

Interrogatus) *Interrogatis*, Leid. pr. Voss. sec. *Interrogavi*, W.

Retinere) Francius corrigebat *detinere*.

Si voluptates) *Si voluptatem*, Leid. pr.

versitate mundi vel sollicitant aspectu, vel blandiuntur usu, diligenter excutias, tota vita hominis unus est dies. Humiles prorsus abiectaeque mentes, quas non implent haec eadem semperque redeuntia; ut qui honestis operatus artibus sciat, qui finis honorum, quae vera felicitas, nunquam sibi videbitur praematura morte periturus: et lucis causas ad animum mentemque referentium neminem quotidie vita non satiat.

X. Relaturum me nunc putatis, quanto plura sint in hac aevi brevitate fugienda; comparaturum gaudiis, prosperis, metus, calamitates? illa, illa aestimemus, propter quae fatigamus votis deos, propter quae brevem querimur aetatem: nempe sunt vanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter haec ferre debilitates, luctus, spatia morborum? et quum liceat evadere, malle pati? Finge tibi velut ipsam proclamare naturam, receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumque consortium, et per succedentium vices in ordinem morta-

Vsu) *Visu*, a m. pr. Leid. pr.

Vt qui honestis) *Vt quis*, Leid. pr. sec. Vuss. sec. Lucas.

Honestis artibus) Ita appellare philosophiam moralem videtur, quae honestum docet; apud Suetonium *Eruditio varia* philologia dicitur, quia varia continet. Vel simpliciter liberales accipe artes, quomodo *liberalis* et *honesta facies*, apud Terentium sunt eadem. SCHVLTING. *Honestae* artes, *liberales* et *ingenuae*, eaedem sunt, quibus ingenui et liberi informari solent; non servi, et ex ima faece plebis. Vide de voce *Honestus* ad Institut. Orat. lib. I, c. 8. BVRM.

Sibi videbitur) *Sibi* deest W. Leid. pr.

Comparaturum) *Cumparantur*, Leid. pr.

Aestimemus) *Existimemus*, Lucas.

Querimur) *Querimus*, Leid. pr.

Propter haec) *Propter hoc*, Leid. pr. Lucas.

Per succedentium vices) Id est occasione vicissitudinum, ut *per facinus*, occasione facinoris. Vid. Heins. ad Ovid. Ep. X, 6. SCHVLTING. Forte melius legeretur, *per succedentium ordinem in vices moralitatis natus*. Vt ita Iust. I, 4, et II, 6, *per ordinem successionis*, et alibi. *Natus* autem eleganter dicitur *in vices mortalitatis*, qui ea lege natus est, ut moriator, et locum iterum succedentibus faciat, et ut priores obierunt, ita ille quoque easdem suo tempore vices obeat. BVRM.

litatis natus bona nostra vidisti: admitte posteros, cede venientibus: nescis te, quanto diutius vixeris, tanto magis impatientiam parere. Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur aetates, quandoque tamen non potest non exitu perire miseri, qui moritur invitus. Miraris quod suprema mea ipse praecipitem? numquid enim non hoc agunt singuli dies? omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus applicat fato; et in hac turpissima perpetuitatis cogitatione districti, per exigua festinantis aevi momenta praemorimur. Faciamus potius de fine remedium, de necessitate solatium; exeamus sponte, consilio, pleni securitatis, gratias agentes: solus vixit quoad voluit, qui mori mavult.

XI. Indulgete, quaeso, saevae tristesque causae, indulgete, virtutes, ut mori tanquam magno animo velim: ita non sufficit ad maturandos exitus, quod fortiter feci: infirmae prorsus terrenaeque mentis est, ut numeretis annos: ego (quae felicissima vel lassitudo vel satietas est) virtute consenui. Quid adhuc inter accidentia fragilesque casus ago: homo receptus in publicas gratulationes, praesentiae humilitate decresco: minores

Impatientiam parere) *In patientiam vitae parere*, W. Francius corrigebat *impatientem parere*, sc. legi naturae.

Quantumlibet prorogentur) *Quantulum prolongentur*, W.

Iungantur aetates) Vide Gronov. ad Senec. Thyest. 467. SCHVLT. Vide decl. 6, 6.

Perire miseri) *Perire miser est*, Voss. sec.; *misero* Francio placebat.

Invitus) *Inviis*, W.

Numquid enim) *Non quid enim*, Lucas.

Per tacitos) *Per tot tacitos*, Ed. Pith.

Districti) *Distracti*, Ed. Pith.; *destricti*, Lucas.

De fine remedium) *Definire medium*, Voss. pr.

Mori mavult) *Mori maluit*, Colb.

Tristesque) *Tristesve*, Edit. Pith.;

Numeremus annos) Ovid. VII Met., 448: *Si titulos annosque tuos numerare velimus, Facta premunt annos.* SCHVLT.

Vel lassitudo vel satietas) *Vel laxitudo vel temeritas vel satietas est*, Leid. pr.

Virtute consenui) Simile quid Iustin. XVII, 1, et Curt. IX, 6. SCH.

In publicas) Forte *Inter*. SCHVLT.

Praesentiae humilitate) Quia praesentia minuit, et quasi humilem facit, quem absentem maximum ima-

fiant necesse est diuturnitate, quorum initia confirmavere successus; quum iam, nec operibus, nec felicitati possit accedere. Cum fortuna ruere dementia est, et aetatem trahere pereuntem: nullos ego senes degere turpius puto, quam qui fortissimi fuerunt. Vultis exspectem, ut putres artus foedet pudenda canities? ut sanguine membra vacuata vix nitantur ad gressus? ut hae laudatae manus, nec ad quotidianae vitae ministeria sufficiant? Quam miserum, quam deforme est meminisse quod fueris! referre cicatricum tuarum redundationes, et frigidam praeteritorum memoriam! quum iam fidem membra non habeant, supra sua facta rideri: festinato exire de seculo debeo, dum alacre corpus, dum spiritus viget, dum teneor, dum desideror; et hoc

ginantur: maior enim ex longinquo est reverentia. Adde Bernec. ad Iust. I, 9; *humilitas* active, ut *vilitas*, et *inaequalitas*, decl. 5. SCHVLT.

Confirmavere) *Confirmare*, Voss. sec. forte *non firmavere*. SCHVLTING.

Accedere) *Addicere*, W. Legerem: *Quum iam nec operibus, nec felicitati possit accidere, cum fortuna ruere dementia est, nec aetatem trahere pretium.* Id est operae pretium, ut saepe Tacitus; *ruere* est inconsiderate progredi; et caeco impetu semper alia tentare. Livius XXX, 30: *Non statuentes felicitati suae modum, nec cohibentes efferentem se fortunam, quanto altius erant elati, eo foedius corruunt.* Stat. II Theb.: *Iam pone modum nimiumque secundis Parce deis, huic una fides optanda labori, Fortuna satis usus abi.* — Adde Iustin. lib. XII, 8. SCHVLTING. *Accidere*, Voss. sec.

Nullos ego) *Nullus ego*, W. *Nullos ergo*, Leid. pr.

Quam miserum) Cic. de clar. orat. cap. 76: *Nam et praeteritorum recordatio est acerba.* ALMEL.

Cicatricum redundationes) Iustin. XII, 8; Tac. I, 18. SCHVLTING.

Frigidam memoriam) Nihil gratiae habentem, aliis minuentem studium ardoremque audiendi. Vide Sueton. Caligul. 26, Budae ad Pand. forte etiam legendum *Historiam*. SCH.

Quum iam) Lege, *et quum iam*. SCH.

Supra sua facta) Quasi ea loquare, quae modum factorum excedant et veritatem; *supra* et *infra* elliptice amant ponere. Sallust. praef. Bell. Catil. Tac. II Ann., 23: *Liberos eius ut multum infra despectare.* SCHVLT. Dubito valde an hic verborum horum sensus sit. Mallem *superiora sua facta rideri*. BVRM.

Rideri) *Videri*, Leid. pr.

Spiritus viget) *Vrget*, Ed. P.

Teneor) Vid. Gron. ad Herc. Fur. 623. SCHVLT.

Et hoc) *Et haec*, Lucas.

volo deberi manibus meis, animo meo: favete dii pariter atque homines: mortem vir fortis inveni. Est haec communis mihi cum multis fortasse causa, sed veniamus ad meam.

XII. Si mihi mathematicus denuntiasset damna membrorum, gravem corporis perpetuumque languorem, ignosceres tanta mala vel incerta fugienti. Plus est quod expavesco, quod timeo: minatus est mihi manus meas, meos animos; nullumque voluit esse momentum, quo securus intrepidusque requiescerem: iussus sum vitam per anhelitus metusque consumere. Quis inter haec spei, quis consolationis est locus? mori debeo tanquam nocens, si mathematicus verum dixit; tanquam miser, si mentitus est. Quid, quod me futurum dixit parricidam? ecquem mittamus in experimentum, cui credamus? Placet post futurorum incertam tractare

Favete dii pariter) *Favete dii, precor, pariter*, W. Leid. pr.

Inveni) Lege *inveniam*. An vero *inveni* respicit ad suas cogitationes, quibus videat, qua ratione se finire velit; vel *inveni* fortiter faciendo. SCHVLT.

Est haec) *En haec*, W.

Quod timeo) *Quod metuo*, Vidov. Colin.

Meos animos) *Meus animus*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Consolationis) *Consolationi* Francio arridebat.

Si mentitus) *Si* abest Leid. pr.

Ecquem mittamus) Lege *Ecquem mittemus in exp. ut credamus?* Quum praedictus sim parricida, egregie me solum mittetis in experimentum, quod periculosissimum haud dubie. SCHVLTING. *Est quem mittamus*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas.

Placet post futurorum) Gronov. *plus futurorum*. Lege, *placet potius futurorum incertam tractare rationem;* istam cogitare, nec illis praedictionibus moveri; minime id faciendum indicat. Inde mox, *si possum posthac vivere, non sum innocens* etc. Lege deinde, et *quid ad diversas persuasiones* etc. *variarit*. Nempe ad Mathematicorum astutam rationem adspicit, qui saepe persuasionibus hominum, et sermonibus accommodant sua responsa, quod minime hunc fecisse docebit mox. Locus huic simillimus, atque unice haec omnia illustrans, est apud Tacitum II Ann., 5: *Germanicus tractare proeliorum vias, et quae sibi tertium iam annum belligeranti saeva vel prospera evenissent.* SCHVLT. *Placet cui credamus magis quam Mathematico: Placet plus futurorum* etc. W.

rationem: quid ad diversas suasiones, et ad loquacissima humanorum pectorum ingenia variaris? Parricidium dictus sum facturus: si possum posthac vivere, non sum innocens, etiamsi non fecero. Interrogare mehercle hic libet vos, omnes liberi, omnes parentes, quem mihi post hanc denuntiationem assignetis animum: homo sum, cuius corpus iratum fortasse seculo numen, velut aptissimam facinori videtur elegisse materiam, cui in primis continuo natalibus assignata est virtus pariter et facinus, omnium incredibilium diversorumque pariter capax, omnibus difficultatibus novitatibusque sufficiens, sceleribus miser, et sine morte sua nocens, in quo debeatis ipsas quoque odisse virtutes.

XIII. Nescio quae me prodigiosa feritas in patrem, velut telum aliquod casurumque pondus librat, impingit: facinus me manet, quod contra fidem est, quod profuturum mihi negatur; et nolim: cuius non tempus, non locus, non causa praedicitur. An mori debeam, vos aestimabitis: non debui nasci: sentit pater quanta sit praedicti sceleris immanitas; et ideo tentat efficere, ut mathematicam artem non putetis: ac modo contendit non esse fatum, et cuncta casu fortuitoque decurrere;

Quid ad diversas) *Qui aversas*, W. *Qui ad diversas persuasiones*, Leid. pr. Voss. pr. sec. *Persuasiones*, Leid. sec.

Pectorum) *Peccatorum*, Leid. sec.

Variaris) Mallem *variatis*, ut sit dictum, pro diversis temporibus diversa sentitis. Ita *sententiis variare* dixit Liv. XXII, 60, et lib. XXVII, 27: *Si quae variant auctores*, et ibidem, *ita fama variat. Variante hominum parte dolore, partim gaudio.* Iust. XXVII, 1, qui *variare fortunam* X, 3; et *victoriam* IX, 1, dixit. *Variare timores*, Ovid. II Trist., 153, et Vellei. Paterc. II, 41: *Si quando aliquid ex solito variaret.* BURM.

Posthac) *Post hoc*, Leid. sec. *Post haec*, Lucas.

Hic libet) *Quem libet*, W. *Hoc libet*, Leid. pr. sec. Lucas.

Novitatibusque) *Novitatibus* Leid. pr.

Et nolim) *Vt nolim*, W. Voss. pr. sec. Leid. pr. Lucas. *Et nollem*, Gronov. quod praefert Schultingius.

Casu fortuitoque) *Casu fortuito*, Voss. pr. *Casu fortuna*, W. forte, pro *casu fortunae*. Casum enim a fortuna, ut effectum a causa, distinguere

modo etiam, ut providentia regantur, non posse tamen humana scientia deprehendi. Dum utrumque colligo, interim apud gravitatem vestram depono sensisse aliquid patrem, etiam quum metuit. Ego mathematicum probavi dixisse verum; ille credidit esse, quod dixit venturum. Casune tibi pater haec diversitas videtur in corpus unum dissentientibus solidata primordiis, ut summo vertice locatus igneus vigor cuncta levia calidi spiritus ardore suspenderet? profundus humor ad ima demersus, unde quotidie superpositi caloris alimenta traherentur, terrenum pondus in medio quanto superne spiritu, tanta penitus inanitate subnixum librata mole consideret, ut seculorum infinita series, per assiduas temporum vices sua leges festinet? Quid haec

solebant, Iust. XXVII, 1 : *Casum tam indignae fortunae miserantes.* Cic. Tusc. IV, 17 : *quemcumque casum fortuna invexit.* Ovid. II, Amor. 12, 15 : *Nec casum fortuna meis immiscuit actis.* Et ita passim veteres; nihil tamen muto, quia mox, *ista credis passim fortuitoque disposita?* Vid. et c. 17. BVRM.

Vt providentia regantur) Iustin. lib. XII, 13 : *ibi ab Anaxarcho philosopho compulsus est magorum praedicta contemnere, ut falsa et incerta, et si satis constent, ignota mortalibus: at si naturae debeantur, immutabilia.* SCHVLT.

Tamen humana providentia) *Cum hum. prov.*, Leid. pr.

Vtrumque colligo) Sitne fatum, et si sit, an sciri possit; mox *quousque ratione colligam, quod exitu iam probatum est.* SCHVLT.

Depono) Id est sancte affirmo. Ita *deponere tutis auribus*, Horat. I, oda 27. SCHVLT.

Sensisse aliquid patrem) Id est praesagiisse: nam *sagire* est sentire acute. Vide Cic. de divin. I; Plaut. Aul. II, 11, 1, legerem vero, *sensisse aliquid etiam patrem, quum metuit*, id est quum consulit mathematicum. SCHVL. *Etiam* deest Leid. sec.

Probavi) *Probam*, W.

Dixisse verum; ille) *Dixisse verum; ille credidit*, W. et omnes fere editi; *credit*, Leid. pr. Voss. sec.

Ille credit esse, quod dixit venturum) *Esse dicturum*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. *esse mentitum*, Gron. unde Cl. Schult. faciebat *ille credidit non esse, quod dixit mentiturum*, vel *eventurum*.

Cuncta levia) *Cuncta gravia*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas. Vnde licet *levia* mallet, forte librarium *non gravia*, scripsisse coniiciebat Schultingius.

Demersus) *Diversus* corrupte quidam editi.

Inanitate) *In vanitate*, Leid. sec, *immanitate*, Lucas.

fulgentium siderum veneranda facies? quod quaedam velut infixa ac cohaerentia perpetua semelque capta sede collucent, alia toto sparsa caelo vagos cursus certis emetiuntur erroribus? ista credis passim fortuitoque disposita? rogo, quid melius ratio fecisset?

XIV. Deus haec, deus fabricator operis universi, ex illa rudi primaque caligine protractum posuit in vultum, digessit in partes postquam dederat universitati parem dignamque faciem, spiritum desuper, quo pariter animarentur, immisit: inde est, quod quidquid nascitur, consociata numini proprietate signatur, et in totam aevi sui brevitatem compositum firmatumque sic accipit futura, quasi vitam. Haec credo, pater, terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationem consumpta novitate meruisse: paulatim deinde hoc quod stupemus, animus ausus diligenter attendere, in arca-

Siderum) *Siderumque*, Voss. pr. sec.

Quod quaedam) *Quod* deest W.

Perpetua semelque) Flor. II, 12: *Perses, qui semel in perpetuum victam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate*, SCHVLT.

Passim) Opponitur hoc τῷ *ordinatim*. Cicer. ad Famil. II, Ep. 13: *ille ut passim, ego ordinatim*. Caes. de Bell. Gall. II, 38: *Numidae quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant*. SCHVLT. Stat. Theb. XI, 758: — *Eunt taciti passim*. Vide Broukh. ad Tibul. II, 3, 41. BVRM.

Operis universi) *Operis immensi*, Voss. pr. sec.

Protractum) Ita *protrahere*, pro in lucem trahere; vide Gifan. Ind. Lucret. et Turneb. adv. XXX, 22. SCHVLT. Livius XLV, 5: *suberat et ille metus, ne damnatus auctorem se nefandi facinoris protraheret*. Virgil. Aeneid. II, 122: *Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios* —. Noster decl. 2, 24: *Protrahitur, iudices, reus in medium*. BVRM.

Posuit) *Composuit*, Obrecht.

Parem dignamque) Ita declam. 10: *Nisi par orbitati, nisi matre dignum* et Plaut. Pers. V, 11, 53 dixit: *ast me haud par est*, pro *dignum me*. SCHVLT. *Dignam*, Leid. sec.

Numini) *Numinis*, W. Voss. pr. sec. Leid. pr. Lucas.

Firmatumque) An forte *formatumque*? Vnde mox vocat, *futuras mentium corporumque formas*; et ita legerem decl. 8: *sibi quisque formatur, sibi quisque componitur*, ubi et *firmatur* legitur. SCHVLT.

Futura) *Futurum*, Leid. pr.

Terrori) *Terroris*, Voss. sec.

Animus ausus) *Et animus ausus*, W.

na naturae sacrum misit ingenium; et ex assiduis observationibus notisque redeuntibus latentium ratione collecta, pervenit ad causas. Miraris fatum hominis posse praedici? defectiones siderum laboresque narrantur, nuntiatur origo tempestatum, lassitudo ventorum, quod sidus immodicos solis ardores, quod severas minetur hiemes, quid significent sparsi longius crines, quid ardentius solito iubar, quid excussa flamma sideribus. Non invenio quid possit esse certius verae artis ingenio, quam dicere quid futurum sit, fieri deinde quod dixerit. Quod si esse artem mathematicam probant natura, ratio, experimenta, pater quoque, qui credidit consulendum; superest, ut ostendamus verum dixisse de futuris, quem de praeteritis non possumus probare mentitum.

XV. Accipite primam certissimae scientiae probationem: homo, qui de partu consulebatur, non confudit turbavitque responsum, nec per varias ambages indeprehensibilem sparsit errorem: nihil ita loquutus est, ut illud audientium interpretatio traheret dirigeretque quo mallet. Atqui in eo tota ratio fallendi est, non dare

Sacrum misit ingenium) *Sacro m. ingenio*, W. Voss. pr. sec. Leid. pr. *in arcana naturae sacrae immisit ingenium*, Obr. in emendationibus, sed in contextu *misit*.

Ex assiduis) *Ex* deest W.

Notisque) *Noctisque*, W.

Collecta) Deest Colb. *Collatas*, W.

Severas minetur) *Serenas*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb. sed nihil muta. *Severus* enim idem saepe, quod *saevus*, ut ita *pelage severa*, pro saevis, innavigabilibus, Lucretio lib. V, 36, ubi vide Lambin. Ita Furias, *turbam severam* vocat Propert. IV, eleg. 11, 22, et *severum uncum*, Horat. I, od. 35. Burm.

Verae artis ingenio) Lego *ingenium*. Haud dubitandum est ingenium verae artis, non fallere aut falli. Schult.

Fieri deinde) *Deinde* deest W.; *quid futurum sit fieri: deinde quid dixerit*, Vidov. *quod futurum sit fieri: patet deinde, quid dixerit*, Gryph. *dixit*, Lucas.

Quem de praeteritis) *Quum de pr.* Lucas.

Nihil ita) *Nihil itaque*, W.

Vt illud audientium) *Vt illum*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Quo mallet) Francius corrigebat *quo mallent*.

consulentibus quod deposcant, sed caligine magnaque promissorum varietate suspensos sic dimittere, ut quidquid casus attulerit, putent esse praedictum. An scilicet haec fuerit ratio fingendi, quod dicebat usitata, communia, quae futurus pater facile crederet, libenter audiret: « Fortiter, inquit, faciet filius tuus. » Rogo, ubi magis desinit, qui mentitur: sed quibus ille, dii deaeque, signis! quibus impletus est notis, qui de parricida dissimulare non potuit, quum quaereret pater! Artem tantum mirari me, pater, putas: ego miror animum, stupeo constantiam. « Erit, inquit, vir fortis, et parricida. » Rogo, quae ratio fallendi est, ea dicere propter quae nec prioribus debeat credi: in parricidio quod prospiciebat mathematicus, haec sola ratio fuit mendacii, ne praediceretur. Fero tamen, ut quis in aliis consultationibus decipi possit, aut errare: de futuro parricida non magis mathematicus potest, quam pater interrogare.

XVI. Omnes, sicuti apud sacrae artis antistites satis

Varietate) *Vanitate* W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Quidquid casus) *Quidquid omnis attulerit*, W.

Fingendi) *Fingenda*, Lucas.

Communia) *Et communia*, Leid. pr.

Quae futura) *Quae futurus pater*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. et Colon. et recte mea sententia, de partu enim consulebat, nondum pater.

Sed quibus ille) *Sed quibus illi*, W.

Impletus notis) Ita Petron. cap. 5: *Socratico plenus grege*; et Suet. Ner. 20: *aliquid sufferti tinnire*. SCHVLT.

Mathematicus potest, quam) *Mat. potest respondere quam pater in*, W. An. *non magis Mathematicus potest errare, quam pater interrogare?* an tantum *interrogari* legendum? Nec Pater a se impetrabit, ut roget Mathematicum, nec Mathematicus, ut super hac re roget patrem. Nam id metuunt; sed ita potest et vulgata servari. Vel ita fingit, quasi obiiciatur, patrem male consuluisse, aut male intellexisse Mathematicum, quasi de filio interrogaretur, numquid futurus esset parricida. Negat hoc pater, quum huiusmodi de re nec Mathematico, qui fortem fore praedixerit, nec patri in mentem venire potuisset. De Mathematico porro probat, quia omnes certas stellas et themata habent, non contraria; sed huic ars rara. SCHVLT.

Omnes, sicuti) *Homines sicuti*, W. *Omnes homines sicuti*, Colb.

constat, animae proprietates, et futuras mentium corporumque formas, ex illorum siderum qualitate, quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt: aliquis vagi numinis errore perstrictus est, vitam transiget ille discursibus: placida conceptum stella signavit, erit modesta lenitate conspicuus: ardens nascentis horam sidus accendit, viribus pariter moribusque flagrabit: languidi et iam vergentis in proclive mundi, hebescentibus tardior membris, similis senectae iuventa pigrescit. Iam si cui principalium deorum fulgor illuxerit, in populi consurget imperium. Credo mehercle in illum natalem meum monstri diem, iratorum numinum conspirasse violentiam, sedemque prodigiosi spiritus collato pariter igne pressisse. Si verum est, post vetusta secula, in innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis, quorum scelere violatus dies mundum subito mutavit, quos per maria terrasque fugientes, furiales faces, et ultricum

Animae proprietates) Francius volebat *animae suas proprietates.*

Vagi numinis errore perstrictus) *Numen* hic, ut paulo ante (*consociata numine proprietate*, et deinde, *iratorum numinum violentiam*) vocat stellam; eleganter vero *perstrictus est*, dicit, quia Planeta quasi in transcursu tangit, non inhaeret nascenti. Bvrm.

Transiget) *Transigit*, Leid. pr. Voss. sec.

Stella signavit) *Stella assignavit*, W. Male, nam hoc verbo et paulo ante usus, et nolat, quasi notam impressit fulurae vitae. Bvrm.

Modesta lenitate) *Modestia, levitate*, W. *Modestia, lenitate*, quaedam editiones.

Ardens) *Ardentis*, W.

Moribusque) *Moribus quia*, W. *Flagrabat*, Colb.

Languidi et iam) *Languidum iam*, W. Leid. pr. Colin. Gryph. Vidov. *Languido iam*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Languidi iam*, Lucas. Cl. Schult. *languido* supplebat, *languido sidere*, vel *languidum scil.* fuit sidus *iam vergentis in proclive mundi*, ut ita saepe verbum *sum* subintelligitur.

Pigrescit) *Pigrescet*, Obr.

Meum monstri diem) *Monstri mei diem* W. Leid. pr. Voss. sec. Vidov. Colin. *Matrem monstri nondum diem*, Gryph.

Per maria) *Per* deest Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucae.

Furiales faces) *In fur. f.* W. *Fasces*. Lucas.

dearum terror agitavit. Necesse est ut maiores notas ventura promittant, quae non temere nascuntur: sic futuras tempestates, pelagi fragor, et conscium nemorum murmur enuntiat: sic periturorum fata populorum ardentes caelo faces, et crinita siderum flamma praecurrit.

XVII. Praedicebar bello, monstrabar armis, agebat ante se ventura feritas publicas calamitates, et omnium malorum consummatione parricida ponebar. At nunc ista putet aliquis fortuito, non arte sentiri: possit fortasse casu evenire quod futurum sit, non potest casu fieri, quod praedictum est. Ecquando unquam, pater, explicuit manifestius ullius fati necessitatem totus ordo responsi? vir, inquit, nascetur; evenit: educabitur, quamvis parricidium praedictum sit; accidit: perveniet ad iuventae robur; adolevi: viribus erit conspicuus et minis, aderunt bella; venerunt: ibit in aciem te volente,

Vltricum dearum) *Vltionem deorum*, W.

Vt maiores) *Vt* deest W. *Et maiores*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Promittant) Lege *praemittant*. Vt paulo post *agebat ante se publicas calamitates*, et *crinita siderum flamma praecurrit*. Schvlt. Ego mallem *maiores notae ventura promittunt, quae non temere nascuntur*. Vt maiora signa portendant tales res venturas, quae non saepe sed raro nascuntur, et hoc sequentia probant: *praemittant* habet Lucas. Bvrm.

Enuntiat) *Praenuntiat* Francius legebat.

Et crinita) *In crinita*, W.

Praedicebar) *Praedicabar*, Voss. pr. sec. Lucas.

Agebat ante se) Quint. lib. X Inst., 7: *longe enim praecedat oportet intentio, ac prae se res agat.*

At nunc) *At si nunc*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colin. Vidov.

Ecquando unquam) *Et quando nunquam*, Leid. pr. *et quando unquam*, Lucas.

Vllius) *Illius*, Lucas.

Parricidium praedictum) *Parricidium* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucae.

Ad iuventae) *Iuventute*, W. *Ad iuventutis*, Leid. pr.

Conspicuus et minis) *Conspicuus et nimis*, Leid. pr. Gryph. *Conspicuus, en manus*, Obr. *Conspicuus eminus*, Francius.

Aderunt bella) *Addere*, W.

Te volente, missusque) *Te volente, misisti*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucas.

missusque fortiter faciet; feci: erit parricida: si vixero. Si, pater, tam secretae profundaeque artis ratio reddenda est, nonne habere tibi grande consortium praedicti videtur ipsa diversitas? virum fortem dixit, et parricidam: vicina sunt haec, etiam ut dissimilia: paria viribus, etiam ut mente dissentiant. Quid enim me aliud notabilem fecit in bello, quam quod non parco caedibus, cruore non satior, exsultans super stratorum corporum strages, palpitantibus adhuc cadaveribus alacer insisto? virtutis sunt ista, quum hostis contigit. Pax est, quae nos deprehendit: et quum iusta grassandi materia consumpta est, in facinus necesse est otiosus ardor erumpat. Ecce iam reipublicae praebita est quies, mihi tamen plurimum est cum gladio meo: totis diebus tracto ferrum, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede, pater, et parricidium tam facile est, quam fortiter facere, quum utrumque de fato est.

XVIII. Sed quousque ratione colligam, quod exitu iam probatum est, quod nullis mathematicus dixit ambagibus? nullis dissimulari artibus potest? Partem responsi futuram in alio opere iam vidisti; et, quod prae-

Si vixero) Mallem *ero*, *si vixero*, vel *si vixero ero*, ut absorpta sit ultima vox a praecedenti. Ascensius videtur legisse *erit parricida: ero*. Nam dicit subintelligi *si vixero*. BVRM.

Si pater, tam) *Si pater tamen*, Voss. pr. sec. Leid. pr. *Si tamen pater*, Lucas.

Vt mente) *Dum mente*, Leid. pr. Colb.

Palpitantibus) *Palpantibus*, Voss. pr.

Cnntigit) *Contingit*, Leid. pr. Colb.

Deprehendit) Tacit. Agricol. cap. 7: *Nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus*. SCHVLT.

Grassandi) *Crassandi*, Leid. pr. Voss. sec.

Otiosus) *Occisus*, Lucas.

Plurimum est cum gladio) Supra. *Quid mihi amplius cum uxore*. SCHVLT. *Proelium est*, Leid. pr. Lucas. Male: locutio elegantissima et saepius a viris doctis illustrata. Vide Manut. ad Cicer. Verrin. V, cap. 52; Gronov. ad Plaut. Casin. II, 11, 12. BVRM.

Vtrumque de fato) *Vtroque d. f.* W. *Vtrumque de facto*, Leid. sec.

cipue torquet animum, fides sceleris virtus fuit. Explicata est auctoritas responsi, quum de duobus praedictis unum factum est: nec possis de veritate dubitare, quoties cum incertis experimenta consentiunt. In responso, cui cuncta cesserunt, fieri non potest, ut hoc solum falsum sit, quod novissimum est. Non potest, inquit, fieri parricidium. Vis mirer, pater, si non creditur futurum, quod etiam, quum factum est, vix creditur? falleris, si adversus praedictas necessitates sufficere credis, quod ego bonus filius sum, quod tu optimus pater: tu non mereris scire, credo ego utique nolle me scire. Quid est ergo fatum, nisi quod fit, et non habet causas? quemadmodum ergo, inquit, istud vitari potest, si fieri necesse est? scilicet hac sola ratione, ut mors inter facinus hominemque ponatur: vincitur, pater, fatum, si resistas: vincit, si contempseris. Ago quinimmo gratias hoc solo nomine crudelissimis fatis, quod maximum facinus non in prima aevi mei parte posuerunt, quod praemissae sunt ante virtutes, magnorumque operum prior ordo defluxit. Potest, puto, caveri parricidium, quod et praedicitur, et novissimum est.

XIX. Fingamus, pater, mathematicum de hac sola vitae meae parte mentitum: quid tanti est, ut credam ista,

Explicata) *Explicita*, Lucas.

Quoties cum incertis) *Quoties incertis*, Leid. pr. parum interest. Cl. Schultingius coniiciebat, *quoties non incertis experimenta consentiunt, non incertis*; nempe responsis, quibus incerti reddimur, qualia vulgi Mathematicorum responsa.

In responso, cui) An, *Ex responso enim cuncta cesserunt. Fieri* etc. Gronovian. habet *in responso enim*, id est ex responso, ut *in iure*, *in auro* etc. SCHVLT.

Solum falsum sit) *Solum factum sit*, Editio Pith.

Credo ego) Distingue, *scire credo. Ego utique nolle me scire. Quid est ergo fatum*. SCHVLT. Et ita Colb. *Ego* deest Leid. pr. sec. *Tu non mereris; scire credo: ego utique nolle me scio*, Obr.

Mors inter facinus) *Mors vitae facinus*, Leid. pr.

Credam ista) *Credam istud*, W.

et vivam? Occidi pater non potest: sed quid refert, si difficultas ista non est salva animo meo? excedit omnem calamitatem, innocentiae suae non credere, diebus ac noctibus timere, suspectum habere animum suum, calumniari manus, incusare visus, et parricidalem agere cogitationem. Maior mihi ratio moriendi est, si parricidium fieri non potest, et ego me credo facturum. Quem tu mihi, pater, imperas laborem? quam asperam exigis patientiam? horreo oscula tua, ne seniles artus nimium gravis amplexus elidat: non sustineo eosdem expetere convictus, ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Timeo eiusdem peregrinationis adire comitatum: omne fugio secretum, ne quid fortuna, ne quid afferat casus. Quousque timebitur animus? mors mihi praestare potest, ne parricidium faciam; mors, ut videar nec fuisse facturus. Sed me infelicem! quam multa sunt, quae timere debeam etiam contra animum meum? unde scio, an expulsum me repente sensibus meis, aliqua magni discriminis imago raptura sit? prosilibo fortasse, tan-

Si difficultas ista non est salva) *Difficultas ista non est salvo animo*, *excedit*, Leid. pr.

Incusare) *Incausare*, Leid, sec. Voss. pr. sec.

Parricidalem) *Parricidialem*, W. reliqui *parricidalem*, et dubia est scribendi ratio: ut enim a *parricida parricidalis*, ita a *parricidium parricidialis*, ut vult Dausquius; at apud Iustin. XXXVII, 13, et XXXIX, 4, et Florum III, 21; *parricidiale* vulgo editur; in Petron. cap. 80 *parricidali manu*: a similibus vero nominibus *homicida*, *infanticida*, *tyrannicida*, adiectiva non deducuntur, ideoque exemplum inde capere non licet. Ceterum Francius hic malebat *parricidales cogitationes*. Burm.

Ne seniles artus) *Ne seniles tuos artus*, Leid. pr. et mox, *non sustineo eos.*

Quos porrexerim) *Quos porrexerunt*, W.

Omne fugio) *Omne fugiens*, Leid. pr. *Omne timeo*, Leid. pr.

Quousque timebitur animus) *Timebit*, Leid. pr. quod non displicebat Schultingio, et sequentia firmant, *quam multa sunt* etc.

Vt videar nec) *Vt non videar ne*, Leid. pr.

Debeam etiam) *Etiam* deest W.

Animum meum) *Meum* deest Leid. pr.

Magni discriminis) *Mihi discrim.* Leid. pr.

Imago) Hic est somnium, qua oe-

quam sequar classici vocantis instinctum, tanquam me ruentis patriae fragor, et vociferatio captae civitatis exciverint: me sane interdiu custodire possum; sed unde scio, quid afferat nox, casus, error? mathematicus hoc non futurum dixit ut vellem, sed ut occiderem.

XX. Tu quoque, pater, quanto graviores passurus es ex ipsa dissimulatione cruciatus? felicius prorsus est, palam occidisse quem timeas. Quum bene in oculis meis amplexibusque requiescas, subeat necesse est tacitas cogitationes praedicti periculi metus: et licet componatur ad fortem superbamque constantiam, naturalis tamen hominis infirmitas potest tam percussorem timere, quam mortem. Explica nos, pater, tam misero tristique complexu; et longissimas sollicitudines brevi recide patientia: minus indignum est ut moriar, si innocens futurus sum, quam ut vivam, si parricida: denuntio tibi, pater, et de suprema necessitate confiteor: iam non sunt meae potestatis hae manus: non regere dexteram, non retinere sufficio: venit ille nescio quis ardor, non sentio, non intuentur oculi: tunc omnia incipio scire,

casione occidam patrem; unde sequitur, *me interdiu custodire possum.* Ita supra hac decl. *feralibus senex imaginibus agitatus.* SCHVLT.

Tanquam me ruentis) *Me* deest Leid. pr.

Exciverint) *Exciverit*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Interdiu) Deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucae.

Felicius prorsus) *Felicior ille prorsus*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Quum bene) *Quum pene in oculis*, Ed. Pith.; *quum bene in oculis*, Colin. Gryph. Vidov. Obr. Leid., sed *osculis* Lucas et est in Leid. pr. et Voss. sec. sed a secunda, ut videtur, manu, *s* superscripta hoc modo, *oculis*; eodem modo ut sub finem, *novissimis osculis*; et declam. seq. etiam hae voces permutatae: quare retineo vulgatam: *in oculis* enim est ante oculos. Ovid. Ep. XXI, 82: *Inque meis oculis candida Delos erat*; Liv. lib. III, 57: *Virginem in oculis P. R. a complexu patris abreptam*; XXII, 12: *populando in oculis eius agros sociorum*; et XXVI, 37: *Frumenti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata*; Quintil. X, 10: *spes, metus, habenda in oculis* BVRM.

Tacitas cogitationes) *Tacitas* deest Leid. pr.

Non retinere) *Nec retinere*, Lucas.

quum gesta sunt. Quid tu me lacertorum viriumque beneficio stravisse nuper hostes putas, quantum dicuntur narrasse captivi, nescio quem in me monstruosi vultus horruere conspectum: non tela iaciebam, non iaculabar ictus: furialibus miser facibus ardebam, et pectus istud non lorica, non ferrum, sed diri serpentium clauserant nexus. Non fuit illud pugna, non acies: in bello parricida vincebam: excesserunt opera mea humanarum virium mediocritatem: quidquid factum est, rabies, insania fuit.

XXI. Praedico, protestor, non ego parricidium faciam, non ego fortiter feci: quod si ulla ratione casuve effici potest, ut predicta non fiant, fidem vestram, P. C., ut mihi potius innocentia, quam fato debeatur; ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse vincula necessitatis; mea pietas, mea laudetur integritas. Dii non sinant, ut inter me responsumque decernat exitus! Mathematicum vincere malo, quam reprehendere. Quid

Quem in me) *Quantum in me*, Leid. pr.

Monstrosi) *Monstruosi*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. et ita iidem codices etiam decl. 15 exhibent; vide ad Petronii cap. 69; mallem vero legere: *Quam non dicuntur narrasse captivi nescio quem in me monstruosi vultus horruisse conspectum.* BVRM.

Non iaculabar ictus) Videtur legendum *ignes*: id ita visum, quia ignea, ignita tela in hostem iaculatus esset; *ardebam*, ut apud Virgil. Aen. IX, 703: *Tum Bitian ardentem oculis, animisque frementem*, ubi vid. Serv. SCHVLTING. Non displicet emendatio: ita *ictus* et *ignes* confuderunt librarii apud Ovid. Met. V, 389; et Stat. Theb. XII, 801. BVRM.

Facibus) *Faucibus*, Leid. sec.

Serpentium) *Serpentum*, Voss. pr. sec. Leid. sec. Gryph. Vidov. Colin.

Nexus) *Nixus*, Lucas.

Illud pugna) *Istud pugna*, W. Leid. pr. Voss. pr. ita Livius I, 25, *nec illud proelium fuit.*

In bello parricida) Lege *sine bello.* Tacitus, *Caedes, non pugna fuit.* SCHVLT.

Quidquid factum est) *Quod factum est*, W.

Insania) *Et insania*, Leid. pr.

Protestor) *Testor*, W. Lucas.

Quod si ulla) *Quod si nulla*, W.

Dii non sinant) *Dum non sinant*, Leid. pr.

Decernat exitus) Senec. Phoen. 630, ubi vide Gronov. SCHVLT.

Reprehendere) Superstes scilicet meo patri. SCHVLT.

nunc agam, P. C., quemadmodum me vir fortis ad preces, quemadmodum parricida componam? dicam, miseremini? dicam, succurrite? Sic rogari contra mortem solet: novo mihi inauditoque opus est ambitu malorum: nisi morior, periclitor. Ideo videor causas reddidisse, ut contradiceret pater: et si bene novi malignas interpretationes, non exitum captasse dicar, sed excusationem. Explicate per fidem miseri pudoris aestum; nunquam videbitur mori voluisse parricida, si vixerit.

XXII. Ad tua nunc genua porrigo, optime pater, has ad scelus tantum fortes manus. Per ego, si fas est, quidquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, qua me nondum timere coepisti, miserere; filium pietate pereuntem ne velis exitum facere parricidae; praesta mihi patientiam, qua me modo bello credidisti: finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse complexu; confectumque magnis vulneribus cadaver efferri. Relinquo tibi pro me omnes parentes: hunc, quo nos retinere voluisses, in suprema mea transfer affectum: tuis manibus compone corpus; exstrue rogos; funeri iusta persolve. Deinde quum iam novissimis osculis, supremoque discedens sa-

Parricida componam) *Me parricida comp.*, Leid. pr.

Nisi morior) *Nisi moriar*, Leid. pr. Lucas.

Et si bene novi) *Quod si bene non*, W. *Et si vere novi*, Leid. pr.

Pudoris aestum) Iustin. II, 13, ubi Bernec. SCHVLT.

Si vixerit) *Si* deest W.

Has ad scelus) *Has si vis tantum*, W. Leid. pr. Voss. sec. Lucas: nihil muto; ita Livius VII, 40: *nondum tam fortes erant ad sanguinem civilem.* Macrob. II, 1: *fortis ad crimina.* BVRM.

Exitum facere parricidae) Francius volebat *exitu facere parricidam.*

Modo bello) *Meo bello*, Leid. pr.

Efferri) *Afferri*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Omnes parentes) *Omnes parentis*, Obrecht. ut, credo, subintelligatur affectus. Sed nec hoc satis placet: forte usus est ex vitio seculi istius voce *parentes* pro cognatis et necessariis, in quos iam effundere poteris affectus tuos me orbatus; sed locus est corruptus. BVRM.

Deinde quum iam) *Denique c. i.* Colb. *Deinde quum in*, edit. Pith.

tiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublatis ad caelum manibus proclamare; mathematice, mentitus es.

XXIII. Reddidimus causas; peregimus preces: reliqua vos, manus, vos adiuvate, cives, non ut liceat mihi mori: licet istud etiam, ut negetis. Vir fortis commendo vobis exitum meum, si non continuo letale vulnus impressero: si non cum sanguine totam animam properans ictus egesserit, adiuvate dexteram, deprimite telum, et ante omnia detinete patrem. Nescio quam longe manum sparsurus sit fugientis animae dolor, quo cadat extractus mucro visceribus, in quem se collabentis corporis ruina praecipitet. Vultis scire quantum debeam timere victurus? metuo, ne patrem, dum morior, occidam.

Amplexa) *Complexu*, W.

Mathematice) *O mathematice*, Leid. pr.

Reliqua) *Reliquas*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Letale vulnus impressero) Senec. Ep. XXIV, de Catone: *impressit deinde mortiferum corpori vulnus*; noster declam. 8: *non quo dextera statim totum vulnus imprimeret*. BURM.

Egesserit) *Egresserit*, Leid. sec.

Deprimite) Malebat Francius *imprimite*.

Manum sparsurus) *Manus*, W.

DECLAMATIO V.

AEGER REDEMPTVS.

ARGVMENTVM.

Liberi parentes in egestate aut alant, aut vinciantur. Quidam duos filios habebat, frugi, et luxuriosum: peregre profecti sunt, capti a piratis, luxuriosus languere coepit: ambo de redemptione scripserunt. Pater universis bonis in unum redactis profectus est. Dixerunt illi praedones, non attulisse illum nisi unius pretium, et eligeret utrum vellet. Aegrum redemit: qui dum revertitur; mortuus est: alter ruptis vinculis fugit. Alimenta poscit pater; contradicit filius.

PRO PATRE CONTRA FILIVM.

CAP. I. Quamvis, iudices, in tanta malorum continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum novitate mirari, nullumque mihi reliquerint impatientiae

Declamatio haec 16 erat in W.

Peregre profecti sunt, capti) *Profecti, capti sunt*, W. Leid. pr.

Attulisse illum) *Illum* deest W.

Eligeret) *Eligere*, Lucas.

Poscit pater; contradicit filius) *Poscitur, contradicit*, omissis reliquis, W. Leid. sec. *Poscit, contradicit*, Leid. pr. Voss. pr. Lucas. *Poscitur, contradicitur*, Voss. sec.

Iam poteram) *Potuerim* legit Ascensius, quia sequitur *reliquerint*, et ita Gryph. Colin. Vidov. et certe praestaret; vel mox *reliquerunt* cum Leid. pr. legere; nam *quamvis* etiam indicativo iungit saepe Fabius in Institutionibus (vide ad lib. II, 8, et alibi); et etiam scriptores ceteri. BVRM.

Nihil ex accidentium) *Ex* deest W. *Accidentia* vero hic pro calamitatibus ponit, ut mox cap. 3: *non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi*; et cap. 6, et decl. 17: *possimus fortassis aliorum accidentium sperare finem*, et alibi saepe, quo sensu optimae aetatis auctores usos non puto, licet *accidere* de malis plerumque dixerint, et ut singulare in Terentio ad Heaut. II, 3, notet Donatus, quod et de bono dixerit *accidere*. BVRM.

genus adversa, quae de solatiis remediisque creverunt; confiteor tamen hoc solum me prospicere nullo metu, nulla tristium recordatione potuisse, ut post piratas, orbitatem, famem, hinc quoque calamitatibus nostris pondus accederet, quod reversus est filius meus. Vivebam miser, ut hunc viderem; solaque superstitis exspectatione suspensus, avidissimam moriendi cupiditatem contentiosa mendicitate fallebam. Pudet persuasionis: redisse se iuvenis affirmat, ut vindicaretur morte fratris, ut patris orbitate gauderet; nec intelligit maiorem se factis meis auctoritatem hac indignatione conferre. Nunc magis sentio, quantum facinus fuerit aegrum non redimere: queritur se relictum, qui potuit evadere. Vtcumque igitur, iudices, poteram redemptionis illius reddere de praesenti iuvenis impietate rationem; et mihi crudelitas ista praestabat, ut filium viderer elegisse meliorem: non utor tamen occasionis huius invidia, nec quidquid miserae pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego vero tunc non mores liberorum, mentesque tractavi, nec mihi in illa tristissima conditione suc-

Creverunt) Egimus de hoc loquendi modo ad Ovidii Epist. XV, 117.

Hinc quoque) *Hoc quoque*, W.

Contentiosa mendicitate) Quam contraxerat, divenditis omnibus bonis, et quae contendebat quasi, et pertinax erat, repugnabatque, omnibus artibus victum quaerendo, animo moriendi cupido. SCHVLT. *Mendicitate*, Voss. pr. Lucas. Ed. Pith.

Redisse) *Reddisse*, Leid. sec. *Redisse me*, Voss. pr.

Vindicaretur) *Vindicaret*, Lucas.

Se factis) *Sed factis*, Voss. pr.

Indignatione) Ponitur pro indignitate, re vel facto indignando, ut *dignatio* pro dignitate, *aequatio* pro aequitate. Iust. III, 5, *Indignitas animos acueret*. SCHVLT.

Fuerit aegrum) *Fuerat*, W.

Vtcumque) *Vtrumque*, Leid. sec. Lucas.

Praestabat) *Praestabit*, Laid. pr.

Occasionis huius) *Huius* deest W. Cl. Schult. malebat *occasione huius invidiae*; ut infra hac decl. pro *natura pietatis*, *naturae pietas* legendum censet.

Nec quidquid) *Ne quidquid*, Leid. pr.

Tractavi) Id est apud mentem meam reputavi, deliberavi, ut decl. 4, *futurorum incertam rationem tractare*. Tacit. II Ann., 5, *Tractare proeliorum vias*. SCHVLT.

In illa) *Nulla*, Leid. pr.

currit de comparatione consilium. Sola, quid facerem, necessitas, sola iuvenum meorum adversa suaserunt: ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit aegrum.

II. Illud plane, iudices, ultra omnem malorum meorum fateor esse tristitiam quod hac asperitate iuvenis, hoc inopiae squalorisque despectu famam optimi fratris incessit. Hominem, qui piraticum carcerem, qui praedonum vincula discusserat, decuerat, ne voluisset aliter reverti. Ex quo se nobis tanto virium labore restituit, poterat eius quoque admirationem mereri, qui pretio paulo ante cessisset: Dii immortales! quam laudem, quem gloriae favorem impleverat, si pasceret patrem, redemerat fratrem! Relaturus vobis, iudices, ordine malorum meorum eventum, quem nemo tam crudelis, nemo tam saevus audiet, ut me non pascat, hunc ante omnia, qui se queritur in fratris comparatione damnatum, secreti doloris indignatione convenio. Quid agis impotens, superbe? Tu nescis, utrum fuerim redempturus ex duobus sanis, ex duobus aegris: habui enim, iudices, filios diversissima mentium corporumque qualitate compositos: et sicut mox probavit saeva captivitas, in totam dissimilitudinem vitae quoque genere diductos.

III. Hic namque robustus ac patiens, non molliri pro-

Redimit) *Redemit*, Ed. Pith.

Squalarisque) *Scalorisque*, Vass. pr.

Decuerat, ne voluisset) Forte *decueratne, ut voluisset aliter reverti.* SCHVLT.

Virium, labore) *Virum labore*, Leid. pr.

Admirationem) *Animi rationem*, W. *Admiratione*, Leid. pr. forte, *poterat eius quoque animi mirationem mereri, quo pretio paula ante cesserat, quo*, scil. animo.

Qui pretio) *Quae*, Leid. pr.

Si pasceret) Distingue, *impleverat, si pasceret Patrem. Redemerat fratrem.* Ita et GRONOV. SCHVLT.

Fratrem) *Fratrum*. Leid. sec.

Ordine) *Ordinem*, W. *Ordine nam hic malorum*, Voss. sec.

Eventum) *Eventu*, Voss. pr.

Quem nemo) *Quae nemo*, Leid. pr.

speris facile, non accidentibus frangi; et quem de voluptatum gaudiorumque contemptu scires parem quandoque fortunis, traxerat ex firmitate mentis magnam protinus et in membra constantiam. Ille vero pariter in laetitiam metusque resolutus, alienus a curis, sollicitudinibus impar, delicatus, impatiens, et iam similis aegro: sed apud patris affectus haec ipsa liberos dissimilitudo iungebat; et erat quaedam in inaequalitate charitatis aequalitas, quod hunc serio laudatumque semper, illum iam quadam miseratione diligerem. Quid profuit individua pietas? erat etiam me nolente manifestum utrius magis colloquiis, magis laetarer aspectu. Velit, nolit, iudices, ipsa quoque querela iuvenis, quid de patris fateatur animo, probat: irasci, quod non sit fratri praelatus aegro, impatientia est hominis qui magis ametur. Accipite, iudices, maiorem pietatis aequae probationem: filium nec peregre dimissurus elegi, iunxi fratrem, aptavi comitem; et utroque patris latere nudato, visus sum mihi magis habiturus utrumque mecum, si pariter essent: hanc apud me iuvenum aequalitatem, etiam in calamitatibus fortuna servavit: uterque captus est; ambo de redemptione scripserunt. Dissimules licet, iterum

Facile) *Facilis*, W. Quod non invenustum. Plin. XXXIII, 8: *Idem guttis dividi facilis, et lubrico humore confluere.* Val. Flac. IV, 723: *exorta facilis concrescere bruma*, et ita saepe alii. BVRM.

Parem quandoque fortunis) *Parem quamquam fortunis*, Leid. pr. *Parem quandoque fortuitis*, W. Voss. pr. sec. Colb. Cl. Schultingius coniiciebat *fortunae iniuriis*.

Magnam) Deest Leid. sec.

In membra constantiam) *In membris cons.* W.

Et iam similis) *Et similis*, Leid. sec. Voss. pr.

In inaequalitate) *In aequalitate*, Leid. pr. Voss. sec. et quidam editi.

Individua pietas) Eleganter, ut Albinov. ad Liviam: *Nec tua se pietas distendit amore duorum, Vt posito fili nomine dicat uter.*

Irasci) *Irascitur*, Leid. pr.

Aegro) *Ergo*, Leid. pr.

Dimissurus) *Profecturus*, W.

Aptavi comitem) *Aptavi comitatum*, Leid. pr. *Aptavique comitatum*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Hanc apud me) *Hanc aprcme*, W.

tamen et inter adversa persuasionem carioris invenio: in captivitate communi, puto, minus speravit ille de patre, qui languere coepit.

IV. Tu mihi nunc, impotentissime iuvenis, tu, quaeso, responde: quid aliud facere debuerit pater duos redempturus? cunctas facultates in pretia collegi: rus, servulos, penates, et omnia utiliora properanti festinatione

Persuasionem) *Persuasione*, Leid. pr. *Charitatis* etiam legit Ascensius.

Tu mihi nunc, impotentissime) Malim, *impudentissime* etc. Tunc pro *cunctas facultates in pretia collegi*, mallim *coëgi*. Meurs. Exerc. Critic. part. 2, cap. 26, lib. III, *Impotentissime* maneat. Vid. Gronov. ad Senec. de Constantia Sapientis cap. 5, saepius tamen in his declamationibus videbimus has duas voces confundi. Burm.

Cunctas) *Cuncta*, Voss. pr.

Collegi) *Colegi*, Lucas. Illud *coëgi*, quod substituit Meursius; posset firmari ex Terent. Heaut. I, 1: *Quasi talenta ad quindecim coëgi*. Sed aeque insolens esset locutio *cogere facultates in pretia*, atque *colligere*, pro inde redigere pecuniam ad redemptionem: et multum sibi permiserunt harum declamationum auctores. Quare retineo vulgatam; sic *contraxit in impensas* dixit decl. 9: sed melius infra h. d. cap. 10, *pro duobus pretia contraxi*. Gronovium maluisse in *pretio* notavit Cl. Schultingius, ut mox *fuerit licet pretium exiguum*. Voss. secundus omittit illa *in pretia*. Burm.

Vtiliora) *Viliora*, Voss. sec. et Gronovian.

Properanti festinatione perdentis) *Praeparanti* Leid. *Properantibus*, W. Leid. sec. Voss. sec. Cl. Schultingius tentabat, *properanter*, *festinatione perdentis addixi*. Vel *omnia viliora properantibus festinatione perdentis addixi*: id est, quae non curant properantes se accingere itineri, sunt enim impedimenta, nec duci nec ferri in comitatu possunt, quum properes. Neque haec lectio mihi multum displicet. Nisi malis legere, *et omnia, utiliora praeparans*, (vel *ad utiliora properans*) *festinatione perdentis addixi*; et properans ad redimendos filios, quod utilius et fructuosius omni reditu facultatum, addixi cito licitantibus vili pretio, ut solent festinare, qui vendunt statim, non, ut diligentes patres familias, exspectato aut captato opportuno vendendi tempore, sed perdunt, ut dissoluti et desciucti nepotes: *perdere* enim de prodigis, et luxuriosis saepe, qui profundunt et abiiciunt bona. Terent. Heaut. V, 11, 11: *Cepi rationem ut neque egeres; neque ut haec posses perdere*, et alibi saepe; et hoc est quod *abiicere si non pretio, at gratis*, dicit, Adel. IX, 7. Qui vulgatam defendere volet, credat auctorem epitheton affine substantivo apposuisse, ut saepe poëtae, *pavidum metum*, *taciturna silentia*, *moestum dolorem*, *dementem furorem* et similia dixerunt: est tamen et quaedam differentia inter *properare* et *festinare*. Vide Non. Marcel. et Festum in *properare*. Cic. IX Phil., 3, *at ille properans festinans* etc., pro *perdentis*, *pergentis* legit Ascensius, qui et alios *parenti*

perdentis addixi, et ultra quam non potest excogitare summus affectus, nihil senectuti meae, nihil dubiis casibus, pro inconsulta pietas! nihil neque illi reservavi, quem redemissem. Quantum, iudices, ad piratas tulerim, scire potestis ex hac fame: fuerit pretium licet exiguum, parvumque, dum totum: fingite quamlibet divitem, quamlibet pauperem patrem, nemo unquam plus pro liberis dedit, quam qui sibi nihil reliquit. Vtrumne igitur, iudices, nemo mortalium habet pretium plurium liberorum? an piraticae feritatis ingenium est, in captivorum taxatione solos aestimare redimentes? Dii immortales! quam arrogans me pirata, quam superbus excepit! parum, inquit, attulisti senex, languet alter. Quid ego a diis hominibusque merui, quod mihi non redditurus utrumque, non ipse potius elegit? saevus, et humani doloris artifex, negavit a me duos posse redimi: deinde ut hoc tristius, ut difficilius esset, redditurum se dixit, utrum maluissem. Vides, iuvenis, quantum pietati meae testimonium reddiderit ipsa crudelitas: conditio non ponitur nisi duos redempturo. Exspectatis, cer-

legere nolat, ut Valla lib. I Eleg., cap. 14. qui et *addixit* habet; *parentis* est in Edit. Gryph. Colin. Vidov. Colon. el aliis. BVRM.

Non potest) *Nunc potest*, Voss. sec.

Dubiis casibus) *Dubiis canibus*, Leid. pr.

Illi reservavi) *Illis reservavi*, Voss. sec.

Ad piratas tulerim) *Detulerim*, Leid. pr. rectius, ut pulo; ita Terenl. Heant. IV, 5: *Quin egomet iam ad eam deferam*; et scen. seq., *iam argentum ad eam deferes*, et sc. 7, *cape hoc argentum et defer*. BVRM.

Quamlibet divitem, quamlibet) *Quemlibet divitem, quemlibet*, W. Leid. pr. male: de hac voce saepe Heinsius agil ad Ovidium; vid. el ad lib. XII Instit. Oral., 5. BVRM.

Vtrumne igitur) *Igitur* deest W.

Plurimum liberorum) *Plurium* editiones Gryph. Colin. Vid. Pith. Colon. Obr. et recte: scilicet quam ego, qui tantum unius redimendi prelium corradere potui.

Feritatis) *Pravitatis*, Leid. pr. a manu prima.

Quid ego) *Quid ergo*, Gryph. *Qui ego*, Voss. pr.

Elegit) *Elegi*, Leid. pr.

Redimi) *Redemi*, Voss. pr.

Redditurum se) *Et redditurum*, Leid. sec. *Redditurum*, Leid. pr.

tum habeo, iudices, ut in tristissimae necessitatis positus abrupto, ad aegrum continuo properaverim. Quis non putet audita conditione, vincula me statim detraxisse languenti? oderitis licet confessionem meam, deliberavi: tenuit, inter illos inexplicabiles doloris aestus, perquam longum pietas misera consilium: et quod nunquam satis manibus filii, nunquam satis exscusabo conscientiae meae, non statim mihi ille deficiens unicus fuit.

V. Dissimules licet, orbitas, ego mihi plurimum videor adiecisse languori cunctationis mora; et sensit infelix, quid in electionis huius necessitate fuerim neutro languente facturus. Tandem, quod solum habebat ambitus genus, desperatione praevaluit: accepi fateor, illum qui solutus quoque non sequebatur, quem non gaudium redemptionis, non laetitia praelati, non hortantis erexit patris amplexus. Si esset in rebus humanis ulla clementia, merueram etiam de piratis, ut mihi duo redderentur. Vtinam, iudices, iuvenis illius vita praestaret, ut videretur non periculi miseratione, sed charitate praelatus.

In tristissimae n. positus) *Inter tristissimae necessitatis positos abrupto*, Leid. pr. male; sic *abruptum fati* dixit declamat. 4, et alibi.

Properaverim) *Perrexerim*, W.

Inexplicabiles) *Inexplicabilis*, Leid. pr. et *quam longum*, Leid. sec.; *quam longum tenuit*, Voss. sec.; unde Cl. Schultingius coniiciebat: *Tenuit inter illos inexplicabilis doloris aestus. Quam longum miserae pietatis consilium est?*

Mihi unicus fuit) Plaut. Casin. I, 11, 47: *Tibi ille unicus fuit, mihi etiam unico magis unicus.*

Plurimum videor) *Plurimum morbi videor*, W. *Plurimum videor morbi adiecisse*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *Plurimum morbis, plurimum videor adiecisse languori*, Gryph. Colin. Vidov. *Plurimum mortis, plurimum*, Lucas.

Cunctationis mora) *Cunctationis ex mora*, W. Forte *cunctatione et mora.* Ita enim auctor Bell. Alexandr. cap. 11: *Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla aut mora inferebatur.* Quem locum adscripserat Cl. Schultingius, et ita Cicero pro Sext. c. 47: *cunctationem et tarditatem* iungit; *cunctari* vero pro dubitare et deliberare ponitur. Vide Nonium Marcel. et Serv. ad Virg. VIII Aeneid., 388, et ita passim Suetonius, aliique. BVRM.

Habebat) *Habeat*, Leid. sec.

Solutus) *Solus*, Leid. sec.

Charitate praelatus) *Charitate probatus*, Colb.

Me infelicem, quod bonam habeo causam! explicuit iustitiam comparationis, qui decessit etiam redemptus, et in perituro filio nihil aliud electum est. In quo fui miser famae periculo? filius meus languore defunctus est: tamen pater occiderat aegrum, si reliquisset. Videram continuo, iudices, in carcere illo quantum promitteret constantia hominis, quem non captivitas, non exspectatio patris, non fratris fregisset infirmitas: nec immerito de fortissimo iuvene cuncta speravi, si fuisset ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandem miseros fortuna respexit, et, puto, contra praedonum commenta feritatem, ipsa consensit, ut nobis quem negaverant, non abstulissent.

VI. Non quidem mihi, iudices, arrogo temporis illius providentiam, nihil me fateor fecisse consilio, potest tamen utriusque iuvenis exitus necessitatibus meis assignare rationem: periit quem redemi; reversus est quem reliqui. Invenisse te putas, iuvenis, patrem cibos et alimenta poscentem? quaerebam pretium tuum, testor clementiam mitissimae civitatis: hae preces, hic rogantis ambitus fuit: miseremini, date stipes, indulgete, conferte, repetendus est ille qui redimi maluit fratrem. Sed et hac te decebat reversum proclamare voce; Erige

Explicuit) *Explicui*, Leid. sec.

Comparationis) *Redemptionis*, Leid. prim.

Etiam redemptus) Forte *iam redemptus*; potest tamen explicari, quamvis liberatus captivitatis malis, tamen decessit. SCHVLT.

In perituro) *Imperituro*, Leid. pr.

Occiderat aegrum) Francius volebat *occideram aegrum, si reliquissem*; male. *Occiderat* hic est, homines vulgo iactassent, dixissent, patrem fuisse causam mortis, si reliquisset. BVRM.

Contra praedonum commenta feritatem) *Feritas*, Leid. pr.; *commota feritatem*, Obr.; ego *commenta* non moveo; fortuna enim invenit, et suggessit iuveni modum evadendi, quod solum remedium erat contra feritatem piratarum; *commenta* absolute ponitur. BVRM.

Non quidem) *Non quid*, W.

Potest tamen) *Post tamen*, Leid. sec.

Necessitatibus meis) *Ex necessitatis nostris*, Leid. pr.

Hae preces) *Haec preces*, Lucas.

Proclamare) *Clamare*, W.

vultus, pater, attolle tristissimam faciem; vindicati de saevissimis praedonibus sumus, duos redemisti. Alimenta posco, poteram non adiicere, filium pater, sed mendicus hominem, sed iuvenem senex. Quis enim magis ex ipsis rerum naturae sacris venerandisque primordiis descendit affectus? quid etiam inter liberos ac parentes tam commune, tam publicum, quam ut alicuius famem proximus quisque depellat? voluit nos ille mortalitatis artifex deus in commune succurrere, et per mutuas auxiliorum vices in altero quemque, quod pro se timeret, asserere. Nondum hoc charitas est, nec personis impensa reverentia; sed similium accidentium providi metus, et communium fortuitorum religiosus horror. In aliena fame sui quisque miseretur: sic cibos obsidio partitur; sic inopiam pariter navigantium frequenter unius alimenta paverunt. Hinc et ille venit affectus, quod ignotis cadaveribus humum congerimus, et insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocumque veneretur aggestu.

Tristissimam faciem) *Tristitiam*, W, Leid. sec. Voss. sec.; *at tolle tristitiam*, Lucas. Cl. Schultingius legebat *tolle*, ut illud *at* repetitum esset ex *pat*, vocis *pater*.

Vindicati sumus) *Vindicatus sum*, Leid. pr; *vindicati unus*, Lucas.

Non adiicere) *Non adire*, Leid. pr. Cl. Schultingius coniiciebat, *poteram adiicere, non filium pater*.

Quid etiam inter) Lege, *quid, etiam non inter*. Vel *quid, etsi non inter*, SCHVLT. *Quid enim* Francius volebat.

Vt alicuius) *Vt alicui*, Lucas.

In altero quemque) *In altero quoque*, Leid. pr. *In altero quemcumque*, Gryph. Colin. Vidov.

Quod pro se timeret) *Quod in se timeret*, W.

Haec charitas) *Hoc charitas*, Leid. sec. Voss. sec.; sic mox cap. seq. *hoc ergo lex erit*; et cap. 11, *non est hoc impatientia*; et decl. 2, cap. 13: *non fuit illud patris indignatio, non dolor*; et cap. 20, *hoc tu quietem esse putas*, et centies alibi; sic quoque apud Ovid. III Epist., 8: *Quamvis hoc quoque culpa tua est*. BVRM.

Sui quisque) *Suam quisque miseretur*, W.

Paverunt) *Paruerunt*, Leid. pr.

Congerimus) *Gerimus*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. *Ingerimus*, Leid. pr. vide quae ad Petron. 114 adnotarunt viri docti.

VII. Parentibus vero liberi non praestatis alimenta, sed redditis: quanto, dii deaeque! breviora, quanto minora pro tot infantiae, tot pueritiae sumptibus, tam variis vel abstinentissimae iuventutis impendiis? Si mehercule hoc quoque officii genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid et vita vestra deperderet, iterumque ex illa quam traxistis, anima portio brevis in suum rediret auctorem. Vultis scire quantus nomini nostro debeatur affectus? quanta veneratio? non est beneficium quod pascitis: sed est facinus quod negatis. Liberi parentes alant: pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanae: haec ergo lex erit? quid imprecer homini, qui primus fecit ut pietate iuvaremur? Liberi parentes alant: o crudele factum! o nunquam tristior fames! ita pascit ille, qui cogitur? Non meruisti, inquit, accipere: discede pietas, quiesce paulisper: infirmitas remuneranda sit. Primum lex severissima est, ut fortius

Non praestatis) *Non potestatis a. s. redditus*, W.

Breviora) Corrigere prius tentabat *leviora* Cl. Schult. sed postea nihil mutandum notavit, quia senibus exigua vitae portio superest, qua alimenta breviora praestant liberi, quam parentes in longa pueritia et adolescentia liberis praestiterunt.

Deperderet) *Dependeretur*, W. *Dependeret*, Voss. sec. *Nostra deprehenderetur*, sed corr. *Dependeret*, Leid. pr. *Nostra deprehenderet*, Voss. pr. *Vestra deprehenderet*, Colb.; sed *deperderet* rectum est; respicit enim ad illa vota solemnia, ut de annis nostris apponantur aliquot illorum, quibus bene precamur, de quibus vide Lips. ad Senec. de brevit. vit. cap. 8, ubi locum Plauti Asin. III, sc. 3, 19; quem noster respicere videtur declamator, adducit: *Ego te? quam si intelligam deficere vita; vitam meam tibi largiar, et de mea ad tuam addam.* Vide et Barth. ad Stat. V silv., 1, 177. Burm.

Haec ergo lex erit) *Hoc*, W. Leid. sec. Voss. sec. *Haec igitur*, Leid. pr.

Vt pietate iuvaremur) Scribendum est: *ut pietas iuberetur*, vel *ut pietatem iuberemus*; hoc est, pietatem, quam natura sine lege innatam et insitam habere debet, lege sancire cogeremur. Gronovius. *Vt pietatem iura tutarentur*, Obr.; lego, *ne pietate iuvaremur*, cuius scilicet moribus haec nunc lex orta. Schult.

Quiesce paulisper. Firmitas) Aliter distinguit Voss. sec.: *discede paulisper infirmitas; remuneranda sit primum* et est ita Editiones quaedam.

Vt fortius) Lego, *ut et fortibus*: sensus est, infirmitas remuneranda sit, id est, non iam pietatis ratio,

alimenta poscantur, perdiderunt pulchritudinem sanctitatemque naturae, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos salva est de mutua charitate reverentia: collisis prospexere pignoribus, et inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum providentia fuit, ut aliquid et odia praestarent. Quereris, irasceris, et ideo iuberis: exspectandum est videlicet, ut liberorum parentumque concordiam praeferant totius merita vitae; et ut pietas, natura, sanguis accipiant quotidie tanquam amicitiae nexum: et nisi nos promeruerimus obsequiis, adulatione, patientia, natales, ortus et pignora prima perierunt?

sed infirmitatis habeatur, ut ea sit remuneranda, quia et infirmos pueros ad constantis aetatis robur educabit: sed et lex severissima etiam fortes alendos iubet. SCHVLT. Ego legerem: *Quiesce paulisper: infirmitas remuneranda: Sit hoc primum. Lex severissima est, et fortibus alimenta poscuntur*, concedit hoc praecipua legem intendere, ut infirmos parentes alant liberi. Sit hoc ergo primum: sed quum lex non distinguat (est enim in hanc formam concepta, *liberi parentes alant*), etiam fortibus debentur ex lege alimenta. Ita *hoc primum*, Virg. II Aeneid., 79; Ter. Heaut. II, 3, 28: *hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores;* infr. decl. 10, 11: *hoc primum: filium non quomodo debes, scelerate, desideras.* BVRM.

Perdiderunt) Ita decl. 8, 6: *Perdiderunt huius legis auctoritatem.* SCH. *Perdere* hic est rem inutilem facere, et infructuosam, ut *perdere blanditias*, Ovid. I Met.; 531, et passim ille et alii; vid. ad Petr. c. 82, et Cl. Schult. ad declam. 1, 10; effecerunt illa lege, ut filius, qui reveretur et amat patrem bonum, nullum pietatis suae fructum referat, si alat patrem, quia dici potest a lege coactus alere. His ergo lex illa non sit scripta, sed liberis, qui cum parentibus malis odia exercent, qui, quod sponte nollent facere, nunc a lege iubentur facere. BVRM.

Collisis) Id est infestis inter se parentibus et liberis. Horat. I, Ep. 11, 7: *Graecia Barbariae lento collisa duello.* Et Petron. cap. 10: *mille nos causae quotidie collident.* SCHVL.

Odia praestarent) *Odia praestarentur*, et mox, *exspectandum est iudices, ut*, Leid. pr.

Praeferant) *Perferant*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Quod probat Schult. ut habeant usque ad finem, ut *perferre exilii poenam*, Nep. Aristid. 1, Sed Obrechtus edidit *proferant*: recte mea sententia, id est extendant, non interire patiantur: ut ita *proferre diem*, Liv. XLI, 1. Terentius et alii, et ita forte *proferre beneficium* apud Cicer. pro Muraen. c. 14, posset intelligi. BVRM.

Amicitiae nexum) *Nexum* deest W,

VIII. Si vultis, iudices, ut huic nomini salva sit in omni personarum diversitate veneratio: bonum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc contumeliam rerum naturae, non faciam legi, ut excusem vel pessimum patrem, ut sacro nomini tentem gratiam petere de venia: sim licet crudelis ac saevus; filium tamen diutius amavi: clauserim paternos penates; de testamento, de spe successionis expulerim; oneraverim vinculis manus; foedaverim membra verberibus, persolvi gratia non potest nec malo patri. Arrogans, impotens sum: nolo quotidie mereri, quidquid mihi deberi coepit primo die: facilis, mitis, indulgens, vocabula sunt ista minoris affectus; propter haec aleretur amicus, pasceretur extraneus. Vestrum quinimmo crimen est, quod interdum aliud sumus: et (unde manifestum est diversitatem nostram venire de moribus liberorum) non invenias asperum patrem, nisi iam peccantis aetatis. Quid ais? rigidus, immitis sum: ideo pasce, tantum pasce, non ultra malo pro reverentia nominis nostri. Quidquid praestatis inviti, et quum alitur pater, quem quereris indignum, accipere mihi videntur omnes parentes. Si vis, affectum debes: sin minus, necessitate servitutem, patientiam: non tanquam pater alitur, qui tanquam bonus amatur.

Non faciam hanc contumeliam) *Non faciam hanc rerum naturae, non faciam contumeliam legi*, W. Leid. pr. Voss. sec. Lucas.

Diutius amavi) Sc. quam senex vivam; nam pater non asper, nisi peccanti aetati. Schvlt.

Gratia non) *Gratis non*, Lucas.

Vestrum quinimmo) *Nostrum q.*, Lucas, Vidov.

Et (unde manifestum est etc.) *Et unum manifestum est* etc. Vidov. Colin. Gryph.

Quid ais) *Quid agis*, Victor.

Rigidus, immitis sum) *Rigidus nimium sum*, Leid. pr.

Non ultra malo) Lege *tantum pasce, non ultra. Malo, pro reverentia nominis nostri quidquid praestatis inviti, etiam quum alitur pater, quem queraris indignum, accipere* etc., beneficium in omnes est parentes, si etiam malis et indignis adeo patribus alimenta praestentur. Vox autem *indignus* gravis est in iure, V. tit. ff. *De his quae ut indignis*. Vel *malo*,

IX. Sepone, iuvenis, differ querelas, tunc irasceris, tunc obiicies mihi, quum prosperitatum, quum secundorum officia deposcam: non talis ad tua genua provolvor, ut extimendus sim: nulli malus est pater, quum esse coepit infelix. Aspicis collapsum, et ex omni calamitatum genere miserum, et, ultra quod accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum: riget squalidi capitis concreta canities, vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit, et per obstantium crinium illuviem tenuis arentium iactus oculorum: haeret astricta nudatis ossibus cutis, et in fame sua homine consumpto, iam membra sine corpore: iterum bonus sum, in pristinam religionem de calamitatum horrore restituor. Adeone non habent haec ipsa supplicia poenas, quod posco, quod rogo, quod mendicus sum filii mei? et quam multa, dii deaeque! non possunt pro nobis impetrare leges? quanto plura sunt, quae negantur, quum praestant inviti? Non exigo, ut tuis manibus porrigas cibos, ut consoleris, ut foveas: proiice quod rapiam, abiice quod colligam: genus ultionis est pascere,

pro magis rogo, gratius mibi est, si quod praestatis inviti, quia agnoscere ostenditis, quam nobis reverentiam debetis. SCHVLT.

Quum secundorum) *Quum seculorum*, Leid. pr. Colb. sec.;

Extimendus) *Aestimandus*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *Extimandus*, W. Lucas, qui ita fere semper.

Aspicis) *Accipis*, pro var. lect. Leid. pr.

Nulli malus) Francius *nulli non malus*.

Intabuit) *Retabuit*, W.

Tenuis arentium iactus) *Tenuis hiatus oculorum*, W.

Sine corpore) Id est sine carne, sine pinguedine. Vt ita *corpus facere* Phaedr. III, 7, ubi vide. BVRM.

Iterum bonus) *Parum bonus*, W. *Iam bonus*, Leid. pr.

Calamitatum horrore) *Honore*, Leid. pr. Voss. sec.: male; et recte Schult. ex illis Flori III, 21: *carcer, catenae horrificaverant dignitatem*, illustrat.

Impetrare leges) *Imperare*, Obr.

Quae negantur) *Quod neg.* Voss. sec.

Porrigas) *Exigas porrigas*, Voss. prim.

Quod rapiam) *Quod rapina abiice colligam*, W. *Proice* et *abice*, Leid. pr. Voss. sec.

nec misereri. Si tamen, iudices, fas est impietatis huius ullas accipere causas, et filium qui non alit, putatis reddere posse rationem, aestimate per fidem, quod sit facinus illud, cuius ultionem debeat exigere aliquis de fame patris. « Captum me, inquit, non redemisti. » Quis non putet queri de filio patrem? quemquamne dicentem feras, nihil tibi debeo qui mihi vitae lucisque beneficium semel praestitisti, quia hunc spiritum, hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accepi?

X. Iniquissima magnorum conditio meritorum est, si quidquid non fuerit adiectum, de prioribus perit, et pessimo exemplo gratiam praeteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi: non tamen ideo minus est, quod in hunc te divinorum humanorumque conspectum de nostra protulimus anima. Maria terrasque, et infatigabiles siderum cursus, et cuncta sacro fulgore lucentia nos, ut fruereris, ostendimus. Has, quas subtrahis manus, haec verba, quae negant, de meo spiritu, de meis visceribus hausisti: gaude potius, exsulta, quod tibi patris asperitas praestat boni filii iactationem: solus habet quod imputet patri, qui queritur, et pascit. Quam multa, iudices, huic querelae respondere poteram, propter quae filium salva pietate non rede-

Sit facinus) *Si facinus illud cuius ultione*, Voss. pr.; *ultione*, Leid. pr.; *aliquis aliquid*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Feras) *Feram*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Qui mihi) *Quia mihi*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov.

Semel) Deest Voss. sec. male; vide ad decl. 6, cap. 2.

Quia hunc spiritum) *Quia habet spiritum*, W.

Perit) *Petit*, W.

Ideo minus est) *Ideo unius est*, W. ego mallem: *num tamen ideo minus est?* per interrogationem. Bvrm.

Terrasque, et) *Terrasque infatigabiles*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Hausisti) *Habuisti*, Gronov.

Exsulta) *Et exulta*, Lucas.

Et pascit) *Et pascitur*, W.

Huic querelae) *Hanc q.* W.

Propter quae) *Propter quam*, Leid. sec. Voss. sec. *postquam*, W.

missem? quis non acciperet excusationem, si dicerem: Impediit quamvis properantem senectus, inopia, languor? pretium non tam festinanter inveni: explicare non potui navigationem, iuvenibus quoque fortibusque difficilem: solus ac senex non illa, qua speraveram, prosperitate direxi: per quos metus, per quae peregrinationis incerta properavi? Remove, iuvenis, indignationem, nihil plus pro filio factum est, quem recepi: non fortunam tibi debeo, sed affectum: non exitum, sed voluntatem: pro duobus pretia contraxi; pro duobus maria conscendi; pro duobus genua tenui: rogo, uter magis amaretur, si mihi piratae duos reddidissent?

XI. Age tu nunc, iuvenis, ad faciendam inopiae patris invidiam, si videtur, exclama: Famem obtendis, ad quam luxuria, prodigarumque voluptatum continuatione venisti; exhausisti senex census in pretia meretricum, quamquam et huic iubetur necessitati pietas vestra succurrere, et lex, quae inopem, quae patrem nominare contenta est, filium non remisit ad causas. Quid vero si in educationem, in discursus, in

Properantem) *Prosperitatem*, Voss. pr.

Non tam festinanter) *Tam* non habet Lucas.

Fortibusque) *Fratribusque*, Leid. pr. Lucas.

Non illa, qua) *Illam* legendum; nisi accipimus omissam esse *navigationem*, vel *cursum*, ut declam. 12: *non praesides?* omissum *anchoras*. SCHVLT. *Non illa quam sp. prosperitatem*, Leid. pr.

Recepi) *Recipi*, Leid. pr. *quam recepi*, Lucas.

Maria conscendi) An hoc recte dicatur dubito; *navem conscendere* et *ascendere* obvium est, et illustratum Ampl. Cupero lib. III, Obs. 3; quare legerem *navem conscendi*, nisi in his declamatoribus non fas esset omnia ad severas veterum loquendi leges exigere; possel et fingi scripsisse, *Maria transcendi*; ut ita Val. Fl. IV, 220, *Transcendere fretum*; et Lucan. lib. III, 59: *Curio Sicanias transcendere iussus in urbes*. Sic *transgredi*, de quo ad declamat. 6, cap. 21. BVRM.

Age tu nunc, iuvenis) *Ageto*, Voss. pr. *iuvenis* deest W.

Famem) *Famam*, Voss. pr.

Prodigarumque) *Prodigiarumque*, Leid. sec.

Remisit) Malebat Francius *remittit*.

Quid vero) *Quid ergo*, W.

In discursus) *Non discursus*, Leid. pr.

pretia vacuatus sum? excedit omnem scelerum comparationem, patrem mendicum facere, nec pascere: tentat, iudices, hoc, quod non est redemptus, ampliare alia iuvenis invidia: fratrem, inquit, mihi praetulisti. Fateamur paulisper hoc crimen, agnoscamus hoc nefas. Impudentissime generis humani, tu non feres, ut frater tuus vel magis ametur? vides enim; praelatus est tibi nescio quis affectus; possident charitatis tuae locum pignora de minoribus sumpta nominibus; illum nempe, cuius aeque spiritus de visceribus his trahebat ortum; qui patrem vel solus impleret: pessimus est mortalium, qui amari fratrem suum sine sui charitate putat. Tu custodies, utrum frequentius osculer, utrum stringam magis arctiore complexu, non est hoc impatientia, nec circa patris affectus sacra de pietatis contentione rixa: eum tantum fratrem putas amari magis, quem non ames? Falleris, iuvenis: longeque te ab intellectu rerum naturae seposuit prava persuasio, qui putas ex paternis affectibus filio perire quidquid in altero de necessitate praeponderat.

XII. Par est in omnes liberos, eademque pietas, sed habet in aliquo plerumque proprias indulgentiae causas, et salva charitatis aequalitate, est quiddam, per quod

Fateamur) *Fatemur*, W.

Impudentissime) *Imprudentissime*, Gryph.

Tu non feres) *Ita non f.* W.

Illum nempe) Scilicet *praetuli.* SCHVLT. Ascensius legebat *ille*, et referebat ad *pessimus est.*

Patrem impleret) Vide Cl. Schult. ad Senec. contr. V, p. 107.

Sine sui) *Sui* deest W.

Custodies) Exploratoris et invidi more observabis; vid. ad lib. IV Instit., cap. 2; et ita saepe in his declamationibus. BVRM.

Complexu) *Complexus*, W. *Altiore complexu*, Voss. pr.

Non est hoc) *Non est hoc in patientia*, Leid. pr.

Putas) *Putes*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Quem non ames?) Deleri interrogationem volebat Schultingius.

Seposuit) *Se possint*, Leid. pr.

Filio perire) *Alteri perire* Francius coniiciebat.

Et salva) *Est salva*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec.

tacito mentis instinctu singulos rursus, tanquam unicos, amemus. Hunc primus nascendi locus, illum gratiorem praefecit infantia; alium laetior vultus, et blandior osculis amplexibusque facies; quosdam magis severitas probitasque commendat; in quibusdam diliguntur impatientius calamitates: et damna corporum, debilitatesque membrorum notabilius miseratione complectimur. Salva est tamen universitas, quum quidquid in alio cessare creditur, in altero restituit alter affectus: securus sis, non intercidunt ista, non pereunt; sed invicem vincunt, praevalent, cedunt: filio non potest praeferri, nisi filius. Blandiar, iudices, paulisper calamitatibus meis; et sic agam, tanquam apud piratas invenerim utrumque sanum. Attuli sine dubio pretium duorum, sed utrumque praedo non reddit: offert electionem, suadete quid faciam. Quid dicitis? ista pietas est abire, discedere, irasci scilicet, queri, et invidiam facere piratis? vos interrogo liberi, vos parentes; non ergo facinus est, ideo neutrum redimere, quia utrumque non possis? Egregia pietas, aequare liberos iustitia desperationis;

Praef.) *Prius fecit*, W. *Prior fecit*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Pith. Colin. Pareus; *illum gratiorem praefecit infantia*, Colon. Gryph.; *illum gratiorem priore fecit infantia*, Vidov.; ego mallem *illum gratiorem patri fecit*, ut *pri.* scriptum fuerit per compendium, quod in *prius*, vel *prior* abiit. BVRM.

Blandior osculis) *Blandior oculis*, W.

Damna corporum) Ita Phaed. III, 11: *Damnum insectatus est amissi corporis*. BVRM.

Alter affectus) Pro *alius*, ut saepe apud Tacitum, et alios. Est ergo aliunde ortus, alia causa excitatus, ut ex infantia ex laeta facie etc. SCHVLT.

Blandiar) *Blandior*, W.

Reddit) *Reddidit*, W.

Suadete) *Suadere*, Gryph.

Quid dicitis? ista pietas est) *Quid dicis? ita pietas est.* Leid. pr. Voss. pr. sec. *Quid dicitis? ita pietas est*, Leid. sec. *Quid dicit? ita pietas est*, Colb. Lucas.

Vos parentes) Desunt W.

Iustitia desperationis) Lego *stultitia desperationis*, id est stulta desperatione; ut apud Iustin. I, 8: *fraude insidiarum circumvenire*, id est fraudulentis insidiis. SCHVLT.

et ex hoc, quod succurrere non contingit duobus, orbitatem facere totam! Tu vero, senectus, accipe quidquid datur, accipe quidquid offertur, dum hoc saltem feritati libet, antequam in patientiam tam saeva decrescat immanitas. Interim multa possunt afferre casus: sperare licet, repetere, sperare pater, fortassis evadat. Quaecumque explicari coacervatione non possunt, per partes vicesque servantur; et facilius est

Non contingit) *Non contingis*, W.

In patientiam tam saeva decrescat immanitas) Varie tentabat haec Cl. Schulting. *antequam in patientiam tuam saeva adcrescat immanitas*; ut Horat. IV, od. 4: *Hydra dolentem crevit in Herculem*; et decl. 18: *in vires caritatis accrescit ipsa miseratio*, vel *decrescat*, ut de augeat, ut in *deformis* et aliis; vel *in patientiam tuam dein* (aut *dehinc*) *crescat immanitas*, hoc sensu; maior in filios saevitia erat futura piratarum, in hosce duos, si passus esset pater captos manere, nec alterutrum redimisset; quia utrumque non poterat. Tandem coniicit: *In impatientiam tuam crescat immanitas.* Ascensius *decrescat* etiam pro valde crescat interpretatur, et explicat, antequam immanitas piratarum crescat in patientiam, id est denegandi assuetudinem. Vel legit *decrescat impatientia*, id est *per impatientiam*; mihi hic merae sunt tenebrae; *Decrescit* est in W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *impatientiam*, Lucas. Forte scripserit, *accipe quidquid offertur*, *dum hoc saltem ferre patri licet*, *antequam in poenitentiam tam saeva decrescat immanitas*; accipe unum, dum licet hoc saltem ferre, antequam illa immanitas, quae nunc unum modo negat, in poenitentiam mutetur, ut neutrum nolit reddere. Interim forte fiet aliquid, quo alter evadat; quae si non placent, ut nec mihi valde satisfaciunt, ultimam Cl. Schultingii coniecturam praeferrem; vel, *dum hoc saltem feritati* (ut supra *piratarum feritatem* dixit) *libet*, *antequam in impatientiam tuam saeva crescat* (vel *increscat immanitas.* Quia tu tam impatienter utrumque petis, barbari illi et immanes, qui nunc unum offerunt, utrumque negabunt. *In* autem esset positum pro contra, crescat contra tuam impatientiam, quo tu impatientior, eo illi saeviores. Burm.

Sperare licet, repetere, sperare pater) Lego, *licet repetere, sperare pariter*, *fortassis evadet*; vel *sperare licet*, *repetieris*, *sperare*, *pariter fortasse evadit.* Schult. *Sperare licet*, *repetere*, *sperare potest*, W. *Sperare licet*, *repeteris*, *sperare pater*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas; *Sperare licet*, *repetere*, *separare*, *alter fortassis evadet*, Obr.; *Sperare licet*, *repete sperare pater*, *f. e.* Gryph. Colin. Vidov. quam lectionem Ascensius amplectitur, et explicare conatur; sed corruptissimus locus est, a quo manum abstinere satius est; male vero *evadat* mutavit Obrechtus in *evadet*, quum *fortassis*, et *forsitan* eleganter subiunctivo gaudeat; ut ad Ovidium aliquoties ostendemus. Vide ad Petron. 130. Burm.

Partes vicesque) *Partes viresque*, Ed. Pith.

divisa subtrahere, quorum magnitudo laborat in solido.

XIII. Quantum intelligo, iudices, filius, cui profuturum non erat ut eligerem, hoc solum ferre non potest, quod redemptus est frater. Quis hanc, iudices, impudentiam ferat? obiicit mihi, quod ullum de liberis meis potuerim facere discrimen: deinde queritur non se potius electum; et quum fratri praeter eiusdem nominis par ac simile consortium reverentia quoque languoris accesserit, indignatur apud affectus patris non eam praevaluisse partem, in qua tantum filius erat. Non invenio, iudices, quemadmodum effugere potuerim criminis huius invidiam, si hunc potius recepissem: patri, cui utrumque pirata reddere nolebat, redimendus fuit, aut aeger, aut neuter. Quid? quod, inquit, etiam luxuriosum praetulisti? parce, iuvenis, maledictis, parce conviciis: reliquistis haec nomina; domi erunt ista vitia, domi erunt istae virtutes, sed quum fueritis reversi. Interim nihil aliud estis, quam fratres, quam liberi mei, duo captivi, ambo miseri, et diversitas vestra de calamitatum societate consumpta est. Vides, quam nefas sit alterum ex vobis mihi

Divisa subtrahere) *Duo subtrahere*, Ed. Pith.; mallem: *divisa subtrahere, quam quorum magnitudo laborat in solido*. Burm.

Vt eligerem) *Vt eligeretur*, Leid. pr.

Non eam praevaluisse) *Non tam pr.* Lucas.

Si hunc potius) *Sed hunc potius*, Leid. pr.

Recepissem: patri) *Recepissem pater*, Lucas.

Pirata reddere) *Pirata feritas reddere*; sed linea ducta erat sub voce *feritas*, Leid. pr. forte *piratae* (vel *piratarum*) *feritas*. Burm.

Etiam luxuriosum) *In luxuriosum*, W. Leid. pr. forte *mihi luxuriosum praetulisti*; nam in MSS. *mihi* passim per solam literam *m* superscripto *i* scribitur. Hinc *in* factum; et vis est in pronomine *mihi*; qui semper frugi fui, praetulisti luxuriosum. Burm.

Ista vitia) Desunt W.

Quam liberi mei) *Qui liberi mei*, Ed. Pith.

Alterum ex vobis) *Alterum est vobis*, W.

esse viliorem? piratarum non interest, uter eligatur. Dignum hunc dereliquisti, luxuriosum redemisti: comparatione vestra, iuvenis, circa patrimonium honoresve contenderes, et ego proclamabo, vicisses: sed ventum est illuc, ubi non probitas, non mores aestimantur, et de corporibus sola taxatio est. Vnde tristes toleraret casus, ferret sordes vinculorum, piraticam famem iuvenis, quem torquere solebat nostra frugalitas? unde in illa solitudine carceris duret animus convictibus semper comitatibusque laetatus? Exspecta tu, quem decet honesta patientia, laudabilis labor, qui tibi difficultatum reddis ipse rationem: tu differris, luxuriosus redimitur. Quid vis? praetuli illum, de quo soli tibi querebar: quem quum vellem castigare, reprehendere, te solebam laudare, mirari.

XIV. Exaggera quantum voles vitia fratris; luxuriosum, perditum voca, dum scias te sic magis probare non animum fuisse patris, sed de calamitate rationem: ille eligit, qui recipit ante meliorem. Sed parce, quaeso,

Vter eligatur) *Vt uter el.* W.

Dignum hunc dereliquisti) *Dic nunc, luxuriosum red.* W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Comparatione vestra, iuvenis) *Vestri*, Gryph. Colin. Vidov. quod praefert Ascensius; *comparatio vestra iuvenis esse circa p. h. contenderes*, Leid. pr. Lucas. *contenderent* etiam Leid. sec. Voss. pr. sec. *honoresne*, Voss. pr.

Patrimonium) *Patrocinium*. Lucas.

Proclamabo) An *proclamo*; ut alibi *proclamo*, *testor*; nempe significat publice se id fateri, et decl. 3: *affirmo*; decl. 19: *respondeo*. SCHVLT.

Vicisses) An *vinces*? FRANCIVS.

Non mores aestimantur) *Non mores non aestimantur*, W.

Et de corporibus) Forte, *sed de corporibus solis taxatio est*. FRANCIVS.

Famem piraticam) Vt Senecae *nuptiae tyrannicae*, et *raptus Tyrannicus* ex emendatione. SCHVLT.

Vnde in illa) *Vnde ut in illa*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. Lucas.

Duret animus) *Duraret*, Obr.

Tu differris) *Tu differeris*, Voss. pr. sec.

Redimitur) *Relinquitur*, Voss. sec.

Quid vis) *Quid ais*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Soli tibi) *Situm tibi*, W. *Solo tibi*, Leid. pr.

Qui recipit ante meliorem) *Qui recipit et natura meliorem*, W. Cl. Schultingius volebat, *qui non recipit ante meliorem*; et verba accusantis esse putat, ut supra, *dignum dereliquisti, luxuriosum redimisti*: Ascen-

iuvenis, adversorum interpretationi: non est electio, alterum recipere, quum pretium attuleris duorum: discrimen illud non ego, sed pirata commentus est. Quidquid inter vos in alterutro fecero, affectus est, quo duos amo: et homo, apud quem filius sola praevaluit gratia calamitatis, non fratrem tibi praetuli, sed quod in te fratri praetulissem. Consilium hoc putas fuisse patris? fortunae est, qua capti pariter estis, qua decubuit alter, qua non convaluit redemptus: quum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata concessit, idem est, ac si mihi neutrum reddidisset. Sed quousque facti mei dissimulabo rationem? aeger electus est, respondete nunc, si videtur. Luxuriosus, perditus fuit: parcamus, quaeso, memoriae; revereamur suprema cineris; poeniteret me fortasse, si viveret: iterum ac saepius, quod necesse est, ipsa criminis mei voce defendar; aegrum redemi. Non habent profecto; non habent discrimen liberi, nisi de calamitate: et inter homines, quos natura pietatis aequavit, differentiam nisi de dolore non explices: non cum usu nunc vestro, non

sius *ante meliorem*, quem noverat ante meliorem fuisse. Dure admodum dictum hoc foret; mallem, *ille eligit, qui recipit tanquam meliorem*; vel *tantum meliorem*, ut *t* adhaeserit ex praecedenti voce. BVRM.

Interpretationi) *Interpretationem*, Leid. sec.

Discrimen illud) *Discimus illud*, Leid. sec.

Calamitatis) *Infirmitatis*, W.

Tibi praetuli sed) *Tibi praetulisset*, Voss. sec. et hic sensus obscurior. Colinaei et Vidov. editiones distinguunt post *calamitatis*, et novam periodum inchoantur a *non*; credo aliqua intercidisse; forte, *affectus est, quo duos amo, ut homo, apud quem filius sola praevaluit gratia calamitatis. Non fratrem tibi praetuli, sed aegrum, quod si in te fuisset, et fratri praetulissem.* BVRM.

Fortunae est) *Fortuna est*, W.

Pirata concessit) *Puta a concessit*, W.

Parcamus) *Parcam*, W.

Quos natura pietatis) Pro *naturae pietas* ut super decl. 2: *Pietatis aequalitas.* SCHVLT. Ascensius legebat *natura pietate aequavit.*

De dolore) *De* deest Leid. pr.

Cum usu vestro) Ascensius interpretatur, quem facitis utendo rebus, alter parce, alter luxuriose; Cl. Schult. de usu, qui mihi sit ex vobis, vel familiaritate, quod verum puto.

cum moribus loquor. Ille anhelat, illius sunt lassa suspiria, ad illum serius veni. Excogitasti rursus, fortuna, quod supercresceret charitati, quod posset sacris nominibus accedere: hic solus maior affectus est, quam filios amare, filii misereri.

XV. Me quidem, iudices, si quis interroget, conditio illa non fuit vera, non simplex, habuitque piraticae feritatis ingenium: aegrum mihi non licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuisse credis, ut iuxta moriturum tu reddereris? et homines eius immanitatis, ut possent liberos cum patre partiri, paterentur eum sibi relinqui, quem periturum ex hoc probabant, quod illum pater non eligebat? tentata est misera pietas, et placuit hoc quoque addi calamitatibus nostris, ut onerarer pudore conditionis partes non habentis: quum in comparatione sani aeger offertur, ideo ponitur, ut eligatur. Superest, nisi fallor, iudices, ut, quum sibi praelatum fratrem queratur, aestimetis utri tunc magis debuerit pietas nostra succurrere. Est quidem, iudices, humanae infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus gravissimum putet quisque, quod patitur, et quum

Illa anhelat) *Ille havelat*, W.

Lassa) *Laxa*, Leid. pr.

Fortuna, quod) *Fortuna quidem*, W. *Fortunam quae*, Leid. pr.

Licuit eligere) Desunt W.

Iuxta moriturum) Sensus esse videtur, an putas tantum aequitatis fuisse Piratis, ut, si te elegissem, reddidissent te mihi, et moriturum, (ut inde colligebant, quia eum non eligebam) servassent sibi; certe a conditione posita, si sanum elegissem, quae est feritas eorum, recessissent et coëgissent me aegrum et periturum eligere; sed huic sensui an praepositio *iuxta* satisfaciat nescio, quae *ad*, *prope* vel *post* saepe notat; hic vero deberet notare praeferendum morituro sanum fuisse, et pro *praeter*, vel *supra* poni, sed eius significationis exemplum desidero. Vel *iuxta* possit explicari, pro, tu compositus, comparatus cum morituro, reddereris, et ita illa Taciti fere explicant de Mor. Ger. 30: *velocitas iuxta formidinem est*. Burm.

Ex hoc probabant) *Ex hoc probant*, Leid. pr.

Vt possent) *Vt possint*, W.

Onerarer) *Oneraret*, Gryph.

Aestimetis utri) *Aest. inter*, W. *Aest. viri*, Voss. pr.

aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam suam vel minora praevaleant. Languor est tamen, languor, cui merito cesserint cunctae calamitates, in cuius comparatione consolari se potest genus omne miserorum. Stringat licet manus saeva captivitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus, et habet aliquid aequanimitatis, cum poena sua posse rixari. Saeviunt regna tormentis, bella vulneribus; sed levius afficit quidquid viribus feras: et quum in plenum adhuc sanguinem adversa ceciderunt, repugnantis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus compares, quem dolorem, quum penitus visceribus immissa tabes quotidie aliquid ex homine praemittit in mortem, quum cibos, haustus, et omnia blandimenta vitae fames fastidit, et poscit, desiderare assidentium officia, dehinc ferre non posse? gravari, quos appetieris, attactus? per totum cubile corpus velut super ardentes exagitare flammas? lux fatigatis luminibus gravis, vox sola

Nostra dolore) *Nostro d.* W. Leid. pr. sec. Colb. pr. Lucas.

Languor, cui) *Languor cum*, W.

Cesserint) *Cesserunt*, Leid. pr.

Colludere catenis) *Colludere* (corr. *collidere*) *catenas*, Leid. pr. *Collidere catenas*, W. Voss. sec. et pr. a manu sec. quod non temere reiiciendum: est sit conterere inter se catenas, quasi tentandi causa, an rumpere detur vinculum. Burm.

Rixari) Iurgari, pugnare, ut paulo post *colluctatio* hoc sensu, et Flor. III, 10, *cum Oceano rixa*. Schvlt. Ita ille apud Petron. cap. 32, cum *parte, quae funerata erat, rixatur*, et *podagricos maledicere pedibus, chiragricos manibus, Lippos oculis* dicit, et *Vlixem cum corde litigare*. Et saepe in his declamationibus verbum *rixari* hoc sensu occurrit. Vide ad decl. 4, 8. Burm.

In plenum) Desunt W.

Repugnantis) *Repugnantes*, Leid. pr.

Praemittit) *Promittit*, W.

Fames) *Fame*, Leid. pr.

Poscit) *Deposcit*, W.

Assidentium) Propria in hac re vox; Ovid. Epist. 20: *Ille manus istas effingit et assidet aegrae.* Vide Heins. adver. 134, et supr. ad decl. 2, 10. Burm.

Appetieris) *Appetierit*, Leid. pr.

Vox sola) *Nox*, Leid. pr. quod responderet quidem *Luci*. Sed nihil mulo.

de gemitu. Quum ex duobus captivis languet alter, una est inaequalitas patris eligere sanum.

XVI. Retuli, iudices, usque adhuc in penatibus suis, iuxta parentes propinquosque, languentem. O carcer, o morbi, quem vos non facitis aegrum? et non ille carcer, quem severitas legum, quem potestatum iustitia commenta est. Non possunt humani metus, humanarum cogitationum ingenia satis abundeque concipere, quae vidi: iacet sub immensae rupis abrupto tristis, et ultra naturalem profundae caliginis noctem mersus piraticis artibus specus, quem tota circumfusi vastitas maris, et undique minantibus scopulis illisa tempestas terrore ruiturae molis everberat: horrent cuncta crucibus; squalent circumiecta naufragiis; nullus nisi in supplicia mortesque prospectus, et ad infelicium captivorum metum praemissus de simili exitu dolor. Spiritus solus intus vivit, quem vinctorum trahunt redduntque gemitus, quem tot contulere languentes. Hoc erat, ubi iacebat aeger illud tot annorum, ex quo coepit pirata grassari, idem cubile: corpus, quod gravaretur assidentium sedulas manus, iacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captivum; et quamvis tenuata de nexibus membra labantur, rursus in modum

Propinquoisque) *Propinquos*, W.

O carcer, o morbi) *O carcer, o sordes*! Obr. egregie; quis enim tam stultus, ut nesciat morbos aegrum facere? sed fateor carceris et sordes illa morbos facillime creant; sic cap. 19: *Impias carceris sordes* et saepius. BVRM.

Et non) *Est non*, W. Leid. pr. Lucas.

Humanarum cogitationum) An *inhumanarum*? ut supra cap. 15: *piraticae feritatis ingenium*.

Naufragiis) *Naufragis*, Leid. sec.

Nisi in supplicia) *Nisi supplicia*, Voss. pr. *nullus in supplicia nisi mortesque*, Voss. sec.

Praemissus) *Promissus*, W.

Vivit) Deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. pr. Lucae.

Vinctorum) *Victorum*, W.

Idem cubile) *Idemque cubile*, Voss. pr.

Sedulas manus) Coniiciebat Francius *teneras*, sed frustra.

Instringat) *Instruxerat*, Voss. pr. *Instrinxerat*, Voss. sec. Lucas.

stringentium teuent, quae nullo suspensa nixu, velut victo homine sederunt. Qualis erat ille sub ferro, cuius exsangues manus vix levia velamenta transferrent? quis inter complorationes gemitusque somnus, quem vix silentia sollicita praestarent? ad quae colloquia tristitia respiraret? undique pares similesque miseri, et veteribus captivis adiectus quotidie novus aliquis impatiens.

XVII. Compara, si videtur, huic aegro captivitatem tantum tuam: tu quereris quod cibos pirata non praestet; ille remittit oblatos: te nuda humus, nudum cubile frangit; ille ad singulos ardentis corporis motus in sua vincula versatur; et quocumque membra lassata dolore transtulerit, in supplicium redit renovata patientia. Breviter saevissimi languoris definienda mensura est: non potest ex illo sanari, nec quem redemerit pater. Insta nunc, si videtur, ac subinde, iuvenis, interroga, cur aegrum potius elegerim: reddi a me posse rationem cur hoc fecerim, putas? ego vero non possem, nec si te redemissem. Quid enim, si respondere iubeas orbitatem, cur in exsequias totos egerat census? quid sibi ve-

Nixu) *N'su*, Leid. sec. Voss. sec.

Sederant) Id est pondere suo in membris haeserunt, decl. 17: *Resederunt pondere catenae.* SCHVLT.

Colloquia tristitia) *Tristia*, Leid. pr. Lucas.

In sua vincula) *In sua supra vincula*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. pr. latet ulcus in consensu hoc codicum. Groovianus *in sua semper vincula*, qood probat Schult. nec repugno; nisi illod *supra* glossatoris est, explicantis in per *supra*; similia vero habet Ovid. am. I, 11, 4: *Lassaque versati corporis ossa dolent*; et Trist. IV, 3, 26: *Et veniunt aestus, et nox immensa videtur; Fessaque iactati corporis ossa dolent*; et alibi. BVRM.

Et quocumque) *Et quaecumque*, W.

Lassata) *Laxata*, Lucas.

Redit) *Reddit*, W. Voss. sec. Lucas. Pith.

Patientia) Deest W. mallet Cl. Schult. *renovanda patientia*; mox: *lassatos artus in sua tenere patientia.*

Definienda) *Diffinienda*, Leid. pr. Vidov. Lucas.

Nec quem) Pro *ne quidem ille*, *quem redemit*, post Vallam explicat Ascensius.

Egerat) Electum verbum, quod consumptum, ad nihilum redactum censum notare docuit Barth. ad Stat. Theb. I, 37, et IV, 818, ubi et ex penetralibus producere, ut hic ex arca, significare probat. Vide et

lit ille funebrium longus ordo pomparum? cur super flagrantes iaceant rogos? cur ardenti non divellantur amplexu? et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut dementiae furor est, quum feceris. Hoc est ergo, inquit, quod de te praecipue queror, moriturum mihi praetulisti: quaeso, iuvenis, ne nobis putes tantum inesse feritatis, ut illum potuerimus existimare moriturum: vis non sperem victurum filium, quem tunc primum adspicio, complector aegrum, quem pirata non recusat sibi relinqui? si persuasionem patris interroges, quidquid est quod miser torquetur, afficitur, non languorem credo, sed impatientiam, desiderium, dolorem. Hominis, qui apud piratas languet, unum remedium putes, ut redimatur: sed non est, quaeso, iuvenis, quod hoc patrocinium de tam calamitosa pietate concipiam, ut dicam, victurum putavi.

* XVIII. Exaggero quinimmo invidiam criminis mei: redemi, fateor, illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata vendebat brevia oscula, paucos dies: si me hercle uterque fuisset aeger, illum redemissem, qui prior languere coepisset: si duos pari-

Pric. ad Apul. Metam. pag. 200; ita mox, *animam egerere*, et cap. 21: *Sinus, in quos egeram exhaustarum reliquias lacrymarum*; et decl. 9, 10: *egerere conviviis foenus*. Contrarium est *aggerere*, de quo vid. ad Phaedr. IV, 19. Bvrm.

Longus ordo pomparum) Prop. II, 10, 19: *Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa*; et mox: *Desit odoriferis ordo mihi lancibus, adsint Plebeii parvae funeris exsequiae*. Bvr.

Cur ardenti) Quis ille *ardens amplexus*? deesse aliquid puto, *cur ardente rogo*, (vel *ardentibus*: scil. rogis quod praecessit, vel *ardentis* sc. cadaveris) *non divellantur amplexu*, is enim furor parentum, ut vix ignis eos a cadaveris filiorum amplexu divellat. Vid. Albin. Eleg. in Drus. 133. Bvrm.

Erroris aut dementiae) *Erroris ut dementia, furor est*, Voss. sec.

Existimare) *Extimare*, W. *Aestimare*, Leid. sec.

Complector) Francius volebat, *quem complector*.

Quod miser) Ascensius malebat *quo*: et ita Edit. Pith. Gryph. Colin. Vidov. pro *afficitur*, etiam Francius volebat *conficitur*.

Sed non est) *Sed quidnam quaeso*, W.

Non poterat) *Non poterant*, W.

ter naufragia raperent, illi porrigerem manum, quem iam membrorum contentione lassatum fluctus hauriret, si vulneribus confectos remisisset acies, properantius ei clauderem plagas, per quos animam largior sanguis egereret. Ignoscite, dii pariter atque homines; non possum de liberis, possum eligere de miseris: gratias quinimmo fortunae, gratias ago, quod adhuc aeger sentit, intelligit: alioqui cadaver acceperam, et pretia duorum pro funere tantum supremisque persolveram. Nescis quantum pudori, quantum adiiciat affectibus meis inter tam impares aequata conditio: aeger, qui tantundem est piratis, plus est patri. Velis tamen, nolis, infelix senectus, fatendum est quod merito, quod summa pietate factum est, quam difficile fecerimus. Quae tunc mihi cogitationes, quis temporis illius animus fuit, quum inter duos liberos incerta miser electione discurrerem? hunc diutius osculabar, illum putabam desperatione moriturum: lacrymas ad languentem gemitusque transtuleram; et tu mihi videbaris futurus aeger. Quoties catenas tuas soluturus invasi? sed mihi commendabat relictum, quod te praetulissem: quam frequenter iam laxata misero vincula rursus imposui, dum mihi tua potius sanitas placet? Dissimulare non possum conditionis illius secretas difficultates: redimi debebat aeger, ego te volebam.

XIX. Ponere vos, iudices, velut in illa necessitatis meae praesentia volo: ecce, infelix ad primum aspe-

Raperent) *Traherent*, W.
Animam) *Anima egeret*, Leid. pr.

Per quem) *Per quas*, Leid, pr. Voss. sec. Lucas, et rectius mea sententia: per plagas enim sanguis animam egerit et effundit; passim apud Poëtas similia occurrunt.

Fortunae, gratias) Francius coniiciebat *fortuna tibi gratias ago.*

Tamen nolis) *Tamen nobis*, W.

Difficile) *Difficillime*, Lucas.

Osculubar) *Osculabatur*; W.

Iam laxata) *Iam lassata*, W.

Aspectum) *Affectum aspectum*, Voss. pr.

clum patris conatus assurgere, illas pallentes sordibus manus paululum, tanquam amplexus daturus, erexit; nec usque in cervices meas spiritu iam deficiente perlatas, in suum miser iterum cubile deiecit. Totus ille circa nos carceris populus obticuit; et ne colloquiis nostris terribilis catenarum stridor obstreperet, lassatos artus in sua tenuere patientia. Ego serius, gravis hinc, si videtur, incipiam: luxuriose, meruisti: ignorat profecto paterni doloris aestus, quisquis solatium putat, ut de languente filio queratur, ut moribus mentique maledicat. Abite virtutes; ignosce probitas; carior est ex liberis ille, qui moritur. Mihi vero fateor hinc aliqua languente filio venisse solatia, quod vixit infelix quemadmodum voluit, quod fuit hilaris ac laeta brevis aetas.

Conatus) *Conatur*, Leid. pr.

Pallentes sordibus) An recte hoc dicatur dubito: ex sordibus enim non pallor, sed potius pullus et niger membrorum habitus oritur; quare puto *s* literam absorptam a praecedenti, et legendum *squalentes sordibus*. Quod confirmant illa, quae sequuntur cap. 19: *post impias carceris sordes, illum cum ferali veste squalorem exuit*; ubi *impuras* volebat Schult. et decl. 8, 8: *diutino squalore concreta facies*. Vbi vide. Petron. 105: *ne viderer de nave carcerem facere, iussi squalorem damnatis auferri*: confundi autem a librariis haec verba didici ex Ovid. Met. I, 374: et Claud. cons. Olyb. 212, ubi videndus Heinsius. Vt et ad Sil. XII, 373; et ita apud Lucan. V, 628: — *Latet obsitus aër Infernae pallore domus*. Codices plurimi *squalore*. Burm.

Amplexus daturus) *Daturus* deest W. Gryph.

Erexit) *Arrexit*, Leid. pr.

Serius) A *sero* deducunt, quasi sero nimis gravis et obiurgator filiorum esse incepisset; ego mallem pro adiectivo sumere, et legere: *Ego serius, ego gravis, hinc, si videtur, incipiam. Si videtur*, est formula concedentis; ut 7, 3: *si videtur, torquendus sum*. Burm.

Mentique maledicat) Quid sit menti maledicere non capio, sed excidisse vocem ob eandem sequentem puto, *quod moribus malaeque menti maledicat*. Hoc patri quidem convenit, filii luxuriam malae menti adscribere, sed illi nunc maledicere nihil solatii patri vehementer amanti adferre potest. Quid sit *mala mens* satis iam constare, etiam vix initiatis, puto. Burm.

Carior) Deest haec vox W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Nec necessariam esse credebat Cl. Schultingius.

Quod fuit hilaris) *Quod voluit h.* W.

Crede, iuvenis, et pro te iam maluissem, ut luxuriosus esses: cui tu tempori, cui dolori rigorem ultionis, frontem castigantis iniungis? Impatientissima res est perdere filium, cui videaris irasci: corruptum me precibus putatis, ambituque lacrymarum? hoc vicit aeger, quod non rogabat: assidebam misero, demittebat oculos, interroganti responsum de lacrymis tantum gemituque reddebat: agebat me deliberante iam victum, quum repente miseras manus velut recidentis amplexus posuit in sinu meo.

XX. Et quum lassa suspiria per ardentes anhelitus egestis saepe visceribus, quum diu collatis uterque singultibus miscuissemus lassas sine voce lacrymas, tandem spiritu vix in paucissima verba collecto, tibi quidem, inquit, gratias ago, pater, quod redempturus utrumque venisti: non adeo tamen sensus meos languor hebetavit, ut exitum conditionis huius ignorem: ego luxuriosus, ego perditus, nunc vero super infamiam nominis huius immorior. Vtinam hoc saltem mihi sero

Et pro te) Non placent haec. Ascensius explicat, etiam in hoc statu, sed tum legendum foret *et pro re*, ut Virgil. IV, 337: *pro re pauca loquar.* Sed ne hoc placet. Cl. Schult. explicat eo scil. tempore, quum te inter captivitatis mala viderem. Sed mallem, et *prope te iam maluissem ut luxuriosus esses.* Constructio autem est similis illi Terentianae, Adel. V, 4: — *Illum ut vivat optant.* Et infinitis aliis eius generis. BVRM.

Videaris irasci) Malim, cui *videaris iure irasci.* BVRM.

Ambituque lacrymarum) *Ambitu*, W. Vide ad decl. 1, pr.

Demittebat) *Dimittebat*, Leid. pr. Voss. sec. Gryph. male.

Miseras manus) *Miser has m.* W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Recidentis) *Recedentis*; W. quod probabat Francius. *In sinu suo* malebat Cl. Schullingius, et mox *lapsas lacrymas*; ut et Francius, vel *cassas*; *recidentis* est ampulantis. *Miscuissem* quoque Lucas.

Adeo tamen) *Tamen* deest W.

Immorior) Ita ut expiare infamiam non possim, tanto minus tibi placiturus. Similis locutio decl. 19: *plerosque videas fortiter super sua scelera morientes.* SCHVLT. *Emorior*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Colb. pr. Lucas. Francius malebat *insuper infamiae immorior.*

Sero fata praestarent) Malim *se-*

fata praestarent, ut residuum laborantis animae in tuo poneremus amplexu! sed si mora est longior properantibus exspectare pereuntem, ite superstites, ite felices; has tantum reliquias commendate piratis, ne mersus profundo, et proiectus in fluctus, exitum faciam hominis, ad quem non venerit pater: unde enim sperare possum, ut revertaris, ut facias? Tunc super abrupta verba tota defectione conticuit, strictisque vitalibus circa dolorem suum membra riguerunt. Exclamavi, fateor, quid agis infelix? cur desperatione collaberis? attolle paulisper oculos, confirma, dura, te frater elegit. Visa est post hanc vocem meam peracta conditio, continuo pirata detraxit catenas, vincula laxavit. Vultis elegisse me negem? vultis in lucem diemque productus, carceri suo reddatur aeger? ego vero non habui verba, quibus me deliberare, quibus nolle contenderem: vultis scire quid pater, quid pirata praestiterit? ego duos redemi, sed alterum accepi. Vt scias, inquit, aegrum redimi non debuisse, defunctus est. Crudelissime generis humani, qui nos putas pretium tuum perdidisse, audi quam multa nobis in morituro filio pirata reddide-

rio, nunc me quasi ludunt, dum te ad me perducunt aegrum, qui frustra liberor. SCHVLT. An non, *saltem misero fata praestarent?*

Laborantis animae) *L. animo*, W.

Sed si mora) *Et si m.* Voss. sec.

Expectare pereuntum) *Exspectate* Ascensius legisse videtur, et explicat, exspectate donec peream; ego mallem, *sed si mora est longior, ne exspectate pereuntem, ite* etc. BVRM.

Et proiectus) *Et* deest Leid. pr. Voss. pr. sec. Colb. pr. Lucae.

Vt facias) Abrupta oratio, ut mox fatetur, scilicet ut *facias iusta*, vel *exequias*: metuebat enim, ne insepultus abiiceretur in mare. SCHVLT.

Tunc super abrupta) *Nunc* W. *Arrupta*, Voss. pr.

Defectione) *Deficiente*, W.

Strictisque vitalibus) Iul. Firmic.: *hoc quod bibisse te praedicas, vitalem venam stringit in mortem.* SCHVLT. *Strictisque circa vitalibus dolorem* etc. Voss. sec.

Te frater elegit) *Te super elegit*, W. Francius volebat, *te Pater elegit.*

Peracta conditio) Id est otio. SCHVLT.

Quibus nolle contenderem) *Quibus nollem con.* Leid. pr.

rit: frater ille tuus inter vincula catenasque deficiens, respiravit aliquid in toro, tandemque liberas vinculis manus per totius lectuli spatia iactavit, post impias carceris sordes illum cum ferali veste squalorem exuit, paulisper aeger vidit propinquos, alloquutus est amicos, mandavit, exegit; et quamvis suprema sorte collabens, prius tamen luce caeli libera satiatus est.

XXI. Contulit mihi grande, velit nolit, fortuna in orbitate solatium; filium, qui relictus mea fuit moriturus invidia, non occidi, sed perdidi. Quid ais, iuvenis? ita si moriturum filium redimere non debui, non sufficit haec tibi de me poena, quod ille decessit? irasci patri tantum fortasse fas esset, si viveret frater, tunc alimenta quaerenti respondere posses; Posce praelatum. Quantum intelligo, qui de mendicitate patris vindicaris, aegri es redempti iuvenis inimicus? nescis quid sit invidiam facere patri: melior erat tua causa, si mei misereris. At quanto, dii deaeque, alius fuit ille infelicissimi iuvenis affectus! nuntio enim, et audiente et tota civitate teste proclamo: tibi gratias agebat ille, dum moreretur. Credo me hercle hoc miserum dolore con-

In toro) *In toto*, Gryph. Vidov.

Liberas vinculis) *Liberos vinculis manus, qui per*, Leid. pr.

Post impias) Forte, *post impuras*. SCHVLT.

Exegit) Scil. ut et exsequerentur, quae mandaverat. Vt paulo post: *supremae pietatis exigimus officium*. SCHVLT.

Suprema sorte) Propter postremum captivitatis statum, ubi collegerat hunc morbum; vel lege *supremum morte*. SCHVLT.

Collabens) *Collaberis*, W.

Mea invidia) Dubitat Ascensius, an *mei* scribendum.

Tunc alimenta) *Nunc al.*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Posses) *Possis*, Edit. Pith. Cl. Schultingius malebat, *nunc* et *potes*.

Misereris) *Misereris*, Voss. sec. Leid. pr. Edit. Leid. *misereris*, Obr.

Quanto alius) Hoc exemplo, ut notat Ascensius, utitur Valla lib. I, Eleg. 16; ut probet *tanto* et *quanto* ante *alius*, non *quantum* esse dicendum; sic declam. 2: *quanto aliter probaretur parricidium? At quanto*; vide decl. II, 22.

Et audiente) *Et te audiente* Francius volebat. — *Credo*) *Crede*, Voss. pr.

sumptum, quod sibi videbatur pretium suum mihi perdidisse. Non aliter igitur, quam si te praesente deficeret, per illud, inquit, frater optime, natalium nostrorum sacrum venerandumque consortium, per socias peregrinationes, per adversa communia, per hoc, quod et tu languere potuisti, si te vel tua quandoque virtus, vel satietas secura praedonum piratico carcere emiserit, commendo tibi senem, quem facimus uterque mendicum: testor immortalia numina, et infernarum sedium deos, pascerem patrem, si te redemisset. Ego tamen, inquit, mihi debeo, quod reversus sum. Non quidem quiddam velim, iuvenis, de virtutum tuarum admiratione detractum; audias tamen necesse est in hac pietate verum, evasisse te putas, ingrate? dimissus es: mea pietas istud, mea fecit electio: unde enim evenit quidquid ante captivitas tua praestare non potuit? iacta quantum voles effractum carcerem, ruptas catenas: vis scire quid negligentes fecerit securosque piratas? acceperant pretium duorum.

XXII. Intelligit, iudices, et ipse iuvenis, non esse se calamitatum nostrarum iustitiae parem, et sic agit, tanquam alere non debeat: itaque transfert in hoc de-

Mihi perdidisse) Molestum istud pronomen, quum *sibi* iam praecesserit; credo *me* scripsisse, ut supra: *qui nos putas pretium tuum perdidisse*, vel *mihi periisse*. Quia impenderam in aegrum, iam morientem. BVRM.

Satietas secura) An ex epulis? an ex multitudine praedae? an legendum *felicitas*. Vt intelligat felices praedones, si multum referant praedae, eoque securos, ut mox *negligentes* et *securos* vocat. An legendum *saevitas secura*, ut sequenti decl. ex emendatione *cruenta saevitas*. SCHVLT. Ascensius explicat, quia satis pretii pro duobus acceperint, et ideo te minus accurate custodient; non male, et hoc sequentibus convenit melius.

Quem facimus) *Quem facinus*, W.

Non quidem) *Non quidam*, W.

Virtutum tuarum) *De virtute* t. omnes, quos vidi, editi et scripti, praeter Leid. et Obr. vide Gebh. ad Nepot. Chabr. III. BVRM.

In hac pietate) *In hac parte*, Obr.

Evasisse) *Evaluisse*, Voss. pr.

Pietas istud) *Istud* deest W.

Et sic agit) *Cum sic agit*, Obr. *nec sic*, vel *etsi sit*. SCHVLT.

fensionem, ut posse se neget. Quid dicitis, iudices? feretis hoc dicentem iuvenem corpore atque aetate robustum. Non habes opes, sed membra, sed vires? nam neque ego laborem, nec difficiles posco conatus, contentus sum, iuvenis, ut velis. Cibos me poscere putas? humeros posco, quibus incumbam, manus, quas eliso pectori apponam, sinus, in quos egeram exhaustarum reliquias lacrymarum; ut sepelias, ut haec cum miseri illius membris ossa componas: non alimenta quaero, sed filium. Quid? quod nec grave longumque supremae pietatis exigimus officium? non diu viverem, etiam si me duo pasceretis. Securus sis, brevi te gemitus mei liberabunt assiduis planctibus everberata vitalia. Quid me remittis ad turbam? quid facis rursus omnibus gravem? consumpsi fletus, clementiam civitatis exhausi: non alit populus hominem, quem pascere filius debet. Quid sibi vult haec aliena calamitatibus nostris, aliena virtutibus tuis, iuvenis, asperitas? abstulisti mihi malorum quoque meorum verecundiam. Quidquid faciebam, mendicitas est, ex quo reversus es: durat in suscepto rigore iuvenis, et ad misericordiam non memoria fratris, non patris contemplatione deflectitur.

XXIII. Exclamaret alius hoc loco; ex tua fide dignus quidem eras, impotentissime generis humani, quem in tormenta mea doloremque redeuntem, vincula rursus ac

Nec difficiles) *Non d.* Leid. pr.

Cibos me) *Cibos ne*, Lucas.

Humeros posco) *Posco* deest omnibus scriptis, et Lucae.

Nec grave) *Ne grave*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Locas.

Assiduis) Malim *et assiduis*. SCHVLT.

Clementiam civitatis) *Cl. pietatis*, W.

Reversus es) *Reversus est*, Voss. pr.

Nan patris) *Patris* deest Leid. sec.

Dignus quidem) *Dignus quid*, W.

Impotentissime) Francius malebat *impudentissime*. Vt et supra Meursius correxerat *impudentissime iuvenis*, pro *impotentissime*; et aliquoties in his declamationibus permutatae hae voces.

Quem in) *Quae in*, Lucas.

Tormenta mea) *Mea* deest W.

poena carceris exciperet. Et insultes huic confessioni licet, alligare non possum: quid mihi miseras ultiones, quid triste monstratis auxilium? faceret hoc pater qui redimere noluisset. Age nunc, vivacissima senectus, redeamus ad preces; quod solum vis paternae pietatis agnoscit, hic quoque rogemus. Per ego te, iuvenis, illos meos, de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi notosque humanorum accidentium casus, per infelicis illius manes, cui nec hoc saltem contigit, ut te reverso, te praesente moreretur; pasce nunc, quod te redimere volui; pasce, quod fratrem tuum redemi: non ego lassitudinem tuam posço, nunquam otium meum: nec ut ipse securus quietusque transigam diem, tuas operibus manus, tuum laboribus assigno sudorem: iungamus mutuae pietatis officia, par flebile, par omnibus aetatibus nominibusque reverendum: est nobis negotium cum civitate mitissima. Quanto libentius dabunt,

Exciperet) *Acciperet*, W. Francius malebat *exciperent*.

Et insultes) *At ins.* Obr.

Allegare non possum) Legerem, *alligare*; id est, facere, quod mihi licebit ex lege, si vinco. Lex enim, *aut alant, aut vinciantur.* Credibile est autem impium iovenem, si sciat hos patris tam mites sensus, ferôciorem futurum, magisque seni insultaturum, GRONOV. Legit Cl. Scholt.: *Allegare tamen possum. Quid* etc. allegare possum negantibus stipem, quod apud filiom non solatium reperiam, sed miseras ultiones etc. qui tamen et Gronovii coñiecturam non improbat, quae Voss. sec. et Edit. Lucae confirmatur, eamque recepit Obrechtus.

Age nunc) Hic in Voss. sec. erat (*Epiloga per quaestionem*) *Age nunc.*

Ad preces) *Ad patres*, Leid. pr.

Agnoscit) *Agnoscat*, W. Forte, *quod solum ius paterna pietas agnoscit.* SCHVLT.

Infelicis) *Infelices*, W.

Vt te reverso) *Vt et reverso*, Leid. pr. Voss. sec.

Nunquam otium) *Tanquam otium*, Obr. *Neque otium*; Leid. pr. *posco. Nunquam otium* etc. Gryph. Colin. Vidov. Cl. Schult. malebat: *non quaeram otium meum*; et mox, *assignabo*; Francius: *nunquam ego l. t. p. nunquam otium*, vel utrobique *non*.

Tuas operibus) *Tuis operibus manus, tuis laboribus.* Ascensius malebat, ut se pater sociaturom operam filio polliceatur.

Nominibusque) Francius volebat *hominibusque*.

Reverendum) *Revertendum* pro varia lectione, Leid. pr.

Quanto libentius) *Quero*, W.

quum viderint pariter, unaque miseros mutua sustentatione connexos? Et ego quidem rogabo, qui soleo, sed in tuos sinus populus congerat stipes: quidquid preces, quidquid impetraverint lacrymae meae, accipe, tuere, dispensa: pro tua fama, pro tua sum pietate sollicitus. Ego mendicabo, tu pasces.

Sustentatione) *Substantatione*, Vos. pr.

Connexos) *Conectos*, Voss. sec. Francius coniiciebat *connixos*.

Et ego quidem) *Et* deest W.

Pro tua fama) Omisit Obrechtus, repperi tamen in omnibus.

Mendicabo) *Vendicabo*, W.

Tu pasces) *Tu pascis*, Voss. pr. *Tu pasces velis*, W.

DECLAMATIO VI.

CORPORIS PROIECTI

IPSA EST ANVS CAECAE.

ARGVMENTVM.

Qui in calamitate parentes deseruerit, insepultus abiiciatur. Qui habebat uxorem et filium, captus a piratis scripsit domum de redemptione. Vxor flendo oculos amisit; filius retinente matre profectus vicariis manibus redemit patrem: idem in vinculis decessit. Abiectus in mare, et appulsus ad litus patrium, est eiectus: vult illum sepelire pater; mater prohibet.

PRO PATRE CONTRA MATREM.

CAP. I. Etiamsi, iudices, in hac asperrima conditione fragilitatis humanae, in qua nemo prope mortalium im-

Corporis) Haec inscriptio deerat W. et declamatio haec aliis sexta, illi codici erat 17.

Ipsa est) *Sive ipsa est*, Leid. sec.

Anus caecae) *Manus caecae*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. *Anus caeca*, Obr.

Ipsa est anus caecae) His verbis significari videtur hanc etiam inscriptionem huic declamationi esse: *Anus caeca*, ut *caecus in limine*, *Paris palmatus* etc. Nisi legatur *matris caecae*, vel *Maritus caecae*, quod praestat, quum anus non dixerit, sed maritus. Nisi quod *Anus caecae* et possit defendi, quod apud alios Rhetores mater dicit, ubi inscribitur, *mater caeca filium retinens*, ut Senec. contr. 19, ubi ipsa primo loco dicit. SCHVLT.

In calamitate) *In* deest W.

Qui habebat) *quidam habebat*, Colb. sec. Lucas.

Deseruerit) *Deseruit*, W.

Retinente) *Renitente*, Leid. pr.

Profectus) Deest Leid. pr.

Patrium est eiectus) *Ad litus patrium proiectus*, *eiectus*, Leid. pr. *ad litus patriae est ei*. Voss. sec.

Etiamsi) *Etsi*, W. Leid. pr. Gryph. Colin. Vidov.

pune vivit, haec omnibus natura est, ut sua cuique calamitas praecipue misera atque intoleranda videatur; inter omnes tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantum ceteras supergressam, ut prorsus haec sit, quae fleri debeat usque ad caecitatem. Quid enim passus sum tam leve, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat? grave est a piratis alligari; magis dicat hoc qui sciat, quam cito capti moriantur: alligatus sum; sed tamen miser magis queror, quod solutus sum. Indigna est impietas in suos, quae quanta versetur in hoc iudicio, videtis: sed mihi hoc quoque querendum est, quod me et uxor nimium dilexit, et filius. Quid ego putarem in rerum natura posse reperiri quod orbitate acerbius videretur? non contingit mihi, quod ceteris miserrimum est, filium efferre. Parum est, quod iuveni singularis exempli causa mortis fui, et tam pretiosa redemptus anima, senex, odiosus morte filii mei, vivo. Parum est, quod mihi luctum meum fluctus nuntiarunt; et aliud agenti patri subito ad litus orbitas appulsa est, quod miserrimum iuvenem toto iactatum mari, etiam si nemo interpellasset, sero sepelirem: adhuc supremo prohibeor officio, et ne quid

Haec omnibus) Declam. 5, cap. 15: *Est quidem iudices humanae infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus gravissimum putet quisque quod patitur.*

Sed tamen miser magis) Hic sequebantur illa: *dicat hoc qui sciat quam cito*, W.

Hoc quoque querendum) *Quoque* deest Gryph.

Et uxor) *Et* deest Leid. sec. Voss. sec.

Quid ego) Ex Ascensii notis legi el *quid ergo* apparet, el ita Colb. ter.

In rerum natura) *Interim natura*, W.

Non contingit) *Non contigit*, Luc.

Senex, odiosus) *Senex ominosus*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Vid. ad decl. 1, 13. Sed odiosus est, omnibus invisus, quod filio superstes sim. Vid. ad lib. VI Inst., prooem.

Luctum meum) *Lucrum meum*, W.

Miserrimum) *Miserum*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas.

Etiam si) *Et si*, W.

Sero sepelirem) *Seni sepelirem*, W.

solatii contingat, perdo etiam maris misericordiam: iniicit erranti corpori manum mulier, et piratis et tempestate crudelior; atque ut accedat dolori meo cumulus, quae hoc facit, uxor mea est.

II. Ne quis tamen erret ignotus, non est filii mei noverca, sed mater. O facinus, o cladibus nostris mutata natura! mater ignem ultimum filio negat, et mulier, quae maritum quoque suum debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? filium non flet funditus eversa, fulmen hoc gladiumque non sentit: comparet dolorem; quanto minore causa excaecata est? Huius, iudices, poenae ab ipsa morte repetite crimen. Ego sum, ego et

Maris) *Matris misericordiam*, Voss. pr. *Maris*, W. Leid. pr. Voss. sec. Quod probat Schultingius: nam matris demum in sequentibus fit mentio; et ita legendum esse docet similis locutio Petronii, loco corrupto, cap. 114. Si *nihil aliud, certe diutius iunctos nos mare feret, vel si voluerit misericors ad idem litus expellere* etc., ita cum viris doctis legendum. *Misericors mare* est, quod non mergit naufragos, et ita sepultura privat, sed ad litus eiicit. Et ita mox cap. 3: *ipso mari saevius latrocinium.* Burm.

Erranti) *Errantem*, W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas. quod de matre caeca accipit Cl. Schult.

Erret ignotus) *Erret ignarus*, W. Quod ex interpretatione ortum est, quia *ignotus* etiam pro ignorante ponitur. Vid. Manut. ad Cicer. ad fam. V, 12; et ad Phaedr. I, fab. II; et ad Petron. 112; et passim has voces commutasse librarios apud Ovidium deprehendi; vide Ovid. Art. II, 370; Met. I, 134, ibique Heins. et alibi. Burm.

Filii mei) *Silentii mei*, Ed. Pith. vitiosissime.

Filio negat) *Filium negat*, W.

Quae maritum quoque suum debilitata desiderat) Scribe, *debilitate*, hoc est, eo usque, ut desiderio nimio debilis fiat, veluti quae flendo oculos amisit. Gron. Et ita Schultingius, qui et *desideravit* mallet. *Debilitas* vero dicitur amissio oculorum, ut saepius in prima et aliis declamationibus; *Debilitate*, Voss. sec.

Gladiumque) Ita editi et scripti, et illustrari simili locutione apud D. Lucam II, 35; et Hesiodi Theog. 99: ἀκαχημένον idem esse, putabat Cl. Schultingius. Obrechtus vero *cladem-que* reposuit, quae vox modo praecessit; et mutata distinctione legit, *filium non flet; funditus eversa fulmen* etc.

Quanto minore) *Q. minorem*, W.

Ab ipsa morte) Legendum forte *ab ipsa noxa*, ut respiciat captivitatem et servitutem suam, ut *noxa* eo sensu apud Ictos sumitur; vel *ne ab ipsa morte repetite*, id est ipso mortuo, cui parci debet. Vel, ut Gronovius, *ab ipsa morte repetit.* Quamvis mortuum

alligavi filium meum, et infamavi: et ne non accedat gravissimi doloris comes poenitentia, in illum mortiferum carcerem mersi. Quo fato parentes miser sortitus est, ut illi vitam pater, sepulturam mater auferret? nam ut pietatem filii mei semel indicem, patrem redemit. Si quod ego redierim, uxor irascitur, reddat rationem, cur acceptis literis meis fleverit. Atqui miserrimus iuvenis quomodo magis temperare potuit officia? lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat; uterque parens erat calamitate devinctus, unus autem succurrere utrique non poterat; invenit tamen ingeniosa pietas, et utrique subvenit dispendio sui: ipse venit ad patrem, me remisit ad matrem.

III. Hoc si defendendum est, agnosco partes meas, causam planctibus agam: flere enim certe per legem licet: alioqui diu laudare non expedit. Diligenter defen-

iam filium criminatur, ut sit cur puniri ita possit; vel *repetitis*. SCHVLT. *Huius*, *indices*, *pene*, Leid. pr. qood nescio an rectios; *huius*, (δειχτιχῶς, id est meum) crimen repetite pene ab ipsa morte; vel crimen repetite pene ab huius (filii) morte; nam *crimen poenae* quid significet vix capio. Sed a filio, qui ut desertor matris infamabatur, in se transfert crimen, quia iuveni singularis exempli causa mortis fuerat, et ideo repeti et arcessi crimen vult a morte sui filii usqoe. BVRM. — *Ego sum*, *ego et*) *Ego et alligavi*, Voss. sec. *Ego sum*, *ego qui et*, W. Legerem: *ego sum qui et alligavi. f. m. et infamavi*, ut Virgil. Aen. IX, 427: *Adsum qui feci*. BVRM.

Comes) Deest Leid. sec.

Semel indicem) Vid. Cl. Schult. ad Senec. contr, XIV, p. 196. Ita supr. decl. 5, 9: *lucis beneficium semel praestitisti. Perpetua semelque capta sede*, decl. 4. Vide Bentl. ad Horat. Sat. II, 8, 24; Torren. ad Ep. V, 39, Freins. ad Curt. IX, 11, 16, et alios. BVRM.

Literis meis fleverit) Forte *sic fleverit*. SCHVLTING.

Lex parentibus) Hic turbatum videtur in quibusdam codicibus; nam Edit. Pith. ita exhibet: omissis pluribus, *lex parens erat calamitate* etc. contra in W. omittuntur illa, *calamitate devinctus*, *unus a. s. u. n. poterat*.

Flere licet) Ovidius Epist. VIII, 61: *Flere licet certe, flendo diffundimus iram*. *Ferre enim* habet hic Gryph. vitiose. BVRM.

Diu laudare) Ascensius capit pro adducere testimonia, aut verba legis, vel viri alicuius authentici sententias, ne tempus absumat.

dere contrarium est actioni nostrae: ut impetremus funus, moramur: dum nos litigamus, dum circa cadaver nostrum orbi rixamur, dum agitur causa defuncti, dum sepulcro lege praescribitur, dum dantur legitima dicentibus tempora, putrescit interim corpus, nec totum in sicco iacet: cadaver ab incursu avium ferarumque tantum miserantium corona custodit: convenerunt etiam alieni parentes; totus in spectaculum populus effusus est, et ignoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exsequias. Deflent omnes homines, dolent: plurimorum tamen illa vox est; iuvenis insepultus iacet: miser nec patrem habet fortasse, nec matrem; iam hominis figuram vetustas paene consumpsit: iam lenta tabes in terram defluxit: iam soluta cute ossa nudantur. Quamlibet duraveris animo, non ferres tamen

Vt impetremus) Mallem, *si*, *ut impetremus funus*, *moramur*. *Moriamur* est in Leid. sec. Lucas distinguit, *ut impetremus*, *funus moramur*.

Lege praescribitur) Capit Cl. Schultingius, ut apud Ictos, adversus sepulcrum exceptione utitur mater; ut leg. 3, §. 1, ff. de Praevaric.; in Gronovii vero MSS. esse notat: *de sepulchro praescribitur*; sed in Voss. sec.: *sepulchro perscribitur*.

Convenerunt) *Conventus*, W.

Alieni parentes) Coniiciebat *plorantes* Ascensius; sed nihil opus. Sic *alienum mortuum plorare* Petron. 54, ubi vide. BVRM.

Et ignoto) *A ignoto*, W.

Publica humanitas) Est, quam *translatitiam* vocat Petron. cap. 114, ubi vide adnotata. Sic *publicum et translatitium ius*, Sueton. Aug. cap. 10. BVRM.

Fecit exsequias) *Facit exsequias*, W. *Attulit ex.* Voss. sec.

Illa vox) *Illa* deest Leid. sec.

Lenta tabes) Malim *lenta tabe in terram defluxit*, ut et coniecerat Cl. Almelov. Sic declam. 15, 4: *fluens tabe corpus*; et apud Ovid. Met. XV, 156: *Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas Abstulerit* —; et Lucan. VII, 809: — *Tabesne cadavera solvat An rogus, haud refert* —; sic, licet in alia re, Ovid. Met. II, 807: — *Lentaque miserrima tabe Liquitur* —; et IX, 174: — *Caecaque medullis Tabe liquefactis* —; et ita cognatum quoque vocabulum *tabum* construitur Virg. Georg. III, 557: — *Turpi dilapsa cadavera tabo*: et ita passim. Posset legi etiam: *iam lenta tabes in terram deduxit*, sed malo prius. BVRM.

Quamlibet) *Quantumlibet*, Leid. pr.

Duraveris animo) An *animum*? quod usitatius. Horat. Sat. I, 4: — *Simul ac duravit aetas Membra animumque tuum* —; Senec. Ep. 57: *Sed iam me sic ad omnia ista duravi*; Leg. 18, §. 1, ff. de Quaest.: *Si in tor-*

ista, si videres; sed audire certe potes. Ille est filius noster, cuius spes ipsas amavimus; quem apud omnia templa et surdos votis deos superstitem precati sumus; a quo sepeliri optavimus: ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuvenis, etiam ante hoc crimen piissimus: ille, dum par fortuna parentum fuit, propensus in amore tui. Mentior, nisi quum peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre. Me per omnia maria volitantem, ut plus filio relinquerem, circumvenit saevius ipso mari latrocinium.

IV. Describam nunc ego pendentem fluctibus carcerem, et catenas macie mea laxatas, et detritam lateribus meis consciam malorum carinam, et obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentam caecitatem? Ista vero, si quid pudoris habeo, tacenda sunt: alioqui quis mihi ignoscet, quod vicarium accepi? etiam scripsisse poenitet. O literae fletibus tremulae! o parum alligatae manus! o delenda uxoris oculis epistola! cur indicavi, cur scripsi, quod uxor ac filius ultimum legerent? ut incertum sit, utrum me carius redimant, an lugeant. Cognita clade, rarissimi uxor exempli, et prorsus talis

mentis animum corpusque duraverit. Et ita alii passim; de alia significatione verbi *durare* egimus ad lib. IX Inst., 2. BVRM.

Spes) Vide ad Petron. c. 4, et 140.

Surdos votis) *Surdis votis*, Leid. sec.

Superstitem) Vide ad lib. VI Inst., praefat.

Iuvenis, etiam) *Iuvenis et*, Victor.

Par fortuna) Forte *fortunae*, a qua nunc victus periit. SCHVLT.

Propensus) *Propensius*, Leid. pr.

Mentior) De hac locutione agemus ad Ovid. Met. II, 514.

Nisi quum) *Quum* deest W.

Diduceret) *Deduceret*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. solemni errore.

Par omnia) *Per opera maria*, W.

Nunc ego) *Nunc etiam lego*, Lucas.

Et catenas macia mea laxatas) Haec desunt W.

Consciam) Deest Leid. pr.

Caecitatem) Quid si *saevitatem*, ut ante, vel *cavitatem*? SCHVLT.

Habeo) *Habuit*, Leid. pr.

Alligatae manus) *Manus* deest W.

O delenda) *O dolenda*, Voss. sec. Leid. pr.

filii mater, totos efflevit oculos, fontemque illum perennium lacrymarum tantum caecitas clusit. Si non tenuisset, filium vicerat: continuus inde planctus, incredibilis moestitia, assidua lamentatio fuit. Iuvenem nescio in me magis, an in te futurum impium, si non redemisset, quem tu sic desiderabas: ergo profectionem apparat, ut quoniam reddere matri non poterat oculos, redderet virum oculis cariorem. Sed videlicet est quaedam ultima calamitatum rabies, et novissime in furorem vota ipsa vertuntur: retinuit iuvenem, et epistolis meis legem opposuit. O vanae figurationes, et pectora hominum alto errore confusa! nemo illam non putabat timere de filio: itaque iuvenis, quod ad solatium pertinere credidit, commendavit amicis custodiam matris, substituit vici curae suae propinquos: neque enim aliter

Efflevit oculos) Non habet W. Verbum *efflere* non habet Faber in Thesauro, et omiserunt etiam alii Lexicographi, unde de eius auctoritate dubitari iure potest; sed huic loco aptissimum videtur. Vossius etiam Catullo Epith. Thet. vs. 264, reddere voluit: *Multis raucisonos efflebant cornua bombos.* Vbi *efflabant* legebatur, et Quintilianum uti hoc vocabulo notat; forte hunc locum innuens. BVRM.

Fontemque) *Fontem*, W.

Clusit) *Clausit*, W. Leid. pr.

Si non tenuisset) Prohibuisset proficisci ad redimendum patrem, paulo post *retinuit iuvenem.* Forte haec periodus transposita est, et locanda ante *iuvenem nescio.* Sed quid, si hic legas, *iuvenis nescio in me magis q. i. t. futurus impius.* SCHVLT.

Continuus inde) *Continuos*, Leid. sec. Voss. sec. *Continuus iudices*, Leid. pr.

Vt quoniam) *Vt qm̄.* Voss. sec.

Figurationes) Sequius aevum sapit haec vox, qua et deinde iterum in hac declamatione, et alibi saepe utitur, sic et *figurare* pro sibi fingere posuisse docet Stephan. ad Saxon. Grammat. lib. III, cap. 98. BVRM.

Timuit de filio) Ascensius malebat *timuit filio.*

Substituit) *Sustituit*, Leid. pr.

Vici curae suae) *Vice c. s.* Vidov. Colin. *Via curae suae*, Voss. sec. *Vicis*, W. *Huic curae suae*, Obr. Ego huic loco accidisse puto quod aliis, ut duae voces idem significantes in textum irrepserint, quum olim una esset auctoris, altera correctoris vel glossatoris, qua priorem exponebat; itaque legendum hic alterutrum, vel *substituit curae suae*, vel *vici suae.* Idem Livio saepe accidisse notat summus Gronov. ad lib. I, 53, et III, 62. BVRM.

usque ad reditum meum caeca vixisset. Quidquid humana ratio valet, contulit: si potuisset redimere oculos matris, qua pietate fuit, vicarios suos dedisset. Ipse profectus est solo comitatus animo, nec se putavit ire sine pretio, quamvis ad piratas ferret inanes manus.

V. Dicat aliquis, adeo domi nihil reliqueras? adeo longa aetate sic vixeras, ut ne pretium quidem tui paraveris? si hoc ita esset, testor deos, de redemptione literas non misissem. Fuit unde redimi possem, iudices, fuit; sed illud totum filius matri reliquit. Navigat ergo per horridos fluctus, et gementia litora, et spumantes scopulos, et quacumque miser relatus est inauspicatum metiens iter, prorsus ominose retentus, perversis etiam votis, qui optaret alligari a piratis, quos vitare quoque miserum est: quaerit haec omnia impius ille filius propter parentes, quod non praestitisset frater fratri, non uxor viro, quid differimus ultra? non pater filio. Dii immortales, caeli, maris, inferorum praesides, uni mi-

Potuisset redimere) *Potuisset et redimere*, Leid. pr.

Vt ne) *Vt nec*, W. Voss. pr. mox malim, *nisi hoc* etc.

Navigat) *Navigavit*, W.; nimirum solebant scribere *navigāt*, pro *navigavit*; vide ad Instit. lib. IX, 3. BVRM.

Relatus est) Malim *delatus est*. SCHVLT. Dubito, nam *referri* in navigatione dicuntur, qui vento contrario in ea loca, unde cursum in alia dirigunt, inviti relabuntur. Ovid. XIV Met., 77: *Libycas vento referuntur ad oras*. Vel quum navis flectitur; Val. Flacc. III, 41: — — *Solataque puppis Turbine flectit iter, portuque refertur amico*. Et lib. VIII, 144: *Siste fugam, medio refer huc ex aequore puppim*. Caes. V Bell. Gall., 5: *Naves, tempestate reiectas, cursum tenere non potuisse, atque eodem, unde profectae erant, relatas*. BVRM.

Inauspicatum) *Non auspicatum mentiens*, Leid. pr. Lucas.

Ominose retentus) Mali enim ominis habebatur, retinere, morari et revocare aliquem ab itinere. Ovid. II Met., 596: — *Tibi, ait, revocamina, corvus, Sint precor illa malo, nos vanum sperimus omen*. Vid. Heins. ad Ov. XIII Epist., 135. BVRM.

Quos vitare) *Quos mirarem quoque*, W.

Non pater) *Non patri*, W.

Caeli) *Non caeli*, Lucas.

Inferorum) Hos invocat propter tenebras carceris densissimas, ut ita rex tenebrarum Pluto. SCHVLT. Nam aliter in similibus, *caelum*, *terram* et *maria*, eorumque deos invocabant;

hi adhuc omnes male experti, vos tamen solos habeö testes, quam invitus redemptus sim! Miserum me! periit qui sciebat: nam ut primum pervenit iuvenis ad piratas, afferens redemptionis meae se pretium, e ferali navicula avidus exsiluit, vicarias oblaturus manus; stravit se ad genua singulorum; et ut cupiditas fecerat blandum, obsecravit omnibus precibus, miserabili planctu, et lacrymis paene maternis: nemo unquam sic, ut solveretur, rogavit; nec sane difficile fuit impetrare a piratis captivitatem; maior illi pugna mecum fuit.

VI. Non dignum illud spectaculum latronibus erat, quum pater filiusque de vinculis contenderent, et sibi quisque carcerem vindicaret: ego iam usu defendebam meum, et in his annis iam maturam mortem afferebam. At ille contra; ego te in calamitate deseram? ego alligatum relinquam? et quomodo ad matrem redibo, quae misera desiderio tui dies noctesque fletibus iungit? quae vivere sine te non potest? Non dicebat tamen omnia: et quum assiduos planctus et irrequietas diceret lacrymas, adiiciebat; iam paene caeca est; fortasse si redieris, videbit: in summa non recedo: fas est mihi

Terent. Adel. V, 111: *O caelum, o terra, o maria.* Ovid. II Trist., 53: *Per mare, per terras, per tertia numina iuro*; et ita passim. BVRM.

Quam invitus) *Quod in.* Gryph. Colin.

Redemptus sim) *Red. sum*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Periit) *Perit*, Voss. sec.

Afferens) *Offerens*, Leid. pr.

E ferali) *Et ferali*, Leid. pr. *Efferali*, Voss. sec.

Avidus) *Avide*, Leid. pr.

Exsiluit) *Exsilivit*, Leid. sec. *Exsiluit*, Voss. sec. *Exsiliis*, Voss. prim.

Quisque carcerem) *Quisque* de duobus hic dictum, ut et ad lib. III Inst., cap. 6, notavimus.

Et in his annis) Lege, *et mihi his annis*; ut Terent. Andr. II, 3: *uxorem his moribus dabit nemo.* SCHVLT.

Ego te) Ascens. malebat *egon'*.

Fletibus iungit) Ita declam. 4, 10, *iungantur aetates*, ubi vide.

Irrequietas) Ita dictum credebat Cl. Schult. ut apud Virgil.: *Requierunt flumina cursus.* Francius vero malebat *irrequietas ederet lacrymas.* Nihil muto.

Fortasse si) *Et si fortasse*, Leid. prim.

etiam invitis parentibus pie facere: non recedo; si perseveras, demus piratis lucrum: aut vicarius ero, aut comes. Quantum inter haec flevit? quamdiu cecidit oculos suos? si perseverassem, duos excaecaveram. Obstupuerunt pietate tanta etiam latrones, et per immobiles ante vultus fletus cucurrit: non tenuissent fortasse iuvenem, nisi redempturos parentes talem filium credidissent. Ipse in se transtulit ferreos nexus, et hilarior alligatus est filius, quam solutus est pater: supremum tamen, et nefas! in aeternum, me iam catenatis manibus amplexus, postquam mei cura discesserat, matrem, inquit, tibi per haec merita commendo: tu illam tuere, defende, ama, ne relinque; sic paria faciemus: illic tu eris vicarius meus, si haec feceris: non irascetur mihi fortasse mater, quod ab illa recessi.

Si perseveras) *Sic perseveras damus piratas lucrum*, Leid. pr. mallet Cl. Schult. *addemus piratis lucrum*; pro uno duos habebunt captivos; ita Plaut. Pseud. I, 3, *adderes foenusculum.*

Et hilarior) *Et clarior*, W. Forte *alacrior.* BVRM.

Quam solutus) *Qui s.* W.

Supremum) *Sit primum*, W. *Supremo tamen*; Colin. Cl. Francius distinguebat: *Supremum tamen et* (*nefas in aeternum*) *me iam* etc., legendum puto; et distingnendum, *supremum tamen et* (*nefas*) *in aeternum iam catenatis me manibus amplexus*: *nefas* est exclamatio, ut iam Cl. Schult. notaverat: catenatae autem in aeternum manus erant, quia nulla filio spes erat redemptionis, ut neque redemptus fuit: nam illud *nefas in aeternum* non placet. Sed recte *catenatus in aeternum* filius dicitur; sic Liv. IV, 4, *Vrbe in aeternum condita.* Ovidius I Trist., 3: *Vxor in aeternum vivo mihi viva negatur.* *Supremum* vero adverbium hic est, et cum *complexus* iungi debet: ita et *ad supremum* decl. 12. BVRM.

Catenatis) *Catenis*, Leid. pr.

Cura discesserat) Non damno, sed longe elegantius puto *decesserat*, scilicet filio. Ita Livius IX, 29: *Prius quam ea cura decederet Patribus Romanis.* Qui et cap. 26, dixit, *ut quaestionis Campanae materia decessit.* Et lib. XXIII, 26, *repente decessit animis pavor.* I. Caes. II de Bell. Gall., 7, *Hostibus spes potiundi oppidi decessit.* Horat. II, Od. 19: — — *Nec tibi Vespero Surgente decedunt amores.* Et III, Od. 1: *Neque decedit aerata triremi*, et *Post equitem sedet atra cura.* Et II, Ep. 11, 153: *Illi decedere pravam stultitiam.* Et ita alii, vide Gron. ad Liv. IV, 52. BVRM.

Ne relinque) *Me relinque*, Colb. sec.

Si haec) *Si hoc*, W. Lucas.

VII. Sic in navem filii mei male permutatus vector imponor, et quam visum oculi dederunt, ad piratas e puppe prospecto: curva litora, et immensum sideribus fretum, et turritos urbium scopulos retro lego. Miserum me! quam diu a piratis etiam navigatur! Mandata tamen tua, fili, perago; assideo, sustento: immo me hercle tu assides, fili, tu sustines, propter quem mihi etiam huius propensior cura est. Dum recedere ab uxore nolo, filium non redemi: at illum interim quotidie situs carceris strangulat; insidunt ossibus catenae; exemplum seculi in myoparone moritur. Mater, iam satis est, habes poenas super legem: sepelissent talem virum etiam ipsi piratae, nisi eos conscientia scelerum, metusque poenarum ab omni litore arceret: quod unum poterant, secundis proiecere ventis. Excepit mitior matre tempestas, et (si qua dici potest calamitatum feli-

Immensum sideribus) *Vniversum*, Leid. pr. a manu prima; *remensum* videtur Ascensius reperisse. Cl. Sch. coniiciebat *emensum sideribus*, pro ad sidera, ut Flor. III, 5: *Iter tanquam in mari stellis sequutus.*

Turritos urbium scopulos) Au *turritos brevium scopulos*. Ita Pharus insula et turris in mari navigantibus posita. Sed et *urbium scopuli*, quia saepe scopuli sunt urbium non omnium, sed earum quae habuere impositas turres et templa, quo editiora, eo venerabiliora, et ab aquarum iniuriis tutiora: narrat vero quasi inter Cycladas navigaret. Videtur ex Virgilio III Aen., 536 sumptum: *Gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli* — —. SCHVLTING. Intelligit certe oppida vel arces *impositas rupibus*, ut Fabius lib. XII, cap. 9, loquitur; vide ad Petron. cap. 106; *scopulis* vero pro montibus dici ostendit Passerat. ad illa Propert. I, 20, 20: *Mysorum scopulis applicuisse ratem.* BVRM.

A piratis) Quum ab illis discedis, tamen longum videtur, dum tuorum desiderio laboras. SCHVLT.

Quotidie) Deest W.

In myoparone) Deerant haec, relicta lacuna, in Voss. sec. non intelligebat scilicet librarius vocem hanc; est autem navis piratica; vid. Scheff. de milit. nav. II, cap. 2, in hac remigasse catenatum filium verosimile est, at piratas carcerem in myoparone fecisse, ut Ascensius volebat, collegit, ex cap. 4, ubi *pendentem fluctibus carcerem* vocat et cap. 18, *Vdum carcerem* etc., sed et de carcere in scopulo potest capi. BVRM.

Iam satis) *Tam satis*, Leid. pr.

Excipit) *Excepit*, Lucas.

citas) prospero cursu cadaver tantum non ad ipsa maiorum sepulcra depositum est. Narretur res seculo nostro diversa, et nescio utra parte mirabilior: filii corpus matri maria retulerunt, mater mari. Magnam quidem partem agnosco culpae meae: ego uxorem adduxi; et ne miseram dolore fraudarem, ipse meis humeris adversariam meam usque ad litora tuli: et sane adversus eum prima verba, orbitatis animo aestimantem fefellerunt. Quis autem non dolentis affectum putasset, quum diceret defuncto filio mater, quid enim navigasti? quid maria ingressus es? quid piratas petisti? nam illa quidem vulgatissima orbitatis vox est; fili, cui me reliquisti? Etiam quum tota super corpus incubuit, amplexam putavi: etiam quum iniecit tollentibus manum; et hoc, inquam, solent facere matres, ut funus morentur.

VIII. At ista legem recitat, et in cadaver filii perorat: tace, tace, misera; ita tu istud optasti? sola scilicet calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, ut quum saevitia nimiae quoque felicitati turpis sit, procedat in-

Tantum non) *Tantum quod non*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Eadem varietas paulo post c. 10, iterum occurrit. Vide ad declam 3, 3; forte legendum *tantumque non*, ut ex eadem declamatione cap. 6, exemplum ibi adducitur. BVRM.

Res seculo) *Res* deest Voss. sec.

Ne miseram) *Ne miseram matrem*, W. Leid. sec. Lucas. *Ne miseram uxorem*, Leid. sec.

Adversus eum) *Eum* non agnoscunt W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas. Variis tentabat coniecturis locum Cl. Schult. vel *in adversis prima verba*, vel *affectus prima v.* vel *adversae* (id est caecae matris, non aversae qualem statueram ipsa) *prima v.*

Affectum) *Affectus*, W.

Dolentis) *Doloris*, a m. pr. Voss. prim.

Piratas) *Putas*, Voss. pr.

Cui me reliquisti) Legendum videtur *quid me r.* ut quadrent antecedentia. Vide tamen Virgil. IV Aen., 323. SCHVLT. *Cur me* quaedam editiones habent.

Super corpus) *Supra c.* W. Leid. pr. sec. Lucas.

Calamitatibus nostris) *Calamitatibus meis*, W.

Turpis sit) *Temporis sit*, Leid. pr.

Nimiae) *Minimae*, Gron.

Felicitatis) *Felicitati*, Voss. sec. recte mea sententia; sensus est: Hucusque infelices fuimus, non scelerati. Et quum saevitia etiam felicibus si

auditum antea monstrum, misera, crudelis: si quid irati dii reliquerunt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus perdere cupiat. Detracta est fortunae invidia, quando suo quoque iudicio mater post amissum filium parum misera est. Lacrymas ipsas novissime perdo; inanis domi libitina plangitur; derisus designator redit; refertur rogus: inter haec omnia non gemitus ullus matris, non lacrymae, non questus: putes appulsum ad litus aliquem esse piratam. Vnde hunc illi animum? si mala sua ideo non sentit, quia non videt, et hoc boni caecitas habet, eruat aliquis oculos meos: sed tenebrae corporis affectibus non obstant: estne haec uxor mea? estne ille filius noster? liceat dubitare, si fieri potest; et sane vix iam dignoscendam speciem vetustas reliquit: sed attritae manus, et tumida vestigia vinculorum, et testis longae captivitatis macies, infelicia argumenta, consentiunt: miserum me! certus luctus est: filium agnosco; uxorem non agnosco. Ergo quoniam de iure longior pugna est, et nobis festinandum; sint primae precum partes. Adeste universi utriusque sexus paren-

turpia, nunc monstrum inauditum proveniat, mater misera, et simul crudelis: iungendae enim illae voces *misera crudelis*; et deinde ex Clar. Schultingii coniectura addendum pronomen *quae*; *quae si quid irati* etc. *perdere cupiat*. Bvrm.

Lacrymas ipsas) *L. ipsa*, Leid. sec.

Inanis) *Manus*, W.

Libitina) Ita lectulum dici, in quo mortui efferuntur Acron. ad Horat. III, od. all. notat, et sic Plin. XXXVII, 3: *Arma vero et libitina totusque unius diei apparatus e succino*. Vide Kirchm. de funer. I, 10. Bvrm.

Designator) Vide Kirchmann. de funer. IV, 9, ubi tamen foede labitur in Horatii loco I, Ep. 7; explicando ad quem vide Lamb. et Torrent. *Dissignator* hic est in Voss. pr. et sec.

Vnde hunc animum) Vide Gron. ad Senec. Herc. Fur. 296. Schvlting. Adde Heins. ad Ovid. Epist. XII, 84.

Est ne haec) *Sed ne haec*, W.

Dignoscendam) *Dinoscendam*, Leidens. sec. Voss. sec. Lucas. Vid. lib. XI Instit., 3.

Tumida) *Timida*, Lucas.

Pugna est, et nobis) *Pugna est nobis: festinandum est*, Leid. pr. Gryph. Colin. Vidov. *Pugna est, nobis festinandum est*, W. Leid. sec. Voss. sec.

Primae precum) *Primae pretium*, Lucas.

tes, dum matrem in exsequias filii rogo: per matrimonium te vetus, et per mutuam charitatem, quae utrique nostrum magno constat, adiicio, per commune pignus, per annos pariter actos, et beneficio filii plures, per meum in te obsequium, iam mei miserere, cuius soles. Crede mihi, hoc quod patior, carcere peius est, captivitate crudelius: mea ista poena est: quid tibi tantum mali feci? quid offendi? certe ego te non reliqui.

IX. Iam si totum affectum in hunc consumpsisti virum, et omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sane filius noster merito poenas, dederit spiritum supplicio, nihil de praeteritis loquamur: quod postulavit Cicero etiam ab illo crudelissimo Siciliae tyranno, mors sit extrema malorum. Quod quidem quum permissum non esset, pernoctabant ante ostium carceris pretio redimentes sepeliendi potestatem. Quid? tandem hoc

Per matrimonium vetus) *Per matrimonium te vetus*, Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas. Gryph. Colin. Vidov. *Matrimonium terretur*, W. Illud *te* eiecerunt librarii, quia non videbant sequi *oro*, *obtestor*, vel simile quid; quod minime in hac formula opus. Silius I, 658: *Per vos culta diu Rutulae primordia gentis* etc. *Conservate pios.* —— Vbi vid. Heinsio et Drakenborchio allata exempla, ex his declamationibus, et Scal. ad Ceirin. 258. BVRM.

Vtrique) *Vterque*, W.

Adiicio) *Adici*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Mali feci) *Male feci*, W.

Effluxit) *Effusa sit*, W. etiam non male.

Quod postulavit Cicero) Haec e glossemate videntur irrepsisse, et putidiuscule allegantur contra feminam. Nisi accipiamus ista his temporibus notissima fuisse. Maiestate harum declamationum multo sit dignius, si legeris, *dederit spiritum supplicio, nihil de praeteritis loquamur, mors sit extrema malorum. Tu vende saltem, certe ego filium* etc. vel possis sic commodissime: *Quod postularet Cicero* (nec enim ipse postulavit) *etiam a. i. c. S. T. mors s. e. m. Quid tandem? Hoc m. T. m. p. promeruisset. Tu vende* etc. SCHVLT.

Cicero etiam) *Etiam* deest Leid. pr. Voss. pr.

Crudelissimo Siciliae tyranno) Vide Verr. V, 44, et 45, ubi haec in Verrem, quem *crudelissimum tyrannum Siciliae* vocat.

Mors sit extrema malorum) *Mors sit extrema. Quod*, Voss. sec., nec Cicero habet *malorum*.

Marcus Tullius, patres matresque, promeruit: tu vende saltem, quod sub Verre crudelissimum fuit: certe ego filium redimam, nec mihi pretium diu quaerendum est, habeo manus. Nihil moveris nunc, et debilitatem tuam iactas: singulare feminis exemplum ostendi narrarique desideras, sepulturam filii maritus a te impetrare non potuit: vade hercule, si libet, et corpus in fluctus repelle: aut si parum celebri loco videtur adiectum, iniice manum; et ne minus te satiet alienum ministerium, ipsa potissimum trahe: alteram manum cadaveri impone, altera duc, qua frequentissimum rotis iter est, et nigra limo via: proterat miserum onustum vehiculum, et sanctissimum pectus ungulae rumpant. Ipsa quoniam deficeris oculis, elisum caput, et oppressa ponderibus praecordia manibus tuis pertracta: si quidem audeas, istis etiam lacera dentibus. Litigamus, consistimus, in diversum abimus: nempe quum viceris, omnia paria habebimus praeter animum. Non sepelies? vide, quaeso, vide ne, dum litigas, arenam fluctus aggeret, iniiciat humum misericors populus. Obstas? si

Promeruit) *Misere*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Sub Verre) *Suburere*, Leid. pr.

Trahe) *Trahes*, Voss. pr. sec.

Duc) *Vero*, W.

Proterat) *Protrahat*, W.

Quoniam) *Quum*, W.

Deficeris) *Defeceris*, W. Leid. pr. Voss. sec. Lucas.

Si quidem audeas istis) *Si quid ex istis audeas etiam*, W. Leid. pr. Lucas. *Siquidem istis audeas*, Voss. sec.

Consistimus) *Consistimus, etiam in d.* W.

Consistimus) Vt hoc verbo utimur in bello, et aliis concertationibus, ita et in iudiciis litigantes adversarii consistere dicuntur. Senec. II de Ira, 7, *alius cum matre consistit.* Vbi Lipsius plura, etiam ex declamationibus his, in quibus passim occurrit, et saepe ipse Fabius, in Institut. ut lib. VII, 1, et alibi. Vide ad Petron. cap. 19. BVRM.

Habebimus) *Habemus*, W.

Non sepelies?) Expunge interrogationem, quam supprimit indignatio. SCHVLT. *Non sepelieris*, Leid. pr.

Litigas) *Litigabis*, W.

Aggeret) *Aggerat*, Edit. Pith. et ita in Leidensi pr. fuisse a manu pr. videtur: ut sit ab *aggerere*: saepe ita dubiam scripturam in hoc verbo deprehendes, vide ad Phaedr. IV, fab. 19, et mox iterum variabunt codices. BVRM.

cuius clementia tumulum fecerit, effode: et quum talis sis mater, aude indignari, et exclama, magis amavit patrem. Cruces succiduntur; percussos sepeliri carnifex non vetat: ipsi piratae nihil amplius, quam proiiciunt.

X. Mater (quamquam hoc nomen profanari nefas est) si perseverat esse filii sui noverca, ut hac crudelitate videatur digna, quae orbitatem suam non intelligit; si ultra hostium affectum, qui caesos acie saepe tumularunt, ultra tyrannos, ultra latrones, parum habet non sepelire, nisi aliorum quoque officia praeciderit, et tantum non petita ex fluctibus aqua restinguit ignem; si adeo non genuit filium, sed effudit, et illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit; licet imputet nobis, ut volet, quod tueri non potest, singulare mariti desiderium, dicam tamen quod sentio; excusatius odisset virum, quam filium. Quamquam in hoc mutuae charitatis affectu paria fecimus; illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium: vicem caecitatis orbitate persolvi: tamen, quod inter haec quoque mala privatim doleam necesse est, omnem illam, quam contraxerat, perdit opinionem. Iam inimici mei triumphant, iam passim loquuntur; illa exempli mulier, illa seculi decus,

Quamquam hoc nomen) *Quamquam per hoc n.* W.

Nefas est) *Fas est*, W.

Hac crudelitate) Forte *hac crudeli caecitate*, vel *hac caecitate* Schulting.

Non intelligit) *Non* deest Leid. sec., Voss. sec. *Non intelligat*, W. Leid. pr.

Tantum non) *Tantum quod non*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec., Lucas. ita et paulo ante cap. 7, variarunt codices.

Restinguit) *Exstinguit*, Leid. sec.

Sed effudit) Vide ad Phaedr. III, fab. 15; est vero color quaesitus ex Lucilio, apud Non. in *postica*. *Non peperit, verum postica parte profudit.* Burm.

Et illo infelici) *Et ex illo in.*, W. Leid. pr. Lucas.

Vt volet) *Quod volet*, Leid. pr.;

Neglexit) *Despexit*, W.

Tamen quod) *Tamen quo*, W. Leid. pr. Voss. sec. Lucas.

Perdit) *Perdat*, Leid. pr.

Inimici mei) *Mei* deest W. Leid. pr. sec. Voss. sec.

virum redimi noluit, nec filium sepeliri. Equidem, iudices, ut sentio, neminem non mortalium favere hominis sepulturae convenit, quia haec una res est, cuius exemplum ad omnes pertineat: ideoque non nisi ab ultimo parricidio exigitur poena trans hominem: etiam si qua sunt iura, quae obstent, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, vera clementia occisione contenta est.

XI. Sive omnis in defunctis sensus perit, et ad operiendam foeditatem, subtrahendamque dolori materiam, mortui viventium causa sepeliuntur; seu quum ad inferna sedes anima migravit, unus hic luce viduis honos, et a suprema face, ut vates ferunt, petitam ulterioris ripae stationem contingunt, quae vera esse et credo miser, et opto, cito iturus ad filium, certe rerum natura, ut in generandis alendisque hominibus, quae necessaria erant, ex se ipsa prospexit; ita quum rursus opus suum resolvit, corpora nostra quam primum reducere ad principia festinat, ut desertis etiam locis circa cadaver tracta imbribus terra concrescit, aggerant pul-

Noluit) *Voluit*, W.

Equidem) *Et quidem*, W.

Cuius exemplum) Vid. Gronov. ad Liv. II, 30.

Trans hominem) Insolenter dictum, pro post mortem, quam homo esse desinit, et cadaver fit: fere similis locutio Flori II, 7, *vulnera ultra mortem patebant*. BVRM.

Etiam si) *Et iam si*, W.

Detur) *Datur*, Leid. pr.

Vera clementia) *Ira clementia*, Leid. pr.

Hic luce) *At luce*, W.

Occasione) *Occisione*, Obrecht. quod recepimus.

Viduis) *Viduus*, Gryph. Colin. Vidov.

Et a suprema) *Et suprema*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. *Ex supremis face*, Leid. pr.

Petitam etc.) *Petita u. r. statio contingunt*, W. Voss. sec. *Petita u. r. statione contingit*, Leid. pr. Lucas.

Ripae ulterioris) Ex Virgilio haec petita, qui lib. VI, 314: *Tendebantque manus ripae ulterioris amore*. Vbi ex Apuleio similem locum produxit Emmenessius. BVRM.

Miser et opto) *Miser esse et o.*, Voss. pr.

Prospexit) *Perspexit*, Lucas.

Vt desertis) *Vnde desertis*, Obr.

Tracta imbribus) *Contracta imb.*, Leid. pr. *Tractata*, Voss. pr.

Aggerant) *Aggerunt*, Leid. pr. sec. Voss. sec.

verem venti, et liquefacta multa die membra paulatim humus bibit, etiam si nullus operit: at ipsa longo tempore in terram ossa desidunt: nobis vero adversus exanimes genuit non solum miserationem, quae cogitationi nostrae subit, sed etiam religionem. Inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. Facinus indignum, quum haec ita sint, sepultus esset filius meus, nisi incidisset in matrem: et haec, iudices, non ideo ego dico, ut affectu iura corrumpam; neque vobis praecipio, sed adversariae exprobro. Legem quidem istam quidni horream, quum id unum miserrimo iuveni sit obiectum, quod in calamitate non deseruerit patrem? Sed quatenus luctus nostri in ius vocantur, et flenti disputandum est, et orbitati suae mater irascitur, superemus, quam exorare non possumus. Ecquando duorum hominum miseriora vota vidistis, ut de his pater, si vicerit, filium suum efferat: mater, si vicerit, abiiciat? quae tamen lex est? qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abiiciatur. Omnis nobis in hac prius causa, iudices, de scripto et intellectu legis contentio est; utrum verborum ambiguitate, an voluntatis fide standum sit: pars

Bibit) *Ebibit*, W.

Etiamsi nullus) Lege *etiamsi nullus operit, aut ipsa longo tempore.* GRONOV. Sed Obrecthus ita distinguebat *bibit: etiamsi nullus operit: ut ipsa l. t. i. t. o. desidunt.*

Affectu iura) *Affectus iura*, W.

Quid ni horream) *Quid inhorream*, Voss. pr. Lucas. *Quin inhorream* Colon. habere notavit Cl. Schult. ipse vero coniiciebat, *quid mihi horream.*

Id unum) *Id in usum*, Leid. pr. Vnde Cl. Schult. *Id inusitatum* faciebat.

Ecquando) *Et quando*, Leid. pr. Voss. sec. Lucas.

Vt de his) *Vt Deis*, Voss. sec.; *ut de iis*, Lucas. Varie quidem hoc pronomine harum declamationum auctores utuntur; sed hic legerem *miseriora votis vidistis his, ut pater, si vicerit.* BVRM.

Vicerit) *Viveret*, W.

Efferat) In Pith. edit. *erat* legebatur, unde olim *urat* faciebat Schultingius, sed postea operarum mendum agnovit; *afferat*, Voss. sec.

In hac prius) *In hac primum*, W. S.

Standum sit) *Statutum sit*, W. Voss. pr.; *utrum ius v. am. a. v. f. statutum sit*, Gryph. Colin. Vidov.;

enim adversa id nititur, parentem fuisse in calamitate eam, quae deserta sit: cuius rei poena est, abiici insepultum.

XII. Quid tum fuerit in causa, quid sit postea consequutum, quomodo legem intelligere conveniat, subterfugit dicere, neque a vestigio scripti recedit, sed nuda recitatione contenta est. Nos neque omnibus personis, neque omnibus caecis scriptam esse legem, et iuveni iustas ac necessarias recedendi causas; et cui rei semper ius satis plenum est, bonum animum fuisse, postremo non hoc esse deserere contendimus; atque eo causam dimittimus, ut non sit absolvendus adolescens, nisi etiam laudandus. Qui autem dubitat, an scripti voluntatem sequi conveniat, is mihi videtur quaestionem tentare incertus qua de re: ideo pauciora adiiciam, quod nobis quoque, si ita pergitis, afferret quandam cavillationem ista sermonis ambiguitas: ac videri poterit omnem actionem partis adversae prima statim recitatione subvertere. Nam lex quum dicit, qui parentes in calamitate deseruerit, rursusque quum dicit, insepultus abiiciatur, non utique id significat, ut non liceat eum se-

utrum ius etc. *statutum sit*, Ascensius; *fides tantum sit*, Voss. sec. vulgata recte se habet. Fabius VII, 1, *quaestio, verbis an voluntate sit standum*. BURM.

Adversa) *Diversa*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. parum refert. Sed sic Ovidius III Art. Am. pr., *Diversis partibus arma damus*. Et alii passim. BURM.

Subterfugit) *Subterfugiat*. Lucas.

Nuda recitatione) *Nulla rec.* Voss. sec. ita et apud Ovid. I Amor., 8, 113, et alibi aberrarunt librarii.

Recedendi) *Reddendi*, W.

Postremo non) *Postremo vero*, Lucas.

Atque eo causam dimittimus) Desunt haec W. *At in eo*, Lucas.

Qui autem) *Quis autem*, W. Voss. pr. sec.

Incertus qua de re) *Incertus. Qua de re ideo* etc. Leid. pr.

Nobis quoque) *Vobis quoque*, Leid. prim.

Ac videri) *Ac deinde*, W.

Poterit) *Potuerit*, Voss. sec.

Rursusque quum dicit) Desunt W. A Voss. sec. etiam sequentia, *insepultus abiiciatur*, absunt.

Liceat eum) *Eum* deest W. Leid. pr. Voss. pr.

peliri, postquam proiectus est. Quare aut mihi quoque permittite sic agere, quomodo volo, aut (quod magis vestram religionem decet) indignam sanctissimis auribus verborum captionem ex utraque parte praecidite: et quum filium singularis exempli probavero, fortiter sentite, nullam unquam a maioribus nostris poenam scriptam esse pietati.

XIII. Atque in eo, quod primum posueram, non ad hanc rem pertinere legem, non diu versabor, neque dubitatione, quam non habet, afferam moram. Neque enim puto, si aetas impediet infantem, valetudo aegrum, respub. legatum, dux militem, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet rationem necessitatis: et quum semel apparuerit patere in eiusmodi causis defensionem, potero plane esse securus: nec timebo, ne teneri videatur filius meus, si non potuit omnibus succurrere, dum in ipsa lege occupatus est. Pater alligatus est, mater caeca est, unus utrique filius, magna locorum distantia, habet lex in medio debitorem. Duc ad utrum mavis, ad utrumque non potes, nisi hanc conditionem misero imponimus, ut quidquid fecerit, proiiciendus sit: si exierit,

Quare aut) *Quare autem*, Voss. sec.

Sic agere) *Et sic agere*, Voss. sec.

Indignam) Exsulat haec vox a Voss. sec.

Praecidite) *Praecedite*, Voss. pr.

Atque) *At*, Leid. pr. sec. Voss. pr.

Posueram) *Proposueram*, W. Leid. pr.; *primo* etiam Lucas.

Dubitatione) *Dubitationem*, Voss. sec.

Non habet) *Non habent*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. *Quod non habent*, Leid. sec.

Impediet) *Impedient*, W.

Valetudo Valitudo, Lucas.

Respublica) Res. Leid. sec. Voss. sec. *Rex*, Leid. pr.

Obstricta crudelitas) *Astricta lex acciperet rationem*, Leid. pr. *Ascripta* Lucas. Cl. Schult. mallet *adstricta*, id est severa, vel *districta*, id est nihil dimittens, ut *districtus Accusator*, Tacito IV Ann., 36; et *districta Foeneratrix*, Val. Max. VIII, 11, 2; sed vulgatam probam puto, sed legerem libenter, *obstricta lege crudelitas*, quae iactat se obstringi et impediri verbis legis, ne accipiat rationem necessitatis. BVRM.

Ne teneri) *Nec teneri*, Voss. sec.

Omnibus) Hic de duobus dici notavit Ascensius.

Non potes) *Non potest*, Voss. sec.

mater sepeliri vetabit; si remanserit, pater. Non dubito fore dubium, quin ius in hac lege fuerit et mihi: nisi forte (ut omnia inique iniusteque conquiritis) hic quoque unius occasione verbi aliud putatis iuvare parentes, aliud non deserere: id est, de hoc dubitare vultis, utrum parentibus ubique ferri oporteat auxilia, ut ego existimo; an vero non mereatur adiutorium, nisi qui praesente filio miser est: nam si deserere in calamitate, nihil aliud putamus esse, quam a misero discedere, duo simul scelera permittimus; primum illud, ut etiam qui aderit, possit impune nihil praestare, siquidem absolutus est hac lege, qui secundum miserum stetit: quo quidem modo non adiutores calamitosis parentibus filios damus, sed spectatores.

XIV. Dehinc accidit illud vel gravius, quod quum rerum necessitas quotidie nos dividat, si quaedam fortuna parentes nos deprehenderit, quamvis exiguo divisus spatio, impune opem non feret, non succurret, ut hac saltem se calumnia defendat. Non reliqui, non abscessi: neque pede, quod aiunt, uno a parente discessi:

Quin ius in hac lege) *Qui minus in hac lege*, Voss. sec. Gronovium malle, *quin ius meum hac lege*, notavit Cl. Schulling.

Conquiritis) *Conquiratis*, W. Leid. pr. Voss. pr.

Id est) *Est* deest Leid. pr.; *iidem de hoc*, W.; *idem de hoc*, Lucas.

Vbique) *Vtrique*. Lucas.

Existimo) *Estimo*, Voss. sec.

Non mereatur) *Non* deest W.

Qui oderit) *Qui odierit*, Leid. pr.

Secundum) Id est iuxta, vide Erhard. ad Petron. 22.

Calamitosis) *Domuitosis*, Colb. sec.

Dehinc) Deest Voss. sec.

Divisus spatio) Mallet forte quis *divisos*, vel *divisis*, ut ad parentes referatur, sed praestat vulgata. Burm.

Opem non feret) *Ferret*, Lucas.

Succurret) *Succurreret*, Leid. pr.

Calumnia) Id est interpretatione legis maligna, cavillatoria, et astuta. Vid. ad Cic. I ad Fam. Ep. 1, Manutium et alios. Burm.

Non reliqui) *Non obis, non reliqui*, Leid. pr.

Non abscessi) *Non accessi*, Voss. sec.

Pede, quod aiunt, uno) Proverbii, vel vulgatae certa locutionis speciem habet: simile vero illud Aeneae apud Virg. II Aeneid., 657: *Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto, Sperasti?* — —. Burm.

Discessi) *Discesserit*, Voss. sec.

solutus erit omni auxiliandi necessitate, quando vestra interpretatione, absentia impietatis occasio est. Hoc voluisse legumlatorem putamus, ut natus ex nobismetipsis, in rebus adversis praesidium, parenti labore atque praesentia solveret lucis usuram ubicumque: nisi forte non sumus parentes, nisi palam. Quid est ergo non deserere? opem ferre non deesse: omnia haec enim eo spectant, ut auxilio liberorum tuti sint parentes. Quod quum ita sit, tam ad me lex ista pertinuit, quam ad matrem: duo unum vocabamus; videamus, quo ire de-

Vestra interpretatione) *Nostra*, W. Lucas.

Hoc voluisse legumlatorem) *Legislatorem*, Leid. pr.

Labore atque praestantia) Haec corruptissima et sine mente. Fortasse: *ut natus ex nobismet ipsis, in rebus adversis praesidium parentibus laboremque praestando, solveret lucis usuram utcumque: nisi forte, non sumus parentes, nisi praesentes.* Vel, *nisi coram.* Supra: *utrum parentibus ubique ferri oporteat auxilia, an vero non mereatur adiutorium, nisi qui praesente filio miser est. Solveret lucis usuram*, est, solveret quod debet pro vita data. Gron. Lego: *an ut natus e. n. i. r. a. praesidium parenti labore atque praesentia esset, et solveret lucis usuram ubicumque n. f. n. e. p. nisi coram*; ita saepe *praesentia* utitur hac declamatione, addit autem *labore* et *praesentia*, ne absolutus sit lege, qui secundum miserum stetit, et spectator tantum fuit, non adiutor; posset legi etiam, *praesidium parenti labore* (*vel laboranti*) *esset, idque praestans solverat* etc. Vel, *an ut n. e. n.* etc. *parentum labori utique praestaret ac solveret.* Schulting. In *rebus adversis perdito parenti labore atque praestantia solveret* etc., Leid. pr.; *in r. a. perditum parenti l. a. presentio solveret*, Colb. sec.; *in r. a. praeditum p. l. a. p. solveret*, Voss. pr. et sec. nisi quod *natos ex nobismet*, et *solveret* habet. *In r. a. praesidium parentibus opemque praestans ita solveret lucis u. ubicumque; nisi f. n. s. p. nisi in patria*, Obr.; *rebus adversis* pro *in rebus*, Coliu. Locus satis integer, si modo cum Cl. Schultingio *praesentia* pro *praestantia* (quae et in Institutionibus II, 13, et alibi confusa vidimus) legas, et *praesidium* per appositionem capias; ut natus, praesidium parenti in adversis rebus, solveret usuram lucis labore et praesentia ubicumque sit pater. Nescio vero, cur *palam* displiceat. Quum idem notet quod *coram*, praesente aliquo, quo sensu saepe ablativo iungi docuit summus Gronovius ad Livium lib. XXV, 18; ita Albinov. Eleg. in Drus. 442: *Et flevit populo Caesar utrumque palam.* Vid. Trist. X, 39: *Neque palam de me tuto male saepe loquuntur.* Et ita alibi. Burm.

Haec enim eo spectant) *Haec ego spectant*, W. *Enim* deest Leid. pr. et Lucae.

Lex ista) *Ita*, Lucas.

buerit. Poteram quidem fortiter dicere, pater iussi: hoc nomen omni lege maius est. Tribunos deducimus, candidatos ferimus: ius nobis vitae necisque concessum est. Si non fecerit quod iubeo, non deferam illum ad sepulturam: necesse habuit parere: non deseruit, sed abductus est: crede, non contemptu tui venit in carcerem.

XV. Sint sane iura paria, sedeatque medius inter duos iudex: non comparabo personas, quamvis apud omnes gentes plus iuris habeat pater: sit sane natura communis, non imputabo quod nomen dedi, quod familiam, quod impensas, quod dum illi acquiro, captus sum: non indulgentiae discrimen excutiam, de qua iam lite concessum est. Fuerint quidem ista facienda; sed ego ius meum reprimo: inter duos parentes caecus affectus est: exorabit qui prior rogaverit. Tempore certe vinco: ante miser esse coepi: tu adhuc integra es, ego iam alligatus sum: tu sana in domo, ego iam paene defunctus in carcere: tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo: nempe calamitas tua nata est post epistolam meam; nisi te flentem consolari filius voluisset, ante caecitatem tuam exisset: noli mirari, si te gratia vinco: ante exoravi filium, quam tu rogares. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem po-

Fortiter dicere) Vide ad lib. V Inst., cap. 10, et passim in his declamationibus.

Deducimus) *Didicimus*, Voss. sec.

Inter duos iudex) *Inter duos filius iudex*, W. Leid. pr. sec. Colb. sec. Voss. sec. ; [illegible] Voss. pr. Lucas.

Quod familiam) *Quod filiam*, W.

Acquiram) Absolute positum, de quo vide ad Instit. lib. I, cap. 12.

Non indulgentiae discrimen excutiam, de qua) *Non ind. crimen extumando*, W.

Ante miser) *An miser*, W. Forte, *ante te miser*, ut simili coniectura supplevimus declam. I, 7, *nox ante te deficiet*. Burm.

Tua nata est) *Nata* deest W.

Tu rogares) Francius malebat, *tu orares*, et mox *si quisque*.

Si quisquam figuratione) Videtur legendum: *Se quisque figuratione quadam in hac malorum conditione iudicem ponat*. Gronov. *Figurationem quandam*, W.

nat, fortuna, quaeso absit, cuius tanta calamitas fuit. Abstulerat quidem tibi oculos nimius affectus, et de quinque rerum sensibus pars una cessabat, et tenebras, etiam salvis luminibus alternas, continua nox duxerat.

XVI. Maius est tamen malum, quod sic fletur: nam ut merito queri possit ablatas videndi voluptates, impeditos rerum actus; tamen si non iniqui iudices sumus, nec ambitione miseri sunt, qui mederi possint, referam non

Cuius tanta calamitas) Malim, *cuius iuvandn calamitas*; malum enim omen deprecatur. SCHVLT. Ego hunc sensum esse puto, se nullum iudicem, quem quis fingere sibi potest, recusare, praeter fortunam, quae tantam calamitatem invexit, posset etiam legi, *Fortuna absit, cuius vi tanta calamitas fuit.* Vult ergo non forte aut eventu iudicari, sed causae aequitate. Contra Caesar apud Petron. 122: *Iudice fortuna cadat alea.* BVRM.

Et tenebras) *Sed tenebras* lego, quibus ostendit non fuisse illam calamitatem uxoris, quam ipsa velit videri; et deinde *maius est etiam malum, quod sic fletur*, ita duo regerit adversus mulierem allegantem caecitatis miseriam. Vel lege *at tenebras*, et *at maius tamen.* SCHVLT.

Alternans, continua nox duxerat) *Alternas.*, Leid. pr. Voss. sec. Colin. Vidov. Obr. et recte: Ante caecitatem alternae erant tenebrae per vices noctis et diei, quas iam continuas fecit caecitas. Legerem praeterea *continua nox iunxerat*; ut ita *dies noctes iungere* supra hac declamatione, et quarta, vidimus, post summum Gronovium qui et in Senec. Thyes. 467, pro nox *ducenda*, *iungenda*, reposuit: nisi hic *obduxerat* praestet: quod proprium in hac re verbum est. Nepos Hann. 5: *Namque obducta nocte sarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit*, et, qui maxime ad hunc locum facit, Lucan. III, 735: *Nox subit, atque oculos vastae obduxere tenebrae.* Vid. Passer. ad Prop. III, 16, pag. 505; syllaba *ob* absorpta fuit a *nox*; *noctem* vero de caecitate dici vidimus ad declamat. 1, cap. 6. BVRM.

Sic fletur) *Sic flet*, Lucas.

Quari possit) *Queri possis*, Colb. sec. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Ambitione) *Ambitiose*, W. Leid. pr. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov.

Miseri sunt, qui mederi possint) *Miseri* (*tunc quidem qui miseris mederi hisdem possunt*) Lucas. *Miseri sunt, qui misereri iis idem possint*, W. *M. s. qui miseris hisdem mederi possint*, Leid. pr. *M. s. qui insideri*, Leid. sec. *M. s. qui misereri his ederi possint*, Voss. pr. *M. s. qui his ederi possint*, Voss. sec. ex cuius ultimi codicis vestigiis lego, *nec ambitione miseri sunt, quibus mederi possimus*; *quibus* in *qui his* latet; ambitione autem miseri sunt, qui nolunt sibi medicinam adhiberi, quia miseria sua magis se movere homines credant et plura obtinere posse, quam si ad sanitatem redierint: nisi *mederi* passive acceperit, et legendum sit, *quibus mederi possit*; et ita cepit Ascensius. BVRM.

solum qua vincenda mihi, sed magis etiam qua consolanda est: nam quando omne tormentum corporis abest, dolorque membrorum, qui totam cogitationem in se rapit, feliciter cessat, superest ut cruciet nimium otium, et assidua quies, res, si non sint necessitate, iucundae. Nam visus damnum sarciunt reliquae voluptates, odor, gustus, tactus, auditus: quibus tametsi deesse summam fatendum est, non est tamen maximae calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectusque genialis, conventus propinquorum, sermo amicorum, ipsa, quod raro contingit, honesta calamitas, et in quacumque fortuna beata libertas, tot voluptates obruere possunt unum dolorem: nam lucis desiderium, si malis meis compares, etiam delicatum est: non enim aliquid rerum natura genitura est spe-

Referam non solum) Legerem, *quae mederi possint, quae refernm non solum, quia vincenda mihi, sed magis etiam, quia consolanda est.* Nam suae orbitati nunc est irata, eoque saevit in filium. SCHVLT. *Quia vincenda*, W. Lucas. *Qua vincenda*, et mox, *quia consolanda*, Leid. pr. sec. Voss. sec. qui etiam habet *consolanda es; quia* etiam Lucas; sed *qua* praeferrem eum Ascensio, id est qua ratione; vide Heins. ad Ovid. X, Epist. 53, et XIII, 41. BVRM.

In se rapit) *Capit* legisse Ascensius videtur; rotundior esset periodos, si legeretur: *Dolorque membrorum* etc. *cessat; quid superest quod cruciat, nisi nimium otium* etc. *Cruciat* est in Leid. pr. *nisi* vero vel *ni* absorptom fuit a sequente voce *nimium*. BVRM.

Necessitate) *Assiduitate*, Leid. pr. a m. pr. Francius volebat, *re si non sint, necessitate iucundae.*

Nam visus) Cl. Schult. *iam* malebat.

Tametsi) *Tamen etsi*, Voss. sec.

Non est tamen) *Non et t.* Lucas.

Sermo amicorum, ipsa (q. r. c.) h. calamitas) Haec desunt Leid. sec.

Raro) *Rara*, Voss. pr. a m. pr.

Honesta calamitas) Recte explicat Ascensius, quae contigit ex caosa laudabili, propter amorem nimium erga maritum; ut ita *honesta vulnera* dicuntur, *honesta missio* etc.

Tot voluptates) Ita Ov. II Am., 12: *Quam vir, quam custos, quam ianua firma, tot hostes, Servabant — —.* Vbi nihil opus rescribere *quot*. BVRM.

Delicatum est) Ita declam. 1, *Delicatum scelus*.

Genitura est spectaculo) *Spectaculum*, Colb. sec. sed vulgata recte se habet: *spectaculum* enim hic ipsam spectandi actionem notat. Vide quae ad Petron. cap. 26, notavimus olim; inest vero huic voci, non simplex videndi actio, sed delectatio quaedam vel admiratio, quam in rebus iucundis, magnis, novis et raris spectandis sentimus vel ostendimus, ut Horat.

etaculo nostro novum, ac non quidquid speciosissimum pulcherrimumque visuri sumus, vidimus: nempe quotidie nox oritur, et aequam temporum portionem involvit obscuritas, et ex parte sui ipsa quodammodo caeca natura est. Cui alienis oculis uti licet, audire; imperare, cuius ministeriis officia non desunt, non ei defuerunt, nisi se erigit, et fortunae suae rationem reddit, praesertim in tam bona caecitatis conscientia, animi vitio miser est.

I, Od. 28: *Dant alios Furiae torvo spectacula Marti.* Iustin. XI, 13: *Ante proelium utraque acies hostibus spectaculo fuit.* Et ita passim alii. BVRM.

Ac non) Deest aliquid sensui, quare Ascensius volebat negationem repeti, ut dictum sit, pro immo vidimus quidquid visuri sumus. Sed minima mutatione legerem, *An non* etc. *vidimus?* BVRM.

Aequam temporum portionem) *Aequa t. portione;* W.

Praesertim) *Et praesertim*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Cuius ministeriis) Malim, *cuius ministeria officio non desunt*, ministeria pro ministris l. 3, §. 15, ff. de auspect. tutor. SCHVLT. Sed et *officia*, pro iis, qui praestant, ponuntur.

Non ei defuerunt) *Non enim d.*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Miser est) Omittit haec Colon. quare legendum videtur, *fortunae suae ratione ridet, et praesertim* etc. Adeo lugendum non putat, et ridendum iudicat, contemplatione fortunae istius. Si tamen illud *ratione fortunae* satis est latinum: vel legas, *Fortunae suae rationem ridet*, ea vehementer delectatur. Sed deliberandum, quia *rationem reddere*, etiam rectum. Vt *difficultatum tibi reddis rationem*, declam. 5; eas subis tuo arbitratu; qui aliis reddere rationem tenentur, non sunt sui iuris: unde apud Tacit. I Annal., 6: *Rationem imperii non aliter salvam esse, nisi uni reddatur.* Ita hic est *fortunae rationem reddere*, illi se summittere; et intelligendum est, quasi esset scriptum, *et si fortunae suae rationem reddit.* Ita et decl. 9, nec *videor orbis rationem posse reddere;* et sic διδόναι λόγον. Vide Budae Com. Graec. Ling. p. 152, et Viger. de Idiot. pag. 57. SCHVLT. Omittunt haec W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Galb. sec. Lucas. Ita vero legit et distinguit Obr.: *Officia non desunt (non ei defuerunt) nisi se erigit*, et *fortunae suae rationem reddit* etc. Obscuriorem locum faciunt illa verba *fortunae suae rationem reddit*, quae an capi possint, ut voluit Cl. Schultingius, vehementer dubito; nihil tamen melius video, nisi legas, *et fortunae suae ratione cedit.* Id est nisi ratione et mentis cogitatione recta, fortunae, quae dominatur in humanis rebus, cedit, eiusque impetum repellit, animi vitio miser est. Ita *tempori cedere* ipse Cicero interpretatur *necessitati parere*, IV ad Fam., 9; recte autem addit *ratione*, nam aliter fracti et abiecti animi est *fortunae cedere*, ut Cicero III Tusc., 17: *quid iaces? aut quid moeres? aut cur succumbis*

XVII. Non debet dolere quippiam qui potest gloriari, quamquam cuiuslibet et quacumque causa hunc incursum passae, levius est tamen malum feminae: non enim navigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione variatis adspectus: non militaris vos, non forensis ratio deducit: alioqui semper estis intra domum, uno plurimum in loco, levibus officiis affixae. Tuum quidem affectum si bene novi, nulla magis causa caecitatem doluisti, quam quod ad redimendum maritum ire non posses. Haec tua calamitas erat; aestimemus meam: nulli quidem gravior visa est quam tibi: audi tamen quam multa in illis epistolis non scripserim. O fili, in quibus te malis reliqui? Iam illa principalis ac maxima dono deum concessa libertas, nec hominum solum, sed ferarum volucrumque sensibus fixa et ingenita, primum spolium fuit: me ipse perdidi, teneor venale mancipium, et civis romanus merx fio, et liberta-

cedisque fortunae; et ita *succumbere fortunae* IX ad Fam., 11. Burm.

Dolere quippiam) *Dolore quispiam*, Voss. sec. et recte Cl. Scholtingio indice.

Cuiuslibet et quacumque) *Cuiuslibet ex quacumque causa habet in cursu parassem levius* etc. Leid. pr. *Cuiuslibet et q. c. h. incursum passa*, Voss. sec. *Cuiuslibet et quamcumque causam h. incursum parassem*, W.; ego mallem, *cuilibet et quacumque causa h. i. passae*; nam in MSS. scribitur *cuilibet*: sed superponitur saepe 9, hoc modo *cuilibet* (with 9 superscript), quod imperitus quidam librarius, credens *passae*, et *feminae* esse genitivi casus, fecit levius ergo malum est feminae etiam cuilibet, id est pauperi etiam et miserae, quae non habeat calamitatis ista levamenta, *domum propriam* etc. at quaecumque de causa, id est licet non honesta, ut propter amorem et desiderium mariti, passae. Nam non ita egent oculis ut viri, quia non navigant etc. Burm.

Legationem) *Legatione*, W.

Deducit) *Diducit*, Ed. Pith. male: *deducit* a domo et patria, ita *lis deducta ad forum*, Phaed. III, 13, ubi vide Scheffer. Sic *deducere* ad aliquid videndum, Ovid. Met. I, 106, et vs. 263. Burm.

In loco) *In* deest Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas.

Ad redimendum) *Ad* deest Lucae.

In illis epistolis) *In illis epulis*. Leid. sec. scriptum nempe fuerat *epistulis*, unde saepius erratum. Et ita mox iterum, et decl. 9, 21.

Et civis) *Et* deest W.

Merces fio) Vir clarissimus, et maximum iurisprudentiae veteris decus, Ant. Schultingius malle se legere,

tem senex dedisco, et natus ingenuus, vaenire opto: minimum est, habitamus in fluctibus, hiberni nos feriunt venti: non statio, non sedes, non quies, sed, quod malorum meorum maxima portio est, tam miseri sunt etiam domini mei. Sed cito praetereunda est memoria propter me uxori gravis, mihi propter filium.

XVIII. Transeo hirsutos hostium vultus, et immanium barbarorum feros fremitus, tantumque mihi quotidie esse metuendum, quantum pati captus, audere

merx fio, mihi ostendit, et recte. *Merces* enim est, quod pro re locata vel opera datur, et ita non potest dici servus *merces*, sed recte *merx*; quia in forum productus, ut reliquae merces, venditur; et hoc inde confirmator, quod *mercis appellatione homines non contineantur*, ideoque non *mercatores*, sed *mangones* vocentur venaliciarii, leg. 207, ff. de V. S. leg. 1, §. 1, ff. de Tribut. act. Vid. Torrent. ad Suet. Aug. 42; et Vales. ad Amm. Marcel. XXII, cap. 7; si quis *merces* tueri vellet, praesidium ille in antiquario Sallustio reperiret, apud quem *merces* pro *merx* ponitur, teste Charisio lib. I Gramm. Inst., pag. 27, eodem modo ut dixere *trabes*, *plebes*, pro *trabs*, *plebs*; vide Serv. ad Virg. Aeneid. I, 587; certe in Voss. sec. hic erat *mercis*, nam et haec terminatio variabatur, ut *vulpes*, *vulpis*, *puppes*, *puppis*. Vid. Serv. ad XI Aeneid., 512, et Pier. ibi et ad II, 198, vel quod propius accedit ad *merx*, *mercis*, ita dicebant *Grus* et *Gruis*, *pes* et *pedis*, *mens* et *mentis*, v. Rittersh. ad Phaedr. I, fab. 8; ita et *nux* et *nucis*; v. Munker ad Hygin. fab. 139, *rex*, *lex* et *legis*, *regis*, *frux* et *frugis*; de quo inf. decl. 13, 16. Vide Voss. Art. Gram. I, 21, quae omnis inde veniunt, quod celeritate loquendi haec contracta fuerint in pauciores syllabas. Nam pro *legis* et *regis*, ut olim efferebant, postea dicebant *lecs*, *recs*, unde *lex*, *rex* nata; sed declamatorem nostrum antiquitatem affectasse non puto; itaque *merx* admisi. BVRM.

Minimum est) An istud, quod dixit, minimum est? atqui principale et maximum ante ipsum dixit: An, *minimum est quod habitamus*. An, deleto *est*. *Nimirum habitamus*, vel *mirum est habitamus*. SCHVLT. In margine Leid. pr. erat scripta, *media hyeme habitamus in fluctibus*. Sed rectum esse quod vulgo legitur, ostendimus ad declam. 2 principio; vide et infr. cap. 21. BVRM.

Feriunt) *Ferunt*, Leid. sec. Voss. sec. *fert*, Voss. pr.

Non quies, sed quod) Lege, *non quies, et quod* etc. SCHVLT. *Nos statio*, Leid. sec.

Sed cito) *Sed* non est in W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Gravis) *Gravius*, Leid. pr. sec. Lucas.

Barbarorum) Dubito, an non praestet *Barbatorum*; nam nautae et piratae horrentibus barbis terribiles; vide Petron. c. 99, nihil tamen novare libet; licet *immanes barbari* non satis placeant. BVRM.

pirata potuisset: nihil est desiderio suorum gravius: timui ne quem ex meis viderem: nihil tempestate minacius, quotidie naufragium optavi: nam mortem, confitebor, senili inertia una causa minus cupiebam, ne defunctum nemo sepeliret. Quam vestem relictam captivo putas, nisi quae praeda non erat? quales epulas cibosque praebent, qui ipsi rapto vivunt? Nam illa quidem satis digne quis dixerit, udum carcerem, et inundatam sentina naviculam, et impositum nuda trabe irrequietum latus, revinctas post tergum manus, alligatos, tanquam esset qua fugeremus, pedes? solae in carcere tenebrae iuvabant: saepe de auribus questus sum, quae sonum flagellorum gemitumque caesorum, quamvis impexis obrutae comis acciperent, dura metus sui exempla. Miserum me, fili, nempe morbo peristi? Compara terram mari, domum navi, lectulum carceri, libertatem servituti, desiderium oculorum totius corpo-

Quem ex meis) *Quem de meis*, W. etiam bene; vide ad Petron. 44, et 75. *Ex meis venderem*, Colb. sec.

Senili inertia) Gronovium maluisse *servili* notavit Cl. Schultingius, quod nec ipsi displicet, quia ipse timor dominus impotens. Sed ego vulgatam servo. Senes enim timidi et inertes, et magis timent mortem, quam solent iuvenes. Burm.

Praeda non erat) Francius volebat *praedae*, et ita loquutos Ciceronem, Iustinum et alios constat.

Cibosque praebent) Legam libenter, *cibosque, quos praebent, qui ipsi rapto vivunt?* Schult.

Satis digna) Lege, *satis digne quis dixerit.* Schult.

Udum carcerem) *Et dum carcerem et vincula, et mund.* Leid. pr. *Nudum carcerem et mund.* Voss. sec. *Non unum c.* Colon. *dum carcerem*, Gryph.

Et inundatam) *Et innundatam sentinam*, Leid. pr. *Et inundata sentina vincula, et impos.* Voss. sec.

Post tergum) *Post terga*, W. *pene tergo*, Voss. sec.

Tanquam esset) Desunt Leid. sec.

Tenebrae iuvabant) *Tenebrae* deest W. Voss. sec. *te tenebrae*, Colb. sec.

Gemitumque) *Gemitusque*, W.

Impexis) *Implexis*, W. Leid. pr. Colb. sec. Lucas. *Amplexis*, Voss. sec.

Dura metus) Mallem *dira*. Burm.

* *Nempe morbo peristi*) Haec ita accipi debent, ac si cavillaretur adversaria, non calamitate, aut servitia hostium filium perisse, sed morbo. Quod quam sit verisimile ex praecedentibus patet. Schult.

ris damno. Quo nos longius ducit calamitatum nostrarum misera contentio? caeci etiam litigare possunt, captivi nec vivere.

XIX. Verum haec etiam si in aequo ponerentur, multum tamen in alteram partem debuissent habere momenti, quod plus mihi poterant prodesse, quam tibi: ei labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur: stulta cura est, quae spem non habet: ego redimi poteram, tu sanari non poteras. Qualiscumqne ista calamitas, inemendabilis cecidit: non remedium accipere, non vicarium potest, assedisset scilicet lectulo inefficax sedulitas, et acceptis epistolis meis iuvenis filius nihil aliud, quam cum matre flevisset. Quia profectus est, alterius tamen parentis calamitas emendata est: si remansisset, et matrem caecam haberet, et patrem captivum. Adiicio quod tibi non necessaria filii praesentia fuit: assidere enim, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat. Mentior, nisi factum est, me ab illis captum, tam dura conditione venalem, quod utique in confesso est, nemo alius redemisset, quam filius meus. Et ego sic ago, tanquam haec tantum filius propter me fecerit, quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi

Calamitatum) *Calamitatium*, Leid. sec.

Haec etiam) *Hoc etiam*, Lucas.

Si in aequo) *Sine quo*, Voss. sec.

Tamen multa) *Tum*, Gryph.

Debuissent) *Debuisset*, Leid. pr.

Poterant) *Poterat*, Obr.

Ei labori) *Et labori*, Leid. pr. sec. *Eo labore*, Voss. sec.

Vbi affectus promittitur) Scribe: *Et labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur.* Vbi speres te labore aliquid effecturum, Gron. *Effectus*, Voss. sec. Gryph. Colin. Luc. Vidov. Colon. Obr. *nisi affectus*, W.

Promittitur) *Permittitur*, Leid. pr.

Cecidit) *Caecitas*, Edit. Pith. Luc.

Assedisset) Deest hoc verbum Voss. sec. qui *scilicet e lectulo inef. e lectulo etiam* Voss. pr.

Acceptis epistolis) *Acceptis epulis*, Voss. pr.

Mentior nisi) *Mentior ubi*, Colb. sec.

In confesso) *In confessione*, Voss. pr. sec. Leid. sec. Lucas.

Tanquam haec) *Tanquam hoc*, W. Leid. sec. Voss. sec.

Litigatu) *Litigato quodam meo tibi ipsa ex*, Voss. sec. *Litigavi*, W. *quodam meo*, Leid. pr.

ipsa excidisti; et quamquam id agas, ut merita tua iniuria vincas, et novum induisti rigorem, non prohibeo tamen testimonium. Ad redemptionem meam filium ipsa misisti, quum sic plangeres, quùm mortem precareris, quum te omni viduatam voluptate clamares, quum saepius gemeres captivitatem meam, quam caecitatem tuam. Non erat illi ferreum pectus, nec cor silice concretum, ut haec pati posset aequo animo. Tu filium prima docuisti sibi non parcere potius, quam plus flere, potius quam ipsam rescindere caecitatem.

XX. Profectus est, maritum tibi reddidit. O crimen grave! si hoc ante fecisset, videres. At retinere non potuisti: non dicam tibi, habet pietas impetum suum, nec ullum dominum novit affectus: nec ille te potuit retinere, ne fleres: audi quod est verius, aliud putavit:

Tibi ipso excidisti) Oblita tui es, alia facta atque olim eras; Senec. Hipp. 590: *Quam bene excideram mihi*; Tertul. de ieiun. VI: *Quo ipsum sibi hominem excidere solemne est.* *Ipsa* vero deest Lucae. BVRM.

Id agas) Quia praecessit *excidisti*, et mox *induisti*, videtur potius legendum, *ogis*.

Et novum) *Et* deest W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucae; *et quamquom novum*, Gryph. Colin. Vidov. Pith.

Novum) Id est ante non visum; ita decl. seq. *quasi novis inusitotisque paremus insidiis*? et initio decl. 7: *Novitas*; Senec. Oedip. 44: *Tristisque mundus nubilo pallet novo.* SCHVL. Liv. III, 33: *Adeo novum sibi ingenium induerat*; et IX, 18: *ex habitu novo fortunoe, novique ut ita dicam, ingenii, quod sibi induerot.* BVRM.

Non prohibeo) Forte, *hoc perhibeo tamen testimonium.* SCHVLT. Si quid mutandum, mallem, *non prohibeo tamen testimonio*, quod latinius; *perhibere* autem suspectum esse hoc sensu, docuimus ad lib. I Inst. Orat., 1. BVRM.

Voluptote) *Voluntate*, Voss. sec.

Erat illi) *Illi* deest Voss. sec.

Vt haec pati) *Vel h. p.* Leid. pr.

Rescindere caecitotem) Mallem ita legere: *sibi non parcere. Potius quom plus fleres; potius quam ipsam rescinderes caecitotem, profectus est. Rescindere* vero *caecitatem*, intelligo, si tu conatu quoditiano lacrymas ex oculis iam obductis et clausis velles exprimere, et ita obductam quasi cicatricem rescindere in Leid. pr. Illa, *potius quam plus flere*, deerant, et forte sunt glossatoris exponentis, quid esset, *rescindere caecitotem. Rescindere pietatem* est in Colb. sec. BVRM.

Non dicam) *Nune dicam*, W.

Dominum) *Dominium*, Leid. pr. pro var. lectione.

Audi quod est) *Audi quid est verum*, Gryph.

non erat credibile obstare te redemptioni meae : interpretatus est maternum metum, et maris domui nostrae male experti periculum credidit, timens ne, si tibi non paruisset, nemo non vos putasset colludere. Ceterum me poterat non redimere, quum tu clamares, caeca sum, oculos desiderio viri perdidi, solitudinem ferre non possum : ita ille ad redemptionem meam excusatius profectus esset, si me minus desiderasses? Dubitatur an tua causa fecerit? et filium et virum habere non poteras : reddidit tibi quem magis amabas. Siste iam lacrimas, maritum reducem et incolumem accipe : quid irasceris? quae tanta mutatio est? quis hoc crederet? quereris discessisse, quem odisti, quum eum rediisse nolis, quem diligis. Atqui si, ut supra probavimus, is parentes in calamitate deserit, qui opem non fert, et, ut nunc ostendemus, optimus filius corpore suo adiutoria matri redemit, profecto opem tulit, id est non deseruit. Nam si, ut ante dixi, ne vestigio quidem abiisse a miseris licet, ne ipsorum quidem causa, qui adiuvantur, discedere fas erit, nec cibos saltem petere, aut alia usibus necessaria parare continget: si vero, dum adiuvatur parens, nihil refert, ubi sit ille, qui adiuvat, quia praesens cura exhibetur; quidquid tibi ego praestiti, ad au-

Experti) *Experiti*, Voss. pr.

Timens ne) *Itineris ne*, Leid. pr.

Si tibi non paruisset) *Si tibi paruisset*, Pith. Gryph. Colin. Vidov. Obr.

Excusatius) *Inexcusatius*, Lucas.

Dubitatur) *Dubitabitur*, Leid. sec. Voss. sec.

Reducem) *Reducere*, W. *Reduce*, Leid. pr.

Et incolumem) *Et* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Rediisse) *Redisse*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Atqui si, ut supra) *Atqui supra*, W. *Si* deest Voss. pr. Schultingio illae parentheses, ut *supra probavimus*, et *ut nunc ostendemus*, suspectae sunt; saltem dixisset; *ut nunc ostendimus*.

Ne vestigio) *Sine vestigio*, Voss. sec.

Nec cibos) *Ne cibos*, Voss. sec.

Continget) *Contingit*, W. *Contingat*, Voss. sec.

Dum adiuvatur) Francius corrigebat, dum *adiuvetur*; recte.

Praestiti, ad auctorem) *Praestiti filii ad a.* Voss. sec. forte *quidquid tibi praestiti fidei, ad* etc.

ctorem muneris, id est, ad redemptorem meum transferendum est. Non assedi, non consolatus sum, non ministravi, non tuli, non denique totus tibi redivi: verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est.

XXI. Sed iam tempus est ista, quae non excusata debent videri, verum pulchra atque magnifica, animo maiore defendere, et quum iudicium agatur exempli, tandem causam suam intelligere. Hoc saltem habebis, miserrime fili, quod honoratis contingere funeribus solet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc revocemus praeterita, et ad canendas unius laudes universorum vatum scriptorumque ora consentiant, vincet tamen res ista mille linguas, ipsamque, si sit aliqua corpore uno, facundiam materia superabit, etiam si nihil dixero, nisi quod obiectum est. Lucem libertatemque patri filius reddidit, et, quod ante inauditum est, magis me amavit, quam vellem: ingressus est maria, in quibus iam

Non tuli) Non porlavi te, explicat Ascensius. Quod non videtur hic convenire, ergo mallem subintelligere, non tuli manum. Nam supra plenios haec efferens dixit, *cibos ministrare, manum porrigere.* BVRM.

Verum fatendum) *Vnde fatendum*, W.

Non excusata debent) *Non excusata modo debent*, Leid. pr. Schult. malebat *excusanda.*

Animo maiore) *Animo maior*, Leid. pr.

Quod honoratis) *Quod honoraris contingere* etc. Leid. pr. Colb. sec.

Ista mille linguas) *Ista per mille linguas*, et in marg. *alii omnium mille linguas*, Leid. pr. Aberravit forte librarios, et vocem *omnium* non suo loco posuit; quum deberet ita legi: *universorum vatum, scriptorumque omnium ora consentiant.* BVRM.

Nisi quod obiectum est) *N. q. gestum est*, W.

Aliqua) *Aliquo*, Leid. pr.

Ingressus est maria) Terentiana locutio Hecyr. III, Sc. 4: *nescis quid mali praeterieris, qui nunquam es ingressus mare.* Suet. Calig. 23: *Quod ingressum se turbatius mare non esset sequutus.* Florus II, 2: *Appio Claudio primum fretum ingressus est.* et lib. II, 7: *Primo igitur Laevino consule Populus Romanus Ionium mare ingressus*; decl. 257: *ego periculosa maria ingressus sum.* Quod si eleganter dicatur, non video, qua specie Pollio apud Gellium lib. X, 26 in Sallustio reprehenderit, quod *transgredi maria* dixerit; ita certe Livius XLII, 1: *in Corsicam transgressus. Intrare maria* dixit auctor declam. 9. Sic et *flumen ingredi*; Dictys Cretens. III, 15: *Tum ingredi*

minimum periculi tempestas habet, et quod inter ista difficillimum est, amore mei vicit etiam matrem suam. Tace, nefaria lingua, ergo tu ista laudes? obtulit se captivitati, quia sciebat grave esse alligari; malis patris successit: subit libens poenam pietas etiam sceleribus gravem: tu melius, uxor, qnae facturum retinebas. Comparate nunc, si quis patrem per hostes solus tulit, qui quum venientia in patrem tela excepisset, simplici tamen morte defunctus est. Vnum legimus, qui vicarias pro patre, non quidem piratis aut mari manus obtulerit, sed ubi redimi posset. Me miserum! dicendum est, quod hoc ipso admoneor exemplo, in honorem pietatis etiam damnati sepeliuntur: haec alii laudant, ego queror.

XXII. Te quidem, iuvenis, omnia secula loquentur, et admirabile exemplum tenaci memoriae traditum, in ipsa astra sublimem pennata virtus feret: sed mihi ista laus tua care constat. Non erat satius lectulo matris incumbere, et in huius ministeriis deditum secura otia

flumen occipientem circumvenit, unde firmari posset suspicio Gruteri, qui apud Vellei. lib. II, 119, ubi vulgo legitur: *fuga cum alis Rhenum petere ingressus est*, delendam censet vocem *petere*: quamvis eam non male asserat Heinsius. BVRM.

Iam minimum) Vide ad declam. 2, pr.

Tu ista laudas) Ascriptum margini: *Tu ista non laudas*, Leid. pr.

Captivitati, quia sciebat) *Captivitatique sciebat*, Leid. pr.

Comparate) *Comparat*, Leid. sec.

Si quis) *Quis patrem*, Ed. Pith.

Aut mari) *Aut in mari*, Gryph. Colin. Vidov.

Sublimem) *Sublime* mallet Schultingius, respiciens, credo, illa Virgilii Ecl. IX, 29: *Cantantes sublime ferent ad sidera Cycni.* Sed et vulgata facile defendi potest; ante oculos autem hic declamator Horatiana illa ex lib. II, od. 2, habuit: *Illum aget penna metuente solvi Fama superstes* —; et II, od. 20: *Non usitata, nec tenui ferar Penna, biformis per liquidum aethera Vates* —; Et denique in primis illa lib. III, od. 2: — *Virtus udam Spernit humum fugiente penna.* BVRM.

Care constat) *Caro*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Et in huius) *Et his ministeriis*, W. Legerem *in huius ministeria*, ut Liv. I, 9: *deditae eo mentes*, sed passim hos casus antiqui confuderunt. SCH. Vera sunt, quae notat Vir Cl. et male

impendere? soli tibi contigerat, ut posses patrem excusare, non redimere. Me interim, ut coeperat, tabes lenta consumeret: me, quae debebat sola, senem mors redemisset: et quum exanime corpus in fluctus esset abiectum, si contigisset similis tempestas, quod aequius erat, tu me, fili, sepelisses. Fefellit te ingenitus honestis animis gloriae amor: spes tibi perpetuae laudis imposuit. Vbi virtus? ubi pietas? peristi, miser, et male audis. Non morienti pater assedi, non aegri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutavi, non spiritum excepi: absens, extinctus, eversus, mortem tuam inveni. Nemo aegro vincula laxavit, nemo manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos: tantum catenarum causa solutus es, neglectus, despectus. Quidni vilis senis vicarius? inter tot ardentissima febrium desideria, non habuisti quem posceres: quomodo te vincula composuerant, iacuisti: matrem, patrem, propinquos tantum cogitasti. Numquid indulgeo mihi, quod te puto exspirasse in carcere meo? nondum matri satisfactum est.

Lipsius tentabat Livii locum, et legi volebat, *deditae in eo mentes*, contra omnes libros, teste Gebhardo. Lucretius vero et alii, *deditus in re* dixerunt. Vide Gifan. Indic. in *deditus*, quare hic nihil moverem. BVRM.

Excusare) *Excusate*, Leid. sec. Cl. Schult. notat, *patrem* hic respicere ad *redimere*. Quare legebat, *matrem excusare, patrem non redimere*. Ascensius iam tentaverat, *patri te excusare, non patrem redimere. Patrem excusa, non te redimere*, Voss. sec.

Me, quae debebat) *Meque debebat*, Voss. sec. *Meque ut debebat*, Leid. pr. *Me quoque*, Lucas.

Similis tempestas) *Simul t.* W.

Ingenitus) *Ingens*, W.

Spes) *Spem*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. male; nam spes imposuit tibi, est, te fefellit, ut Cicero, Petronius et alii: quod iam recte Ascensius notavit. — *Pater assedi*) *Pauper assedi*, Colb. sec.

Latus mutavi) De hac locutione vide Heins. ad Ovid. Met. XIII, 937.

Aegro) *Aegra vincula*, Voss. sec.

Quid ni vilis) *Quid tu nil senis*, W. *Quid in*, Leid. sec.

Indulgeo mihi) Vide ad lib. VIII instit. Orat., c. 5.

Puto exspirasse) *Spirasse*, Voss. sec. *Inspirasse*, Leid. sec. Voss. pr. et ita Ascensios legit, Gryph. Colin. Vidov.

XXIII. Quoniam poenas a cadaveribus exigis, audi sequentia tempora. Mors ipsa filii tui naufragium fecit, per tot fluctus volutatum corpus intumuit, tot illisum scopulis, tam spatiosis tractum arenis, nunquam tamen infelicius, quam quum venit in terram. O quam grave est mori, quanto gravius, quod ego vivo superstes filii mei! vivo omnibus diis hominibusque, sed ante omnes mihi et invisus, et infestus: et uxoris quoque pietatem perdo. In funere filii divortium fecit: video haec rerum naturae bona, quae filio abstuli: omnis me aetas mei admonet luctus: senectus, ad quam non pervenit: misera pueritia, quam nunc transivit: adolescentia, in qua periit. Supersum, ut, si felicissime cesserit, rogum meum videam, et edaces circa corpus filii mei flammas: si hoc non contigerit, nigrum cadaver, et deforme etiam ignotis spectaculum. Inter haec mala credetis, puto, si dixero, Vellem oculos non habere: quid nunc amplius? ad te uxor preces convertam irritas, male tentatas? tu vero perge, et bono tuo utere: felicem te, quod in hac fortuna tua irasceris: ad hos confugiendum est.

Quoniam poenas) *Quae poenas*, W.

Volutatum) *Voluptatum*, Voss. pr. solemni permutatione. Vid. ad decl. 3, 13.

Intumuit) Metuit Cl. Schult. ne sit glossema, et mallet, *per tot fluctus volutatum, intervenientibus tot illisum scopulis*; sed solent aqua mersorum corpora intumescere; deinde malebat, *nusquam tamen inf.*

Quum venit) *Convenit*, Voss. pr.

Perdo) *Perdere*, W. Leid. sec.

Video) *Vide*, Leid. pr. pro Var. Lect.

Abstuli) *Abstulisti*, Lucas.

Mei admonet) *Me admonet*, Leid. prim.

Periit) *Perit*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Rogum meum) A me invita uxore filio constructum. Ascens.

Edaces) Vid. ad Petron. 122. *Edacis*, Voss. pr. Leid. sec.

Contigerit) *Contingerit*, Leid. pr.

Credetis) *Creditis*, Voss. sec.

Dixero) *Dicerem*, Voss. pr.

Male tentatas) *Et male tentatas*, Leid. pr. Sic *male tentatum veneno spiritum* dixit Flor. III, 5. Et, quod huic loco accommodatius *retentare saepe preces*, Ovid. XIV Met., 382, et *tentare deos*, Horat. III, Od. 23; ubi vide Torrentium. Burm.

Felicem te) *Felicemque te*, Leid. pr.

XXIV. Per communes casus, per calamitatem meam, humanae calamitatis exemplar, ita vos coniuges vestrae ament, non sic desiderent, ita hoc orbitatis meae ultimum exemplum sit, ita vobis habere tam pios filios non necesse sit, miseremini: si vicarium accipitis, me proiicite. Non invidiosae preces sunt, nihilominus impero: non laeta sententiam vestram sequetur gratulatio, non ad templa deducar, sed ad sepulcra: etiam quum vicero, flendum est: si vero vincimur, ibo in litus miser: planctibus aves abigam, aut me corpori filii mei velut tumulum imponam: iacebimus duo insepulta cadavera: me feris obiiciam, aut circa singulorum domus ad genua praetereuntium ibo: et recepto iam miseris more supplex, non cibos petam, non stipem: mendicabo terram, et collatas miserantium manu glebas, aut, quod certe licet, filium in mare proiiciam: iam crudeles aquae, et venti male secundi, reddo vobis vestrum beneficium: ferte quo libet, licet ad barbaros, licet ad hostes, licet ad piratas: fortasse aliquis iubebit sepeliri, certe, quod sciam, nemo prohibebit.

— *Fortuna tua*) *Tua* abest Leid. pr. Voss. pr. sec. — *Ad hos*) *Ad hoc*, W. Leid. sec. *Ad haec*, Leid. pr. Voss. sec. Gryph.

Ament) *Sic ament*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Vobis habere) *Nobis*, W.

Nihilominus impero) Velim *impetro*. Non est nimium quod rogo: nisi enim vos dabitis, tamen ego mihi dabo: mox enim ait, *me corpori filii mei velut tumulum imponam*. GRON. *Nihilominus. Si impetro* Leid. pr. *Impetro* Obr.

Non laeta sententiam) *Non laetam sententiam vestra*, Voss. sec.

Aut me) *Vt me*, W.

Tumulum) *Tumulus*, Leidens. pr. Voss. pr. sec. *Tumulis*, Colb. sec. Francius volebat *cumulum*.

Domus) *Domos*, W.

Ad genua) Malebat Cl. Schult. *aut genua*, vel *ante circum s. d. ac genua*, et mox *nec recepto i. m. m. supplex*; ut *nec* iungatur vel cum *recepto*, vel cum *supplex*.

Recepto) *Recepto tam miseri more*, W. Lucas. *Tam miseri*, Leid. pr. Voss. sec.

In mare) *In matrem*, W.

Quod sciam) *Quod scio*, W. Leid. pr. Lucas.

DECLAMATIO VII.

TORMENTA PAVPERIS.

ARGVMENTVM.

Liberum hominem torqueri ne liceat. Pauper et dives inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio revertebatur. Interfectus est adolescens. Offert se pauper in tormenta dicens, a divite eum interemptum. Dives contradicit ex lege.

PRO PAVPERE CONTRA DIVITEM.

CAP. I. Sentio, iudices, plurimum detrahi calamitatibus meis miserationis quod ad vos detulisse videor nimium fortem dolorem: et tristissimae orbitatis inde quoque accessisse novitatem, quod, quum adversus me tam gravia et crudelia deposcam, patior invidiam hominis exigentis aliena tormenta: non possum tamen vel in nobis approbare quid patiar, quod mihi non est relicta

Haec declamatio 19 est in W.

Ne liceat) *Non*, W.

Erat filius) *Erat* deest Voss. sec.

Nocte quadam) *N. quandam*, Voss. sec.

Eum interemptum) *Eum* deest Leid. prim.

Detulisse) *Pauper detulisse.* Sed subducta linea utrique voci, Leid. pr.

Inde quoque) *Mihi quoque*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Vel in nobis) *In vobis*, Leid. pr. *Tamen, ut velim, vobis*, Obr. Cl. Schulting. volebat, *vel inde vobis.* Quod placet, nisi malis, *hinc vobis*; non potest ex infirmitate, quam pater deberet ex dolore et aegritudine sentire et ostendere, aliis, ut iudicibus, approbare veritatem causae, et quid patiatur ob caedem filii ab inimico divite peractam; *probare* erat in W. Male: nam *approbare* hic ponitur, pro ostendere et persuadere aliis; ut ita saepe Suetonius. Vide Aug. 8, 12, 17; et ita Seneca, Tacitus et alii. Flor. II, 11: *Negatus est victori triumphus, quia causam belli non approbavit*, nimir. Senatui. Sic quoque conductores opus suum *approbare* locatoribus dicuntur, vid. Gronov. ad Senec.

miseri patris infirmitas. Percussorem filii mei vidi, et miserior sum, quam si nescirem quis occidisset: fateor igitur, iudices, ipse miror, unde ad hoc probationis genus repente confugerim. Veneram tanquam nuntiaturus indubia, manifesta: nec alium exspectaveram publicarum suspicionum de filii mei morte consensum, quam si percussorem videretis omnes: Hic, hic, ut torquerer inveni: postquam satis non videbantur explicare verba quod videram, confugi ad fidem doloris. Quid faciam, si temeritates quoque nostras conscientia reorum non potest pati? Intellexi miseratione factum, qui ut torquerer exegeram, ex quo me dives non putat aliud in quaestione dicturum. Neque ego, iudices, quemquam vestrum dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua trepidatione descendat, ut quis torqueri nolit inimicum. Quos nunc putatis cruciatus divitem pati, quem dolorem, quod hoc mihi negat? quam vellet ideo tantum filium meum non occidisse, ut mihi posset indulgere tormenta? An hoc creditis, iudices, divitem facere legum libertatisque respectu, et reum pro exem-

Natur. Quaest. VII, 16, et Bodae ad L. 7, §. 2, ff. ad Leg. Iul. repetund. et notas ad Phaedr. IV, 24. BVRM. —*Quid patiar*) *Quod patiar*, Leid. pr.

Indubia, manifesta) *Voce manifesta*, Colb.

Expectaveram) *Spectaveram*, W. Voss. pr. sec.

Videretis) Malebat Cl. Schult. *Vidissetis*; et ita nunc Oxonienses edidisse video, et esse in editione Lucae.

Reorum) *Rerum*, W. *Quoque reorum*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Vt torquerer exegeram) *Vt t. ut exegeram*, Leid. pr. Cl. Schult. putat legendum: *Intellexi miseratione factum, ne torquerer, qui, ut torquerer, exegeram*; vel *intellexi m. factum*, ut sit obiectio cui respondet: *Quin ut torquerer exegeram.* Quod non displicet, si modo negatio mox expungatur; quin exegi ut torquerer ex eo tempore, quo dives putat me aliud in quaestione dicturum, ac nunc dico; quem ut rebus confutarem, obtuli me quaestioni, semper eadem dicturus, filium meum ab illo interemptum. BVRM.

Non putat) *Non potuit*, W.

Quam vellet) *O quam v.* Leid. pr.

Non occidisse) *Non* deest W.

An hoc) *Ad hoc*, W. Voss. sec. *At hoc*, Leid. pr. Lucas.

plo esse sollicitum? ille vero nunc laceratur, et sic magis nostro dolore fruitur: operae pretium est inimico negare tormenta, quum feceris, ut velit ipse torqueri.

II. Illud igitur a vobis, iudices, infelicissimus omnium mortalium peto, ne quum inaudita, incredibilia passus sim, misereri velitis corporis mei: crudelius et indignius est quam torqueri, non impetrare tormenta. Est adversorum meorum et ista novitas, quod necesse habetis ea mihi ratione succurrere, qua odissetis alium: nec quidquam est homine infelicius, pro quo tormenta sunt. Percussorem a me filii mei visum esse contendo: facinus est, hoc vos non deprehendere, si mendacium est: facinus, hoc me non probare, si verum est. Quod ad me quidem, iudices, pertinet, orbitatis meae repeto praesentiam, et noctem illam rursus ante oculos meos co-

Vero nunc) *Vero non*, Voss. pr.

Et sic magis) Legendum, et *vel sic magis*, quamvis laceratur ille, quod non possit mihi indulgere tormenta; tamen etiam hac ratione percipit maiorem ex dolore meo voluptatem, quia tanto magis ei venit in mentem, quanto me dolore percusserit, quo adductus exigam tormenta. Ita *frui poena*, Claudian.; conf. Mal. et *ira nostra fruitur*, Senec. Herc. fur. 34. SCHVLT. Ego, si non recipienda sit lectio Vossiani codicis, *ille vero non laceratur*, malim legere, *sic minus nostro dolore fruitur*: quia ipse non caret cruciatibus, minorem capit voluptatem ex nostro dolore. Ita centies librarii *magis* et *minus* commutarunt. Vide Lucret. II, 533, et Heins. ad Ovid. IV ex Pont., 15 ult. De verbo vero *Frui* vide Barth. ad Stat. VII Theb., 704, et ad d. Claudiani l. ut et Gronov. ad Senecae. Ita mox cap. 10: *Saevitia fruitur dolore suspenso*, et ibidem, *vulneribus illis non fruentur oculi*, et alibi. BVRM.

Inimico negare) *Inimicum*, Leid. prim.

Adversorum) Ascensius videtur legisse *adversariorum*, ut est in Leid. prim.

Pro quo tormenta) Lege, *quam pro quo t.* is infelix, quia necesse est iniuria illi fiat; ceteroquin contra aliquem torquetur. SCHVLT.

Facinus, hoc me) *Facinus est hoc me*, W. Leid. pr. Lucas.

Pertinet, orbitatis) *Pertinet per orbitatis*, Leid. sec.

Orbitatis praesentiam) Fuit illa, quando filium vidit occisum: ita declam praeced.: *Aliud agenti patri subito ad litus orbitas appulsa est.* Sen. Thyest. 283: *Orbitas ingesta in ora patris*. SCHVLT.

gitationes reponunt: iam mihi videor et in tormentis esse confessus. Filium, iudices, habui sicut erecti ac sublimis animi, ita qui nondum suos haberet inimicos, et quem nemo adhuc, nisi causa tantum mei doloris, occideret. O parentum misera conditio, quam novis inusitatisque patemus insidiis! nos exasperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos nostros oderunt. Quis hoc unquam, iudices, simultatum timuisset ingenium, ut eodem aliquis excogitaret animo et quod parcit, et quod occidit? Reliqua, iudices, non debeo nisi in quaestione narrare. Felices illos in mei comparatione patres, qui periisse liberos suos nuntiis credunt: ego sum inaudita malorum novitate percussus, cuius unicus ideo tantum occisus est, ut viderem.

III. Revertebamur nocte pariter, sicut omnia nos vitae ministeria iungebant: et homines, quibus non servos praestabat fortuna custodes, tuebamur pauperem mutua pietate comitatum, invicem sustinentes, invicem innixi, nec nisi magna percussoris diligentia separandi; quum dives medio noctis horrore stricto mucrone prosiluit, et stupentibus attonitisque miseris confodit illum fortiorem; illum, qui fortassis aliquid in mea morte fe-

Sicut erecti) *Sic erecti*, Leid. pr.

Tantum mei) *Mei doloris tantum*, Voss. sec.

Simulatum) Ita inepte ediderunt Colin. Colon. Leidens. et quidam alii, quum rectius MSS. et editi meliores *simultatum*. Quod elegantissime dictum. Nisi malis *simultatium*, ut est in Voss. sec. ut *Calamitatium*, decl. 6, et similia passim in MSS. occurrunt. BVRM.

Excogitaret) *Exeogitare*, Voss. pr.

Quod parcit) Francius volebat, *quo parcit, et quo occidit.*

Reliqua) *Reliquas*, Leid. pr.

Non debeo) *Non debeam*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. *Debebam*, Leid. pr. Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Narrare) Deest W.

Perculsus) *Percussus*, W. Leid. pr. sec. Voss. prim. sec. Lucas, solemni librariorum commutatione, de qua plenius agemus ad Ov. IV Met., 138, et iam ad Petron. cap. 111, aliquid notavimus. Vide et optimum Drakenborchium ad Sil. II, 213. BVRM.

Homines, quibus) *Quibus* deest Leidens. sec.

Prosilut) *Prosilivit*, Voss. sec., malim *prosiluit.*

cisset. Confiteor, iudices, nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miseri patris: percussor voluit agnosci. Vos nunc, cives, vos omnes humani generis affectus, miserrimus interrogo pater: suadete quid faciam. Hunc, quem videtis circa me sanguinem, de filii mei vulneribus excepi: his manibus labentis unici membra sustinui: in oculis meis adhuc vultus illius morientis, haerent auribus verba super cadaver habita exsultantis inimici. Fidem tormentorum! quousque percussoris filii mei conscius ero? Aperite pectus istud, et totum de visceribus meis latronis egerite secretum. Vidi, et mihi non creditur: vidi, ita possim et in tormentis idem dicere: aut si compono, si fingo, urar, lacerer, et non probem: si videtur, torquendus sum, iudices, ut hoc desinam dicere. Nec me, iudices, fallit, quantam molem accusationis etiam in manifesta veritate

Pater) *Patri suadete*, W.

Filii mei) *Mei* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Accepi) *Excepi*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. qood praetoli.

In oculis meis) *Meis* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucae.

Haerent) *Haeret*, W. *Morientis*, *haerent auribus*, Gryph. Colin. et ita Cl. Schulting. non male. Nam plena locutio est, in oculis adhuc vultus morientis, scilicet sunt. In *oculis*, pro ante oculos vidimus supr. ad decl. 4, 20. *Haerent auribus* etc. quae distinctio confirmatur his ad finem huius declam: *rursus ante oculos sit morientis unici vultus*, *haerent verba percussoris:* aliter dicendum fuisset *in auribus*, ut in oculis. BVRM.

Verba) Deest W. qui et hoc ordine exhibet, *auribus exsultantis inimici super cadaver habita.*

Pectus istud) *Pectus illud*, W.

Ita possim) *Ita possum*, Leid. pr. Cl. Schult. *vidi*, *ita possim* etc. male: est asseverationis et iurisiurandi formula. Vide Cl. Graev. ad Flor. I, 1 fin. *Et tormentis*, W.

Aut si componam) Francius malebat *at si*.

Et non probem) Lege, *quod non probem;* notis istae voces scribebantur, unde corruptio facilis. SCHVLT. *Et* deest Lucae.

Si videtur) Idem est, ac si a vero non alienum vobis videtur; concedentis et in sententiam iudicum euntis formula; vid. ad decl. 5, 19, alludit vero ad formulam, qua iudices sententiam ferebant, et sibi *videri*, vel *non videri* pronuntiabant. Male Ascensius, si videtur rationi consonum; vide comm. ad Phaed. I, fab. 10. BVRM.

Hoc desinam) *Haec*, Leid. pr. Lucas.

Dicere) *Discere*, Voss. pr.

susceperim: divitem detuli reum pauper inimicus, occisi pater; et postulo, ut mihi credatur, testimonium in mea orbitate dicenti: itaque non deprecor, quo minus mihi velitis irasci, donec probem: torquete tanquam mentientem.

IV. Lex, inquit, liberum hominem torqueri vetat: per fidem, iudices, quis non hoc eum respondere credat, cuius tormenta poscantur! Nemini, iudices, credo dubium, legem, quae torqueri liberum hominem vetat, hoc prospexisse tantum, ne quis torqueretur invitus: et iura, quae nos a servilium corporum conditione secernunt, impatientiae tantum succurrisse nolentium. Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas: quidquid in honorem alicuius inventum est, desinet privilegium vocari posse, si cogas. Cuncta, si videtur, iura percurrite: nusquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod praestat, extorqueat. Dedit caeco talionis actionem, non manus recusantis impellit: iniuriarum, caedis agere permisit, sed non cogit invitos: adeo paene levius est ultionem perire,

In mea orbitate) Fraocius malebat *de mea.*

Itaque) *Ita*, Voss. pr.

Quo minus mihi) *Quomodo minus velitis*, Leid. pr.

Torquete) *Torquere*, Leid. pr.

Hoc eum) *Hoc reum*, Leid. prim. Lucas.

Cuius tormenta) *Cum torm.* W.

Sollicita lex est) *Sollicita res est*, W.

Talionis) Adscripta erat haec glossa; et ipsis verbis auctoris immixta, non in margioem reiecta. *Talio dicitur, qui tali, id est,* (*idem* Colb.) *simili; ut cui oculus aufertur* (*offertur* Colb.) *oculum auferat* (*offerat* Colb.) *vel si quid tale*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Non manus) *Num*, Voss. secund. *Etiamnum manus*, Leid. sec.

Iniuriarum, caedis) *Iniuriam caedis*, W. Leid. pr. Voss. pr. *Impellit iniuriarum. Caedis* etc. Gryph.; reliqui distinguunt, *Iniuriarum, caedis agere*; sed *iniuriarum caesis agere*, Obr.; *iniuriam*, Lucas.

Adeo paene) Melius cohaererent omnia, si legas, *ideo quod pene*, vel *adeo poenas levius et ultionem*. Sensus est aequiore animo patiuntur, quod non ulciscuotur, quam quod ulcisci non possunt. SCHVLT. *Adeo plene*, W.

Vltionem) *Vltione et potestate*, Leid. pr.

quam potestatem: genus servitutis est coacta libertas, et eadem iniquitas, quidquid de invito homine facias. Vis scire quid lex ista prospexerit? non exigo, ut torquearis. Quam multa, dii deaeque! non minus sunt iusta, quam lex: exigit quarundam invidia rerum, ut vinci se magnitudo patiatur? et quidquid accidisse mireris, tantumdem poscit in ultione novitatis. Filius in conspectu patris occisus est, torquete securi: nihil iniquius fieri potest: ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium illicitarum rerum consumpsit invidiam: et unde tormentis salva iustitia est, plus est de quo quaeritur, quam quo modo quaerendum est. Nullum debet inimicum videri genus probationis esse, quod solum est: et quidquid potuit prodesse severitati, nunquam nocuit exemplo: sufficit libertatis reverentiae, quod torquetis inviti, quod contra me non alius invenit! Liberum torqueri non licet.

V. Hoc est, iudices, propter quod filium meum dives coram me non timuit occidere: filium igitur meum in conspectu meo occisum esse contendo. Quid dicitis?

Iusta) *Iuxta*, Leid. prim. *Mixta*, Colb. sequuti autem sumus Obrechti distinctionem.

In ultione) *In ultionem*, Leid. pr.

Et unde tormentis) Legendum videtur, *consumpsit invidiam*, *et inde tormentis* etc. Quum scelus illud tantum sit, ut in illius comparatione omnes res illicitae invidia, sive mala existimatione hominum laborare non debent, tormenta erunt iusta, adhibebuntur salva iustitia. Illud *consumpsit invidiam* elegans est, idem nolat, quod decl. 12: *credibiles fabulas fecimus*, *felices miserias*, *scelera innocentia*. SCHVLT. De verbo *consumere* vide ad Petron. cap. 33.

Plus est) Filium in conspectu patris occidere, de quo quaeritur; grandius est flagitium, quam modus (tormenta) quo quaeritur. SCHVLTING.

Inimicum) *Iniquum* legendum esse iam suspicatus est Ascensius, et recepit Obrechtus; eadem diversitas est lib. V Instit., cap. 10, in loco Ciceronis pro Cluent. 23. BVRM.

Esse, quod solum) *Esse* deest W.

Severitati) Lego *severitate*; exempla severitatis non sunt periculosa, quippe qua respub. continetur. SCH.

Invenit) *Id petit* mallem: vel sensus est, quod mea voluntate accipio tormenta, non alterius calliditate aut calumniis subactus. SCHVLT.

Contendo) Abest hoc verbum W.

ita non erat contra proclamationis huius fidem, si nunc agere possem quietum modestumque miserum? vultis, quum hoc viderim, tantum testimonium dicam? mirum hercle, si scindo vestes, nudo corpus, ignes, flagella deposco? insaniat necesse est pater, quum solus hoc sciat. Fallitur, iudices, quisquis hoc, quod postulo, contemptum, quisquis audaciam vocat: filius urit, exagitat, et inter tormenta fugio dolorem: si mentientis est velle torqueri, invenite quid facere debeat, qui verum dicit, et non probat. Mentiris, inquit: bene quod et tu fateris non esse mihi sine quaestione credendum. Et quas per fidem, mendacio meo causas, dives, assignas? ignoro percussorem: deinde te potissimum, de quo quererer, elegi. An scio, et simultatibus nostris occasionem orbitatis indulgeo? decipi me non potuisse manifestum est; filius meus, quum pariter rediremus, occisus est. An dignoscere percussorem nocte non potui, quum percussor potuerit eligere, fugere? quid ais? iuvenem meum alius occidit, et tu mihi solatium ultionis imples? te accuso scilicet, ut interim nescio quis ille effugiat, evadat. Quod tu mihi genus furoris assignas,

Si nunc agere) *Sic nunc egere*, Leid. pr.

Vultis, quum) *Vultis nunc*, Voss. pr. Aliter distinguit Voss. sec. hoc modo, *si nunc agere possem. Quietum, modestumque miserum vultis. Quum hoc viderim*.

Contemptum) Intelligit contemptum *tormentorum*. SCHVLT.

Audaciam vocat) *A. putat*, W.

Vrit) Respicit ad laminas ardentes, quibus usi in tormentis. SCHVLT.

Et inter tormenta) *Et in tormenta*, W. Leid. pr. Voss. pr.

Si mentientis) *Sed mentientis*, W.

Quod et tu) *Quod tu*, W.

Fateris) *Feceris*, Leid. pr.

Et quas per fidem) *Et qua spe fidem*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. *Et qua spe fide*, Leid. pr.

Indulget) Impendo quasi per indulgentiam, dum vero percussori suam remittó poenam. SCHVLT.

Dignoscere) *Dinoscere*, Voss. sec. et ita edidit Vidov. Ita fere semper MSS. Vid. ad lib. XI Inst., 3.

Potuerit) *Potuit*, Voss. pr.

Solatium ultionis) *Solatium sceleris suples*, Leid. pr. pro varia lectione. *Solatium ultionis implebis? te accuso sceleris*, W.

Effugiat, evadat) *Evadát, fugiat*, Voss. pr. sec. *Ille fugiat*, Luc.

ut maximi sceleris ultio pereat falsae accusationis incerto? Homo, qui me vidisse contendo, quum occideres filium meum, nisi de te vindicor, non reliqui mihi, ut hoc de aliis probarem.

VI. O te extra omnes humanorum pectorum affectus, inimice, sepositum, nunc qui me putas posse mentiri! perdidi infelix illum cariorem pauperibus affectum. Succurrere mihi putas, quod aliquando dissedimus? falleris, deciperis: hominis, cuius occisus est filius, unus inimicus est. Sane possit aliquis hanc doloris dissimulationem mendacio perferre verborum; torqueri volo: nihil est tanti, nisi verum. Videlicet inter ignes ac flagella sufficit mihi, si dixero, hic est inimicus, anime, qui nobis subinde maledixit: hic ille contumeliosus, ille impotens. Ego nescio, an mihi possit in quaestione sufficere quod vidi, et quod inimicus me contendit ideo velle torqueri. Tormenta postulo: en ad quod confugiat homo, qui se sciat posse mentiri. Nulla est ratio quaestionum relicta mortalibus, si adiuvant contra veritatem, et sublata est de rebus humanis necessitatis huius utilitas, si iam

Inimice) Dubitabat Francius, an *unice* legendum esset.

Nunc qui me) *Nunc quoque me*, Lucas.

Perdidi infelix illum) Lego, *perdidi infelix filium, chariorem pauperibus affectum.* Divites saepe student orbitati, ut honorati et potentes sint; pauperes vero magis filios amant, quia ab illis aluntur et sustentantur. Affectus est pro eo, quem affectu prosequimur. Schvlt.

Mihi putas) *Mihi putas posse mentiri quod al.* Colb.

Dissedimus) *Discedimus*, Voss. sec.

Perferre) An *proferre*, vel *praeferre*?

Nihil est tanti, nisi) *Nihil est, nisi tanti verum*, Leid. pr.

Sufficit mihi) *Mihi* deest W.

Inter ignes) *Inter omnes*, Voss. pr.

Inimicus animae) Cl. Schultingius volebat *anime*, ut decl. 19: *quid agis, anime*? an ita librarii etiam voluerint incertum ideo est, quia illi dipthongos negligunt: edidit vero *anime* Obrechtus.

Impotens) *Impudens*, W.

Sufficere quod vidi) Lege, *sufficere si dixero quod vidi*; repetitio omissa erat. Schvlt.

Est ad quod) *Et ad quod*, Vidov.

Si iam tuetur) Forte: *si causam tuetur ultro.* Schvlt. *Suam ultro tuetur*, Voss. sec.

tuetur ultro, explicatque fingentibus. Hucusque durant artis ingenia mortalium: et licet sit aliquis secreti firmitate compositus, hominem tamen ultra non sequitur animus. Non vacat asserere quae finxeris, tunc quum vix prodest et verum fateri: et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert, cuius ad equuleum nominis persuasionem, quas silentii afferas causas: in quaestionibus tantum corpora sumus, et nemo non contra aliquem torquetur affectum. Exigam quaestionem, an recusem, quid interest? tormentorum vi brevi futurus similis homini, qui fateatur invitus. Novum, iudices, inauditumque rebus humanis aperitur exemplum.

VII. Nemo unquam ideo torqueri non debuit, quia mentiretur: sed si fas est, iudices, dubitare de fide quaestionum, alius debet esse suspectus, ille scilicet, in quo servilium pectorum recessus, in quo verniles excutiuntur artus. Quoties tortori est rixa cum membris,

Explicatque) *Explicitque*, Voss. sec.

Artis ingenia) Malim *artes et ingenia*. SCHVLT. De voce *durare*, vide ad lib. IX Instit., 2.

Vltra) Pro ulterius, ut saepe Tacitus. SCHVLT.

Auimus) Pro *animus* in margine Gryph. Ed. notaverat manus ignota *amicus*.

Sit aliquis) *Si aliquis*, Voss. pr. sec.

Vix prodest) *Vis prodest*, W. *Prodest* deest Voss. pr.

Exigam quaestionem) Legendum et distinguendum ita puto: *Exigam quaestionem, an recusem, quid interest? Tormentorum vi brevi futurus* etc. SCHVLT. Recte, ut puto, nam *tormentorum* est in W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. *Vi* autem adhaesit voci *brevi*.

An recusem) *Aut rec.* Gryph.

Brevi futurus) *Brevis futurus*, W. *Brevi futurum*, Leid. pr. pro varia lectione, *tormentorum brevi*, Lucas.

Invitus) *Invitis*, W.

Non debuit) *Non* deest Leid. sec.

Sed si fas) *Sed et si fas*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Ille scilicet) *Ille solet*, W.

Quaestionum) *Quaestionis*, Leid. pr.

Artus) *Actus*, W. Ego mallem *artes*; Ovid. 241: *Tunc aperit mentes, aevo rarissima nostro Simplicitas, artes excutiente Deo*; et hoc est quod egregie Horat. III, od. 21, dixit de vino: *Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro* —; nam

tum cruciatus agnoscit assiduis suppliciis durata patientia, et homini non est nova res dolor corporis appliciti, quod scissa laceratаque veste primum ferre non potest pudorem, quod nescit ad flagellorum vices membra componere, nec ullo verbera frangit occursu. Nos, inquam, sumus, quos leges supervacuum putavere torqueri: unde nobis inter ista secretum? in tormentis libero homini opus est patientia, ut verum dicat. Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis, ut torquearis: aliud sunt, inimice, tormenta, aliud velle torqueri. Felices illos qui recusare voluerunt: meretur clemen-

nt tormenta excutiunt artes, ita et vinum, quod tormentum est lenius; pro *verniles* erat in Leid. pr. margine pro varia lectione *similes*. BVRM.

Tum cruciatus) *Quum cr.* Leid. pr. sensus obscurior, quem hunc esse puto; quoties tortor diu luctari debet cum membris hominis, per assidua supplicia et tormenta indurati, (ut servi sunt) cruciatus ille vix sentit dolorem. Sed alia res in homine libero, qui nunquam tormenta expertus est, et qui statim ac spoliari a carnifice incipit, pudore iam, quasi tormento aliquo, se prodit, neque usu didicit ita corpus et membra componere, ut frangat vim verberum. Sed ut ille sensus efficiatur, aliter locus constituendus videtur, forte hoc modo: *Quoties tortori est rixa cum membris, non cruciatus agnoscit assiduis suppliciis durata patientia* (id est servos duros et patiens per quotidianas poenas factus, et assidua supplicia, non agnoscit dolores et cruciatus) *sed homini libero est nova res dolor corporis appliciti* (sive admoti equuleo) *quod* etc. Cl. Schult. servata lectione vulgata (nisi quod et coniecerat legendum esse: *quum cruciatus non agnoscit*) in prioribus distinguebat post *dolor*. Et deinde legebat *Corpus applicui* (ita et W. et *corpus appliciti*, Voss. sec. *Corpus applicitur*, Leid. pr. et sec.) *quod scissa* etc. *non poterit pudorem*, *quod nesciet* etc. *Nec ullo verbera franget oc.* ego, inquit pauper, corpus applicui (scilicet equuleo: ut Livius lib. XXVI, 44, simpliciter *applicare scalas* dixit) consilium autem pro facto positum, quia sperabat se impetraturum, quod petebat. BVRM.

Dolor) *Dolor* : *corpus applicitur*, Lucas.

Laceraque) *Laceratаque*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Gryph. Colin. Vidov.

Ad flagellorum) *Ad* deest Voss. pr.

Nos, inquam) Malim, *non inquam*, et ita egregie subiiciuntur sequentibus. SCHVLT. Et ita edit. Pith.

Tormenta, aliud) Cl. Scholt. legebat, *tormenta velle*, *aliud velle torqueri*, vel saltem subintelligi debere *velle* : *aliud vere*, Lucas.

Felices illos) *Felices illi*, Leid. pr. parum refert; malo tamen prius. Nam sic paulo ante cap. 2 : *Felices illos patres*, et decl. 6 : *Felicem te* ; Ovid.

tiam et favorem, quisquis ad illa tremens exanimisque perducitur, quem vix a genibus tortor abducit, cui iam scissas quoque difficile possis eripere vestes. Ego quemadmodum vultis deprecer, qui videor provocasse tortorem? ille, ille sine ulla miseratione laceratur, cui ad singulos ictus dicitur, ipse voluisti: quem non decet rogare, qui creditur fingere proclamationes, simulare gemitus: de quo primum videntur vindicanda tormenta.

VIII. Non invenio, iudices, quid sperare possit qui mentitur, et exigit quaestionem: homini, qui vult torqueri, diu non creditur, nec verum dicenti: nec est, iudices, quod putetis adeo mihi tristissimam orbitatem omnes humanorum pectorum rapuisse sensus, ut non intelligam petere me, quod dives possit evadere, et paene magis pro percussore torqueri. Sed quid me facere vultis? non debeo videri posse mentiri, homo, qui quum filius meus occideretur, interfui: veritati tantum praesto patientiam, exigo quaestionem, in qua quid dicturus sim, nescio; quid debeam dicere, vidi, scio. Vul-

Episl. XIX, 111: *Felices illas, sua quas praesentia nosse Crimina vera iubet, falsa timere vetat*; Fastor. I, 297: *Felices animos, quibus haec cognoscere primis, Inque domos superas scandere cura fiat*; Vbi et quidam *felices animae*; sed vide Heinsii notas. BVRM. — *Recusare voluerunt*) Lege, *qui recusare non potuerunt*. Minus enim saeve, quam ego torquebuntur: ot mox dicet. SCHVLT.

A genubus) *A gentibus*, W.

Cui iam) *Quum iam*, W.

Possis eripere) *Posses*, Lucas.

Qui videor provocasse) *Quod videor provenisse*, W.

Rapuisse sensus) *Eripuisse s.* W.

Et paene magis) *Et petam magis*, W. *poenam magis*, Voss. pr.

Torqueri) *Torqueris*, Leid. pr. Voss. pr. Cl. Schult. mallet et *paene me magis et pro percussore*. Id est illius gratia.

Non debeo videri posse) *Videri* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucae.

Dicturus sim) *Dicturus sum*, Leid. pr.

Quid debeam) *Quid deberem*, Lucas.

Vidi, scio) *Vidi. Scio, vultis* etc. Lucas. Gryph. Colin. Vidov. *Veri*; Colb. unde Obr. *verum* legebat, Francius volebat *video, scio*; Cl. Schultingius coniiciebat *iudices, scio*. *Vultis* etc. errore nato, quod passim in MSS. harum declamationum scriptum sit *iud.* quod saepe pro *videlicet*

tis post hoc argumentis, suspicionibus agam? breviora tormenta sunt. Non invenio, iudices, cur renuat tantopere dives quaestionem, postquam supersunt adhuc incerta ac dubia: facinus est tamen me non torqueri, si mihi torto utique credendum est. Quousque me, crudelissime mortalium, metus simulatione deludis? ego magis, qui postulo tormenta, timeo: ego, qui nihil facere potui, quum viderem. Suspecta tibi est nostra patientia: vides enim, hortatur nos contra dolorem primae robur aetatis, solidum plenumque corpus: quam facilis, quam expedita res est torqueri miserum! affero ad quaestionem iam planctibus membra liventia: quantum animae, quantum sanguinis orbitas traxit? quanto imbecilliora sunt haec quotidianis lamentationibus everberata vitalia? quidquam ergo fingere potest hic pallor, haec macies, et iam torto similis infirmitas? Adiice quod nihil minus in quaestione diu possis dicere si mentiaris, quam quod oculis scias: et brevissimum confessionis est genus dixisse quod videris.

IX. Felices, dives, quos tortor interrogat, qui non

etiam ceperunt, quum sit *iudices*. Sic et initio declam. 9 pro *iudices* legendum *vidi*. BVRM.

Hortatur me) Iubet me bonum animum habere, firmat, vide Bern. et Vorst. ad Iust. XI, 9; sunt vero haec ironice dicta. BVRM.

Solidum plenumque) Imitatio Terentiana, Eun. II, 3: *corpus solidum et succi plenum*; et Lucil. apud Nonium in, *stare*; *hic corpus solidum invenies*. Seren. Sammon. 35: *Si modicus pleno manat de corpore sanguis*; Ita *plenus* pro pingui, Ovid. II Art., 661, Remed. 327: *Et plenum os*. Suet. Caes. 45, Petron. 87. BVRM.

Liventia) *Labentia*, W. Colb. *Libentia*, Voss. pr. sec.

Quidquam ergo) *Quidquid e*. W.

Et iam torto) *Etiam t.*, Voss. pr. sec. dictum vero pro torti infirmitati similis infirmitas, eodem modo ut a Iustino IV, cap. 3: *Facinus nulli Tyranno comparandum* dictum, notavit Cl. Schultingius.

Similis) *Simul*, W.

Adiice) *Adiicere*, W. Leid. sec. *Adice*, Leid. pr. Voss. sec. *Adicere*, Voss. pr.

Si mentiaris) Lege, *nisi mentiaris*. SCHVLT.

Dixisse quod) *Distulisse quod*, W. Voss. sec. Leid. sec. Colb.

Felices, dives) *Felices divites*, Leid. pr. *Felices dices*, Gryph. Colin. Vidov.

Quos tortor) *Quos torto*, Voss. pr.

habent in sua potestate credentes: impatientissima res est, posse, quum velis, desinere torqueri. Quin potius, inquit, probas? fiduciam hominis, qui scias hoc me vidisse solum. Sine dubio, dives, multa te poterant argumenta convincere, si deferret alius: et eras manifestissimus reus, si mihi percussor quaerendus esset: quis enim credibilior in caede pauperis, quam dives inimicus? aut de quo facilius constare posset scelere, quod causam non habet, nisi de sola ultione? non invenit multa verba, vidisse: nec mihi debet perire probatio ista, quia poteras, et accusari: exigit probationes, quum facinus sic disposuerit, ne possit probari. Quem mihi nox testem, quos praestare potuit oculos nuda semper et incomitata paupertas? tibi servus a conscientia sceleris summovendus fuit: et ista ratione quis interesset, quem putares posse torqueri? et totum facinus in has angustias redegisti, ut illud soli scirent, qui faciebant, et cui non crederetur. Numquid dubitaretis quaerere, si alius sciret hoc scelus? facinus est, ideo filii mei pe-

Qui non habent) Forte, *interrogat, nec quamdiu instat in sua p. credunt esse*, vel *nec quando instat*, SCHVLT.

Credentes) *Credentis*, Lucas.

Quin potius) *Quid non potius inquiri*, W. male; Petron. 111: *Quin potius ad temeritatem confugimus.*

Qui scias) *Qui sciat*, W. Leid. pr. sec. *Qui sciat me*, Colb.

Et eras) *Et erat*, Leid. pr.

Causam non habet) *Causam* deest W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Non invenit) Coniecerat Cl. Francius *non involvit*; male. Illud *vidisse*, unicum verbum, sufficit in hac re, nec multa alia verba requirit, ut in ceteris probationibus.

Disposuerit) *Deposuerit*, W. Colb. et mox, *me posse probari*, W.

Et incomitata) *Et* deest W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucae.

Et ista ratione) Lego, *ne ista ratione*. Aut dele *et* hic, vel initio periodi sequentis. SCHVLT.

Quem putares) *Quae*, Leid. pr.

In has angustias) *In* deest W.

Qui faciebant) Malim, *faciebat*. Tu scilicet, qui faciebas, et ego, cui non crederetur. Credidit librarius *faciebant* requiri propter *scirent*, sed hic pluralis ad utrumque pertinet, et qui faciebat, et cui non crederetur. BVRM.

Numquid) *Non quid non dubitatis*, Voss. pr. *Numquid non d.* Leid. pr. Colb.

Filii mei) *Mei* deest, W.

rire vindictam, quia pater vidi. Ego vero, iudices, et ex hoc, quod recusat dives quaestionem, partem probationis implevi: accusatoris tormenta nunquam timebit reus, nisi de quo credi potest et ante tormenta. Cur, inquit, si mihi causae sceleris simultates nostrae erant, non te potius occidissem? vere crudelis, ego te hoc maxime argumento percussorem probo, quod mihi pepercisti: tuum fuit hoc, inimice, commentum occiso filio servare patrem: parcendi tamen mihi vel haec fuit ratio, quod defendi non poteras, si duo perissemus.

X. Audire mehercle mihi videor illas cogitationes, illa scelerum secreta consilia: quid mihi cum vulneribus, quid cum cruore consumptae, et iam paene abeuntis animae? occidatur potius ille iam iuvenis, iam inimicus; de sene vindicabitis me, patris oculi. Vis mirer, quod me nolueris occidere? queri mehercle te puto, quod in senectute magni doloris vita brevis est: pepercisti mihi, quomodo excogitant artes detinere supplicia, et de pereuntibus magis saevitia fruitur dolore suspenso. Agnosco noctis illius clementiam, inimice; quod me tor-

Vere crudelis) *Ne crudelis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Scriptum scilicet sine diphthongo *nae*, affirmantia particula; per diphthongum quidem scribendam hanc particulam contendunt Aldus et Dausquei. in Orthograph. sed contra ex libris optimis et veterrimis docent Faërnus ad Terent. Andr. prol. et Malasp. ad Cic. VI ad Att., 1, (ubi et agit de eius usu et coniunctione cum pronominibus), ex quibus sua hausit Faber ad Andr. prol. Terentii; de Plauto tamen fallitur, ut ex loco a Malaspina adducto patet; et Lucilius etiam apud Donat. ad Ter. Andr. II, 1: *Ne in arce bovem discerpsi magnifice*, *inquit*, ubi tamen Faërnus *nequem*. BURM.

Tamen mihi) *Mihi* deest W.

Audire me hercule) *Audire modo hercle*, Lucas.

De sene) *Desine*, W.

Me nolueris) *Me volueris*, W.

Excogitant) *Excogitavit*, W.

Saevitia eruitur dolore) Emendo: *et de pereuntibus magis saevitia fruitur dolore suspenso*. Magis delectatur, si diu cruciet, si ita feriat, ut mori se sentiat; Claudianus: *Qui fruitur poena, ferus est.* GRON. Cl. Schult. coniecerat eodem modo, vel etiam *meruerit*, id est operae pretium fecerit; in W. erat *crevit*. *Eruit* vero in Voss. sec. *Fruitur* recepit Obrechtus, quem et sequuti sumus; vid. ad principium huius declam.

queri non vis, ex hoc evenit, quod neque occidisti: tentat, iudices, efficere dives, ut incredibile videatur, quod occisum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat; et id tutius esse inimico patre, quam conscio. Plus est quod affirmo, filium in conspectu patris occidere; sic operae pretium est, si illud ipse facias: perdit plurimam de sceleribus voluptatem, qui mandat; et minus gratiae rebus ex nuntio venit. Occidet alius te iubente, sed vulneribus illis non fruentur oculi; sed plus est, ut singultibus abeuntis animae, ut cruore satieris, ut collapsum palpitantemque videas, ut me vidente. Convenit, iudices, quod ipse dives hoc fecit, et quod ego vidi: ratio saevitiae est, ut aliquis coram me occidatur, propter quem occiditur.

XI. Fidem vestram, iudices, ne me ideo non putetis vidisse, quia nihil feci: servulorum iste libertorumque dolor est, occiso homine statim scire, quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominumque testari, postea cum lacrymis venire: vultis percussorem invadam? vultis fugientem sequar? interim deficientem quis excipiet? cui se morientis imponet infirmitas? scis profecto, percussor, facinus ordinare, disponere: filium occidere coram patre, secretum est. Miseremini, iudi-

Evenit) *Venit*, W.

Vt incredibile) *Vt credibile*, W.

Securitatis) *Crudelitatis*, Lucas.

Vel conscio) Deest vox; *nullo conscio* plenom esset, ut mox: *filium occidere coram patre secretum est.* SCHVLT. *Inimico, quam patre conscio*, Lucas.

Plurimam) *Plurimum*, Leid. pr. a m. pr. Voss. pr. sec.

Ex nuntio venit) *Venit* deest W.

Abeuntis) *Abeuntibus*, W.

Vt cruore) *Et cruore*, Lucas.

Vt me vidente) *Vt* deest Leid pr. *Vt me tuente*, Colb. Cl. Schult. malebat *aut videntem*, vel *ut morientem*; corruptus locus est. Forte, *et me vivente*, patre occisi, ex cuius dolore ille percussor magis gaudeat.

Quia nihil feci) *Quia mihi feci*, W.

Libertorumque) *Libertorum*, Voss. pr.

Venire) *Veni*, Leid. pr. Voss. pr.

Morientis) *Morienti*, W.

ces, igitur, ut hinc quoque velitis aestimare divitis conscientiam, quod contentus est, ne de scelere quaeratur: non habet fiduciam hominis, qui me sciat mentiri? et quod non minus debetis attendere, quam si fateretur, non putat sibi salvum, ut iterum neget: dissimules licet, non est innocentiae metus, quum timentur aliena tormenta. Quid ait dives? orbitatem meam in tale genus usumque convertet, si paterni doloris auctoritas facinus impingit alienum? deinde non ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes: diceres mehercle te velle torqueri; ego scindo vestes, tu intremiscis; ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem; ego equuleos, ego posco flammas; tu non habes in meo dolore patientiam: rogo quid aliud faceret qui occidisset? Quid nunc agam miser? gratiam confessionis ante tormenta consumpsi. Scio quanto credibilius fuisset, si hoc statim inter ignes, inter flagella dixissem: et multum de auctoritate primae proclamationis amisi: non est tamen quod supervacua putetis esse tormenta, quamquam dixerim quidquid sciebam.

XII. Habeo adhuc ex illo multa referre secreto, quae argumenta faciet dolor: non refert an me vidisse dixerim, tormentis hoc probaturus sum, debuisse mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc, inimice, torqueris, quod te coram iudicibus interrogo, quod hoc non potes

Velitis) *Velistis*, Voss. pr.

Divitis) Deest W.

Qui me sciat) *Qui sciat*, W.

Orbitatem meam) Lege *orbitatem m. l. t. g. u. converto, et tibi paterni d. a. f. i. alienum*, vel *orbitatem etc. converte, si pat. d. a. f. impingat al.* SCHVLT. *Quid ait? Dives orbitatem* etc. Voss. sec. *Convertetur*, W.

Affers) *Aufers*, Voss. pr.

Diceres) *Dicerem*, W. *Dicere*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Faceret qui occidisset) *Faceres qui occidisti*, W.

Consumpsi) *Conscripsi*, W. male; vide ad Iust. IV, 1, et alibi.

Putetis esse) *Esse* deest W.

Quamquam dixerim) *Quam nunquam d.*, W.

Debuisse mihi) An non, *probaturus sum; debuisset mihi credi a. t.*?

Non potes) *Non potest*, Lucas,

mihi fateri: sed si bene gaudii tui perspicio secretum, non putas te negare quia vidi. Arrogantissime percussorum, evasisse te putabas, quod illud duo tantum sciebamus? meis, meis hoc ignibus nega; et dum me per singulos artus tortor interrogat, perfer saltem non credendi patientiam; quum ego me vidisse proclamem, tu nullam afferas innocentiae probationem. Non potes aliter absolvi, quam ut illud ego negem: nec tamen, iudices, putetis solo me calamitatum ambitu petere quaestionem; dabo propter quod torqueatis irati: filium meum, illum singulis vobis universisque laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem arrogans eram, occidit, mea nimia libertas. Ita ego te non equuleo efferam, non super ardentes exuam flammas? nunc me vindicas, nunc tueris. Modo, modo coram me filium meum, dives, occidit fiducia tui: concurrite omnes liberi, omnes parentes; urite, lacerate hos primum patris oculos; distrahite has manus, quae nihil pro pereunte fecerunt: hoc corpus, haec membra, quae de complexu latronis vulnera nulla retulerunt: sive hoc poenam, sive vultis

Non putas) *Non potes*, Voss. sec.

Perfer) *Profer*, Leid. pr. non male. Vid. ad decl. 5, 7.

Non potest) *Non potes*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. Colon.

Propter quod torqueatis) *Propter quod me tor.* W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucas.

Vniversisque) *Vniversis*, W.

Occidit, mea nimia) *Occidit mea nimia libertas*; ita distinguit Voss. sec. et edidit Obr. Cl. Schultingius *libertas* geminabat, hoc modo: *Mea nimia libertas. O libertas*; *ita* etc.

Efferam) *Offeram*, W. et ita edidit Obr.

Eximam) *Eruam*, W. *Exuam*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Gryph. Colin. Vidov. *Exigam*, Obr. sed nos *efferam*, et *exuam* praetulimus; est enim sermo ad libertatem, qua offendit divitem; qui ideo filium occidit; hanc servare vult ad finem vitae, et neque in equuleo nec inter flammas efferre quasi, et sepelire. BVRM.

Modo, modo) V. Heins. ad Petron. c. 41.

Hos primum) *Hos, hos primum*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Quae de complexu) *Qui d. c.* Leid. pr.

esse clementiam, debeo tam miser esse, dum probo, quam quum viderem.

XIII. Miserum me, si fas est in quaestione mentiri! sine dubio dives hoc captavit recusando quaestionem, ne crederetur: sed dura parumper, anime, vidisti. Nunc infelix ad nos miseros pietas, redi; quod fieri in ipsa orbitate non potuit, et vires, quas improvisus abstulit dolor, probatio restituet: quum flammis urentur nuda vitalia, nox illa occurrat; quum membra fidiculae, flagella laxaverint, rursus ante oculos sit morientis unici vultus; haereant verba percussoris, mandata pereuntis: filium spectasse morientem, longa praesentia est. Nescis, infelix senectus, quanta tibi opus sit veritatis contentione, ut poeniteat divitem, quod non duos occidit: iam nunc tamen vobis, iudices, infirmitatem meam allego, commendo: si me forte fidiculae, flagella mutaverint, ego tamen vidi; si vocem in equuleis ignibusque perdidero, ego tamen vidi; si totus undique dolor pariter admotus occiderit, ego tamen vidi: alioqui nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

Clementiam) *Dementiam*, Lucas.

Ne crederetur) *Non crederetur*, Voss. pr.

Dura) *Dum*, W,

Anima vidisti) *Animae vidisti*, Voss. sec. *Anime*, Leid. pr.

Miseros) *Misera*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Nox illa) *Vox illa*, W.

Mutaverint) *Mutaverunt*, Leid. pr.

Alioqui) Latet nescio quid. Lege: *alioqui nisi hoc animo meo, nisi l. oculis*, (qui scilicet viderunt, eoque dolent), *moriar hoc animo, quo puto me posse, torqueri*; sic *torqueri* potest ad primum etiam membrum retrahi. SCHVLT. *Nisi liqueret*, Obr.

DECLAMATIO VIII.

GEMINI LANGVENTES.

ARGVMENTVM.

Gemini, quibus erant pater et mater, aegrotare coeperunt. Consulti medici dixerunt eundem esse languorem: desperantibus reliquis, promisit unus se alterum sanaturum, si alterius vitalia inspexisset. Permittente patre exsecuit infantem, et vitalia inspexit. Sanato uno, accusatur pater ab uxore malae tractationis.

PRO MATRE CONTRA PATREM.

CAP. I. Quamvis, iudices, plurimum infelicissimae matris adversis miserationis abstulerit, quod ex duobus liberis pari desperatione languentibus alter evasit, et plerisque maximum dolorem prima fronte tractantibus videatur aviditas gaudiorum, ut modo ad totius orbitatis redacta patientiam, iam non sit unius salute contenta; non possumus tamen affectibus vestris non hanc primam tristissimae calamitatis allegare mensuram,

Declamatio 8) In W. erat 5.

Erant pater et mater) *Erat pater mater*, W. *Erat pater et mater*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Prima fronte) Qui non rem ipsam inspiciunt. SCHVLT. Ita *frons causae prima*, decl. 306; vid. ad Instit. I, 4, et IV, 1. BVRM.

Tractantibus) *Tractatibus*, Voss. sec.

Aviditas gaudiorum) Id est nimia gaudia appetens, cui semper rebus ex volo fluentibus aliquid adhuc deesse videtur. SCHVLT.

Possumus tamen) *P. tantum*, W.

Allegare) *Allegasse*, Voss. pr. a m. sec.

Mensuram) Ita mox, *mensura calamitatum*; et decl. 19: *Breviter perditissimae mentis definienda mensura est*; et decl. 11: *Quum facinus mensura poenae est. Prima* autem *mensura* est, ex qua primum aestimari potest, quam sit misera mater. SCHVLT.

quae ex ipsa quoque solatii sui conditione descendit. Minus misera quereretur de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus: nunc infelix par non est dolori; nunc non invenit ulla solatia, ex quo sibi videtur filium perdidisse victurum: super impatientiam tristissimae orbitatis increscit, quod intelligit illum non sine sanitate fuisse languorem: nec persuaderi miserae potest perituro laborasse fato, in quo inventum est quod sanaret alium. Captet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem metu maiore protegere, non invenio, unde colligi possit utrumque fuisse moriturum: ex duobus aegris non periit, nisi qui occisus est.

II. Ante omnia igitur illud a vobis infelicissima mater petit, ne maximi sceleris ideo decrescat invidia, quia pati videtur et reus ex orbitate tantumdem: non perdidit filium quisquis occidit: explicat a dolore patrem, quod sibi videtur fecisse rem maximam, et in locum

Increscit) Decl. 321: *Maior atque arctior caritas increvit.* Iust. XI, 11: *Animo mirus increvit tumor*; l. 12, §. 27, ff. de instr. et instr. leg. *Quam sententiam quotidie increscere et invalescere videmus.* Tacit. Agricol. 8: *Temperavit vim ardoremque compescuit, ne incresceret.* Val. Flacc. I, 315: *Increscunt gemitus*; et ita Sen. Med. 951, *rursus increscit dolor*, et sic hic referri potest ad dolorem. Nisi melius forte *supra imp. t. o. inacescit.* Apulei. V Met.: *ac si tibi etiam, ut par est, contumelia nostra inacuit.* SCHVLT. De verbo *inacescere* vide, post Gronov. II Obs., 21; Heinsium ad Ovid. Remed. Amor. 307.

Illum non sine) *Illud non sine*, Colb.

Miserae) *Misero*, Voss. sec.

Perituro fato) Pro perdituro, ut Petron. 119: *Peritura prodere fata.* Si[illegible]ducum *auspicium*, quod casum denuntiat Festus. *Imminentia signa*, Flor. IV, 7. *Praesens* eidem IV, 7; quod praesentes deos et propitios significat. SCHVLT. Similia notavit Vir Ampl. Cuperus ad Petronii locum, sed et ibi *peritura facta*, legendum esse, et hic *perdituro*, puto, et fruste tam duris locutionibus patrocinia undique conquirere viros doctos arbitror: praeterea in Leid. pr. erat, *perpetuo laborasse fato.* BVRM.

Quod sanaret) Francius malebat, *quo sanaret.*

Captet) Vid. ad Phaedr. IV, 7, et ita supra II, 14, et passim.

Illud a vobis) *A vobis* deest W.

Explicat a dolore) *Explica tamen dolore patrem*, Voss. sec.

Quod sibi) *Quod si*, Voss. pr.

iuvenis amissi substituit de vanitate solatium. Alia est, alia conditio matris, quae medico non credidit, apud quam saevissimae conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi: pro utroque timuit; pro utroque speravit. Facinus est, eum maioris pietatis videri, qui de morte filii putavit alterius vel certa salute transigere: sic debetis odisse patrem, tanquam duos occiderit, cuius non interfuit, uter occideretur. Est tamen, sanctissimi iudices, quod de crudelissimo parricida queri possit non sola mater: adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem, et morborum languorisque violentiam medicinae concessit. Filium occidit, si ipsi creditis, fortasse moriturum: et hominem, cuius charitas debuerat ipsa desperatione crevisse, in hoc solum impendit, ut tantumdem superesset incerti: non exonerat, iudices, immanitatem saevissimi patris, quod hac ratione credidit: de languente filio rem inauditam, rem facere crudelem, unam rationem habet, si ipse sanetur.

Alia est, alia conditio) *Alia est conditio*, Voss. sec.

Putavit) *Potuit*, Leid. pr. Obr.

Alterius vel certa) *Alterius filii vel certa*, W.

Sic debetis) *Et sic debetis*, Leid. pr.

Est tamen) *Est tantum*, W.

Crudelissimo parricida) *Cr. parricidio*, Leid. pr.

Si ipsi creditis) *Si ipsum cr.* Voss. prim.

Impendit) Decl. 19: *Scilicet filius impensus est, ut erubesceres, ut male audires.* Schvlt.

Quod hac ratione) *Quod hac curatione*, Obr. Cl. Schultingium varie sollicitum habuit hic locus, modo tentabat, *non hac ratione credidit*, id est quod non credidit medico, quia videbatur tantumdem incerti superfuturum, sed quia persuasissimum habebat, posse sic alterum filium sanari: sic *credere ratione* esset, propter rationem. Vel *quod hac ratione credidit. De languente f. rem inauditam, r. f. cr. unam rationem habet, si ipse sanetur.* Vel, *quod h. ratione credidit d. l. f. rem inauditam: Rem facere crudelem unam h. r. s. i. sanetur*; et ita Obrechtus distinxit, *Vnam habet rationem*, vero dictum, ut decl. 19: *Quaestio de infami filio, unam habet rationem, ut probes innocentem.* Denique tentabat: *Quidquid hac in ratione credidit: De languente* etc.

Si ipse sanetur) Id est non tantum ille, propter quem alter occiditur, ut Ascensius capiebat, sed ille ipse, quem medicus occidi vult; hic enim sensus, ultima remedia, inaudita, crudelia nullam habere excusationem, nisi in desperatissimis morbis, et ex

III. O tristior indigniorque semper mensura calamitatum, magna felicitas! hunccine fecit exitum illa modo civitate tota conspicua mater? ille indiscretus ab utroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum? quid mihi mortem nuntiatis unius? perdidit misera geminos: passi sunt enim languorem miserrimi iuvenes; sine dubio pariter, unaque, non fraternitate, non animae corporumque consortio, sed conditione fragilitatis humanae, qua sic extranei quoque duo languere potuissent. Non negaverim morbum terribilem, gravem, et parentibus utique metuendum; de cuius tamen adhuc, ut parcissime dixerim, remedio quaereretur. Quid refert, an medici consenserint utrumque periturum, quum eundem dixerint esse languorem? manifestum est de duobus non dixisse verum, quos de altero constat esse mentitos. Iam tamen, iudices, de tam perdita pronuntiatione non querimur, quod aegros, quos sibi videbantur explicare non posse, parentibus crediderunt: innocentior est simplicitas, desperare, si

quibus, quum ordinaria nihil efficiant, speretur aegri salus ex extra ordinem adhibitis: quum aliter praestet desperatum aegrum fato suo relinquere, quam crudelitate vexatum certae obiicere morti: nondum vero tam desperatam salutem fuisse dicit, ut non potuerit aeque ille, alter restitui, atque ille, qui convaluit. BVRM.

Dulcis error oculorum) Ex Virgilio desumptum, apud quem X Aeneid., 392, *Gratusque parentibus error;* plura de hoc loquendi genere vide apud Barth. ad Stat. IX Theb., 295, et nos aliquando dicemus ad Valer. Flacc. I, 368. BVRM.

Morbum terribilem) *Morbum* deest W. Leid. prim. sec. Voss. prim. sec. Lucae, Vidov. *Terribilem* omisit Gryph.

Metuendum) *Verendum* Leid. pr. a m. pr.

Quaereretur) Si nimirum viveret, nec occisus a medico esset.

Dixerint) *Dixerit*, Leid. pr.

Iam tamen) *Iam tantum*, W.

De tam perdita) *De tam prodita*, Victor.

Crediderunt) *Reddiderunt*, Obr. male, credere parentibus hic medici liberos dicuntur, quum in eorum arbitrium medicinam illam crudelem, quam unicam esse pronuntiant, conferunt, et exspectant, an parentes eam experiri velint in filiis: se enim aliter non posse sanare, sed eorum curam, cui se substrahunt, parentibus committere; verbum *credere*, quod proprie de medico dicitur, reddunt hic medici parentibus. Ita mox

remedia non noveris: et hanc ignorantiae malo probitatem, ut languorem, quem nescias, tantum neges posse sanari. Maximi tamen virorum, et quibus artis suae solvendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis, et illud non indicare voluerunt.

IV. Vultis et illos mentitos breviter probem? desperaverunt de languore, cuius remedium, si patri creditis, alius invenit: sive enim, iudices, vanissimus nescientium vidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamque patientiam, et hominem in filiorum languore sollicitum de remedio generis humani: sive

mater cap. 5: *redde filium, quem tibi pariter medicoque commisi.* Phaedr. I, fab. 14: *Qui capita vestro non dubitatis credere, Cui calceandos nemo commisit pedes.* Bvrm.— *Innocentior*) Consule Corn. Cels. de Medicina lib. I praefat. et lib. V, cap. 26. Almel.

Hanc ignorantiae) *Hanc innocentiae*, Lucas.

Et quibus artis suae) Forte: *et quorum arti solvendo non sit humanitas.* Sic decl. 2, 8: *Factum est eo tempore, quo constabat patrem filio senem solvendo non esse;* declam. 9: *Pauperi solvendo non sumus.* Gronovivs. *Ex quibus artis suae* etc. Leid. pr.; *et quibus arti suae solvendo*, Obr. Sed an ita liceat loqui vehementer dubito, quum in Gronoviana emendatione Latinitatis certe ratio constet. Volgatam lectionem per ellipsim tuetur Ascensius; quibus artis suae nomine non sit solvendo: quom ita tres dativi cumularentur: nam in *solvendo* subintelligi *aeri alieno* volunt Grammaticorum quidam; at ego *aere alieno*, auctore Livio XXXI, 13). De illa vero ellipsi τοῦ *causa*, vidimus ad lib. IV Instit., 1 in fine. Quae tamen an hic commode statui possit nescimus: sic tamen etiam censebat olim Cl. Schulting. et illustrabat illis Senecae decl. 27: *Tecum, fili, inconsideratae pietatis queror.* Quamquam ibi posset genitivus iungi τῷ *fili*, ut *filius inconsideratae pietatis* dicatur, quemadmodum decl. 9: *Pater, promitto, cuius pietatis es, nemo te antecessisset*, et ita forte hic posset capi, si cum Cl. Schultingio, (quae est altera eius coniectura), legatur *quibus* (scil. medicis maximis) *artis summae*, scilicet existentibus, οὖσι, *non solvendo sit.* Vt ita Plin. IX, 8, *Arion citharoedicae artis.* Vide Gronov. ad Plin. XXV, 2. Ita *multi Damalis meri*, Horat. I, od. 36; adiecerat et tertiam coniecturam Vir eruditissimus, *quibus ars summa*, (sc. est) *quibusque solvendo* etc. Forte et legi posset, *Maximis tamen Viris, et principibus artis suae solvendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis: at illud non indicare voluerunt.* De illa vero locutione vide Pineier. Parerg. lib. I, cap. 15. Bvrm.

Humanitas) Pro humano genere etiam posuit Min. Felix cap. 8, ubi videndae notae Daviesii. Bvrm.

In filiorum languore) *In f. languo-*

captavit ex hoc vultu quandam artis mutationem imitari, quando sanare non poterat, et ignorantiae pudorem tegere maguo tentavit incerto: sive, ut aliud videretur dixisse quam reliqui, verba desperationis incredibili vanitate variavit; magnaque miseros parentes ambage suspendens, tutissimum putavit promittere, quod deberet nemo experiri. Causas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spopondit unius, si licuisset alterum occidere, lacerare, perspicere: en, cui pietas patris, cui credere sollicitudo debuerit! dixit se scire remedium, quod nesciebat. Vultis intelligere, iudices, nihil impatientia charitatis fecisse patrem? non retulit ad matrem; adacta est a morte filii vel sanitate

rem, Voss. pr. sec.; *hominem mihi filiorum*, Locas.

Ex hoc vultis) Lege, *ex hoc velut quandam artis mutam rationem imitari. Muta ratio*, ut *muta fides* apud Senec. Her. Fur. 301, ubi vid. Gron. SCHVLT. *Ex hoc tumultu*, Obr. *Quandam artis mutationem, quod sanare* etc. W. et Leid. nisi quod *imitari* margini adscriptum erat, et *quandam artis imitationem* (*quandam artis imitari quod s.* Voss. sec.; *quandam artis effigiem imitari*, Oxon.; *initiare*, pro *imitari*, etiam Ascensius pro incipere videtur maluisse. Forte, *sive captavit ex hac stulto, quandam artis admirationem*, sive, *captavit ex hoc luctu* (patris scil. solliciti) *quandam artis simulatinnem, et quando* (vel *quod*, ut habent fere omnes scripti) *sanare non poterat ignorantiae* etc. Ex patris dolore, ut videretur ad eum sanandum aliquid conferre, captavit illam simulationem artis. *Luctus* vero et *vultus* passim librarii permutarunt. Vid. Sen. Thyest. 961: *Quos tibi luctus, quosve tumultus Fugis* ——. Vbi olim, *quos tibi vultus*, et Cicer. post reditum in Senat. 7, et alibi; *quando sanare poterat*, Ed. Pith.; *et hoc*, et *quod sanare*, Lucas. BVRM.

Tutissimum) *Turpissimum*, Edit. Pith.

Promittere) Hoc de medicis proprie dicitur, Horat. II, Ep. 1, 115, et aliis, qui artes profitentur. Vide ad Petron. cap. 10. BVRM.

Perspicere) *Prospicere*, W. Leid. pr. et ita Ascensius legisse videtur.

Causas quidem) *C. quidam*, Voss. prim.

Pietas) Ita et *Pietas* et *sollicitudo* iunguntur decl. 19 in fin. SCHVLT.

Quod nesciebat) In Voss. pr. deerant; *dixit se scire remedium quod nesciebat, et nesciebat*, Voss. sec.; Cl. Schult. putat excidisse verbum, *et nesciebat morbum*.

Adacta est) *Abacta*, Leid. prim.; Cl. Schult. malebat *coacta est*, et *velut sanitate*; dictum enim fuit matri, non mors illi, sed sanitas quaeritur, nihil te opus est, nullae tuae sunt

discedere: non propinquos consuluit, non amicos, sed sua tantum persuasione medicique contentus, quod nocentius est, quam si ipse occidisset, alterutrum potuit eligere. Dicat nunc parricida, quid fecerit illud, quod etiam de similibus tam paribus aegris in alterum desperatio illa praevaluit? si medici non interfuit, utrum occideret, constabit vivere utrumque potuisse: si interfuit, constabit non eundem fuisse languorem. Qualis fuerit illa curatio, quid passus sit iuvenis in morte, qua medicus parabatur, omnium cogitationibus liquere crediderim; ideoque parcimus auribus matris.

V. Breviter tamen longae crudelitatis explicanda saevitia est: ex omnibus quae pertulit, levissimum fuit quod occisus est: non est quod veniam tristissimae curationis

partes; mors sanitas dicitur, quia eius causa futura erat: legi etiam posse, *et sanitate*, notaverat.

Quid fecerit illud) Lege, *quid fuerit*; ita et *fecisse* pro *fuisse* decl. 12: *non potest similis usquam fames fecisse*; ubi lege, *fuisse*. SCHVLT.

De similibus tam paribus) Forte *fratribus*. GRON. Quid si deleres illud *similibus*, quod forte margini adscriptum ad expositionem vocis *paribus*, in textum irrepsit. ALMEL. Puto legendum, *illud quod etiam de tam similibus, et* (vel *de*) *tam paribus aegris* etc. nam *par* et *similis* differunt: ut Quintil. X Instit., cap. 2: *Magis par, quam similis*. Sallust. Catal. 14, *par similisque*. Ovid. II Trist., 431: *Par fuit exigui similisque licentia Calvi*. Et ita alii: saepe etiam declamationum harum auctores. *Fecerit* vero non mutem: est enim idem quod, *quid profecerit*, quid iuverit; ita mox, *vides quid profecerint anxia vota*; ubi et *fecerint* legitur in Voss. prim. sic saepe Ovidius: ut Art. III, 57, *dum facit ingenium*, et similia. Vid. ad Ep. II, 39. BVRM.

Si medici) *Si medicina*, Voss. pr.

Si interfuit) *Constabit si interfuit*, Leid. pr.

Quid passus sit) *Quam passus sit*, Leid. pr.

Qua medicus parabatur) *Quam medicus parabat*, Obr.; nescio an bene, et non melius explicet Ascensius vulgatam, qua morte (unius) parabatur medicus alteri filio; prioris erat carnifex, sed per eius mortem fit medicus superstiti.

Omnium cogitationibus) *Omnium affectibus, omnium cogitationibus*, W. Leid. pr. sec. Voss. prim. sec. Lucas, Oxon.

Ideoque) *Adeoque*, Leid. pr.

Parcimus auribus matris) *P. auribus nostris*, Lucas.

Breviter tamen) *Br. tam.* Leid. sec.

Levissimum) *Levissimus*, Voss. prim.

Quod occisus est) *Qui oc. est*, W.

paret, quod videtur in alio fratre explicata promissio. An alterum medicus sanaverit, fortuna viderit: quod negari non potest, alterum medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, et tota libertate proclamat: redde mihi, inquit, marite, filium, quem tibi pariter medicoque commisi: hic est ille vester insanabilis, recipe quem mihi credidisti, hic ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vides quid profecerint anxia vota pietatis, sollicitae preces: dum iam frigidi pectoris calorem superpositis revocamus uberibus; dum frigentia membra continuis osculis, et spiritu trepidae matris animamus; dum labentes oculi ad nostras exclamationes nostrosque planctus admissa paulatim luce laxantur; dum multa mentior, multa promitto, et fratrem dico sanatum, respexit ad vitam, convaluit, evasit: non tamen iacto pietatem, non arrogo mihi prosperae curationis eventum.

VI. Quid hunc sanaverit, vis scire breviter? quod potuit utrumque sanare. Pudeat vos, o iura legesque, quod miserrimi sexus dolorem his clusistis angustiis! ita maritum, quod occisus est filius, malae tractationis uxor accusat? perdiderunt legis huius auctoritatem, quae ad illas uxorias querelas matrimoniorum solent deferre

Marite, filium) *Marite filium meum*, Leid. pr. Voss. pr.

Ille vester) *Ille noster*, Leid. pr. Lucas.

Hic ille moriturus) *Hic* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucae.

Et spiritu) *Et spiritum*, Leid. pr.

Ad nostras exclamationes) *Ad h. calamitates*, Leid. pr. a m. pr.

Admissa) *Amissa*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Victor.

Prosperae curationis) *Propriae c.*, Leid. pr.

Pudeat vos) *Pudeas vos*, Voss. pr.

Clusistis) *Elusistis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Angustiis) Quod non possint mulieres accusare viros, nisi malae tractationis; decl. 18: *Quid facere vultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem? si intra iuris huius angustias omnis nuptarum querela constricta est!* etc. SCHVLT.

Legis huius) *Legis hic*, W. *Leges huius*, Voss. pr.

delicias. Ego illam datam miseris tantum matribus puto potestatem, ab iniquo coniuge explicare divortium: et contra maritales tuetur iniurias, ubi nolis praestare patientiam: illis succurrit quas nefas est ab viro discedere, quas in pessimi coniugii durum perpetuumque complexum, communium pignorum nexus arctavit, quae malos maritos pariter et patres nec relinquere, nec ferre sufficiunt: facinus est ideo evadere maritum, quia damnaretur, si de illo minore dolore quereretur. Itaque im-

Delicias) Vt *negatum comitatum*, decl. 301 circa fin. *Cultum.* Ibidem et mox, pro *detrocto cultu*, *negato comitatu*, *fastiditis noctibus* etc. *Deliciae* enim dicuntur, quod superfluum, ut *delicatae lacrymae*, *delicatus creditor* etc. Forte etiam legendum *referre*, et pro *quae ad illas*, *qui*, et ita subiungit, *ego illam.* Vt se viris iniquis opponat. Posset legi, *qui ademptas uxoriis querelis matrimoniorum solent deflere delicias.* SCHVLT. Ego *quas* retineo, ut se opponat illis matronis, quae actionem malae tractationis propter negatas illas delicias intentant; et legerem etiam, *prodiderunt legis huius auctoritatem*. Licet sciam, quid *perdere* hic et sexcentis aliis locis significare possit, et decl. 5, cap. 7, docuerim. BVRM.

Ego illam) Legendum videtur, *ego illa datam* etc. SCHVLT. *Ego i. d. m. tamen m.* Leid. pr.

Ab iniquo coniuge explicare divortium) Lego, *explicare se divortio. Explicare* est expedire, liberare. GRON. Lege, *quas iniquorum coniugum explicarem divortium*; sed et supra dixit, *explicat a dolore patrem*: quare malim, *ab iniquo coniuge se explicarent divortio.* SCHVLT. Distinctione medetur Obrechtus: *potestatem. Ab iniquo coniuge explicat et divortium* etc. Sed ego libentius legerem: *Egone illam datam m. t. m. putem potestatem*, *quum ab iniquo coniuge explicet divortium* etc. An putem solam malae tractationis actionem ideo datam, ut mulier hos delicias consequatur, quum possit se ab avaro et moroso coniuge per divortium segregare: minime vero illis lex succurrit etc. vel, *ergo illam d. m. t. m. putem potestatem*, *ut ab in. c. explicaret divortium*, *et c. m. tueretur iniurias ubi* etc. Sed latere adhuc maius ulcus puto. BVRM.

Vbi nolis praestare) *Vt nolis precare pat.* W. *Vt nolis praestare*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Illis succurrit) Lege, *illis succurrite*; implorat iudicum auxilium, et populi, quia in hoc casu, non sufficit, nec iustam opem fert lex malae tractationis. SCHVLTING.

Nefas est ab viro discedere) *Nefas est abire*, *discedere*, Leid. prim. sec. Voss. pr. sec.

Durum) *Dirum*, Voss. prim. sec. quod non repudiandum temere, ut sit malis auspiciis contractum matrimonium, in quo tamen perseverandum est. BVRM.

Quereretur) Scilicet uxor; quae ellipsis si cui durior videtur, legat *quaereretur*. Scilicet iudicio.

Itaque) Lege, *itane impudenter.* Tollit obiectionem, quae poterat mo-

pudenter facit, quod pro detracto matrona cultu, negatoque comitatu, fastiditis noctibus, pulsataque facie, filium complorat occisum: sileo adhuc illa, per quae parricidii crevit immanitas: occisum filium obiicio; putate luxuriosum, perditum, nocentem; fingite hoc patrem ira, indignatione fecisse: quantum facinus sit filium occidere, nemo magis fatetur, quam qui vult videri, se illud fecisse pro filio. Ecquid, iudices, vel ex hoc totus animus mariti, tota tristissimae coniugis calamitas perspici potest, quod se negat matri communium liberorum debere rationem? placet ergo mortales, ut de hominibus, in quos plus ex harum sanguine, ex harum transit anima, non habeant partem, nisi tantum doloris? solos ergo communicabit misera planctus; et ab omnibus consiliis, quibus ordinatur iuventa, vita disponitur, extranea utilitate seposita, circa moerores

veri, quod accusando sexus sui verecundiam egrederetur. Respondet, non hoc esse impudens; nec enim si de levibus deliciis licet queri, sine nota impudentiae, turpe fuit, et pudori adversum, si de gravissimo queratur facinore, et caede filii. Vide quae notamus ad decl. 17. SCHVLTING.

Pro detracto matronae) *De protracto*, Voss. pr. sec. *Matrona* etiam Leid. pr. sec. Voss. pr. Gryph. Colin. Vidov. et recte, ut puto: ut referat ad *facit*, et *complorat*. Terent. Andr. IV, 4: *Mirum vero impudenter mulier si facit meretrix:* legerem vero, *ita nec impudenter facit matrona.* Vt melius cohaereant; si facinus est maritum, qui damnaretur, si detraxisset cultum etc. nunc evadere, quum filium occiderit, nec impudenter facit matrona, quae eum accusat caedis, licet lex videatur hoc prohibere, propter pudorem sexus. BVRM.

Putate luxuriosum) *Putat l.* Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Victor.

Fingite hoc) *Fingite haec*, Leid. prim.

Ecquid) *Hoc quidem*, W. *Haec quid*, Voss. sec. *Et quid*, Lucas.

Perspici) *Prospici*, Leid. pr.

Rationem) *Rationi*, W.

Placet) *Places*, Voss. pr.

Transit anima) *Traxit*, Leid. pr.

Iuventa) *Inventa*, Leid. pr.

Vita disponitur) *Vita res disponitur*, Voss. sec. an patrimonium intelligit, et *vita* delendum?

Extranea utilitate seposita) In vetustiori editione est: *extranea voluntate utilitate seposita.* Scribendum: *extranea vilitate seposita;* remota vilitate vel indignitate externi hominis, et nihil ad filium pertinentis. GRON. *Extranea voluntate*, *vilitate seposita*, Gryph. Colin. Vidov. *Extranea*, *vilitate*, Voss. sec. Lucas, Obr. et saepius iam vidimus in his declamationibus *vilitatem* et *utilita-*

tantum lacrymarumque consortium orbitate iungetur?

VII. Si mehercle fas est aestimare, utri plus parenti debeatur ex liberis, non improbe totam potestatem sibi vindicabit affectus, qui decem mensibus ante vestram incipit diligere notitiam: et quum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante sunt conscientia matres: facinus est ideo tantum illis minus licere, quia minus facere sufficiunt. Vos estis, qui crescentes adhuc in peregrinationes; qui iam adultos in castra magnorum parentum vanitate dimittitis: erubescitis desideriis tanquam infirmitate; et unde velocissimus transitus est in rigorem, liberos vultis amare patientia. Quam multa ideo tantum de filiis facitis, quia licet; et frequentius

tem commutari; *voluntate seposita*, Colb. *Seposita erit* etiam W. Leid. pr. sec. Voss. pr. non tamen placeut emendationes, nec *extraneam* illam *vilitatem* intelligo; et legendum puto minima mutatione, *solos ergo communicabit* (quod notandum pro *participabit* poni) *misera planctus, et ab omnibus consiliis* etc. *extraneae vilitate seposito*, id est segregata ab omnibus consiliis, tanquam non uxor, cui reverentia quaedam debetur, esset, sed extranea, cuius somma est vilitas; *seponere* pro segregare Cicero et alii utuntur. Ita mox cap. 8: *ob omni curae ratione sepositus*; et Ov. II Amor., 2: *At mea seposita est, et ab omni milite dissors Gloria* — —. Hinc et pro relegare, et a consortio hominum seiungere Suetonius et alii usi fuere. BVRM.

Iungetur) *Iungentur*, Voss. sec.; *Iunguntur*, Voss. pr.

Aestimare) *Aestimate*, Leid. pr.

Vtri plus) *Vtrum plus*, W.

Vindicabit) *Vindicabis*, Voss. pr.

Conscientia) *Consciae*, W.

Crescentes) *Credentes*, Voss. pr.

Adultos) *Adlstos*, W.

In castra magnorum parentum) Forte: *magnorum animorum vanitate*. Dum ostentatis fortes et non teneros animos. GRON. *Magni parentes* hic dicti videntur, ut *magni amici* apud Iuvenalem. Et qui in contubernio ducum hos filius esse volebant. SCHVLTING. *Magni parentes*, sunt hic fortes, qui se non timidos aut metuentes, ne mali quid nanciscatur filius, ut matres indulgentes, ostendunt, sed in omnem sortem praeparatum pectus gerunt. *Dimittis* etiam erat in Voss. pr. BVRM.

Desideriis) Adeo non desideratis absentes, ut etiam erubescendae infirmitatis id esse putetis. Ita *infirmitas*, declamat. 19: *Ego amovi filium meum non osculis, non infirmitate*. SCHVLTING.

Amore patientia) *Duritiam*, non impatientiam amoris explicat Clar. Schult. *Patientiam* videtur legisse Ascensius, qui de filio explicat; ut ille frigora et aestus tolleret; an legendum *potentia*, quod sequentia videntur requirere?

potestatis vestrae iactatione, tanquam aliquo gravitatis genere delinquitis: non habet orbitas vestra lacrymas; super ardentes rogos tenetis inconcussam rigidamque faciem; itis obviam consolationibus; et quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. Quidquam ergo erit, quod de communibus pignoribus non pari mente, pari impatientia, vel, si necessitas postulet, pari rigore faciatis? mali tantum patris interest, ut matri minus liceat. Sane cedat vobis circa regendas communium pignorum mentes sexus infirmior: vos mores, vos vitae genus, vos matrimonia, ceterosque actus vestra persuasione firmetis: numquid arrogans consortium, numquid impotens societas est, liberos communes esse languentes? si quis immo pudor est, cede nunc tota potestate matri; illius sit in aegri toro proximus locus; haec adhibeat fomenta, porrigat cibos: si quid impatientia, si quid flagrantium viscerum poscit infirmitas, mater neget, mater indulgeat: illas, quas immodicus ardor discutit, vestes haec super fatigatos reponat artus; illa iactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu.

VIII. Frustra captas videri ultionem magnae charita-

Feritatis) *Feriatis*, W.

Non pari mente) Legendum videtur, *non impari mente.* SCHVLTING.

Postulet) *Postulat*, Voss. pr.

Firmetis) An non *formetis*? ut infra bis terve, et alibi haec verba permutantur.

In aegri toro) *In aegro toro*, Leid. prim.

Haec adhibeat) *Hic adh.* W.

Flagrantium) *Flagitium*, Voss. pr.

Haec super) *Hic super*, W.

Illa iactata) *Illas i.* Leid. pr. Voss. pr. sec.

Vltionem charitatis) Forte, *inventionem*; vel *captare vis ultionem m. charitatis*, ut ultio magnae charitatis, sit dictum, ut *ulcisci desiderium.* SCH. Ascensius obscurissima verba dicit, et explicat, quia non par erat in filium charitas, negando mihi eius curam, simulas ultionem sumpsisse de me. Sed qua ratione pater sepositus ab omni curae ratione dici potest, quum mater queratur, se non esse adhibitam in consilium de salute filiorum, sed patrem per se unum occidisse, ut alter sanaretur; et supra se queratur, *extraneae vilitate sepositam ab omni consilio.* Quare hic le-

tis, ab omni curae ratione sepositus: quum circa curationes liberorum non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris. Quid? quod filium occidit innocentem, cui nihil obiicere, nihil poterat irasci? filium, si ipsi creditis, pro fratre mori paratum, cuius suprema ferre non poterat. Novum, iudices, et incognitum rebus humanis audite facinus: iam parricidium pietas, charitas et impatientia orbitatis admittit: malo odium, querelas, exsecrationes, quam ut quis liberos affectu, quo servantur, occidat. Quid refert, an per hoc alterius filii anima redimatur? si parricidium fas est ullas accipere causas, filius propter se tantum debet occidi. Adiicite, iudices, immanitati, quod occidit aegrum: omnibus equidem mortalibus maiorem crediderim de languore venire reverentiam: et illorum quoque, quos

gerem: *frustra captas videri ultionem magnae charitatis, ab omni curatione me sepositam.* Sed illa *ultio charitatis* nondum placet, nec tamen reperio quod substituam. An *venditationem* vel *iactationem?* certe simile quid desidero. BVRM.

Cui nihil obiicere) *Cum n. o.* Lucas.

Nihil irasci) *Ob eam rem iratum* dixit Terent. Hecyr. V, 2. Sed And. II, 3, dixit, *si id succenseat*, et *nihil succenseo nec tibi nec huic*, et alibi. BVRM.

Cuius suprema) Id est, mandata, ultimas voces, poterat sustinere. *Postrema* Iustinus vocat lib. VII, 2. Ita et ICTI passim, *Suprema*, *suprema iudicia*, *supremam voluntatem*, et *supremas tabulas*, dicunt; vid. Brisson. Lexicon. Sic noster declamat. I: *Suprema sua iactare*; alio sensu *suprema* etiam dici reliquias mortuorum notavit Lindenb. ad Amm. Marcel. XXI, 1. Pro morte etiam sumi constat *suprema*, et ita Ascensius, et alii hic capiunt, et mox, *longe ventura suprema prospiciat*, et saepe alibi, in his declamationibus ita occurrere scio. Sed tunc intelligendum esset de fratre, qui non posset ferre mortem fratris; at ego malo de patre intelligere, qui filium occidit, cuius ipse suprema non sustinebat audire, prae conscientia, quia ipse causa mortis erat filio. Vtroque autem sensu, ellipsis est, nam plene dicit postea cap. 13, *suprema mandata*, et Ovidius III Met., 137, *Suprema funera*. BVRM.

Admittit) *Amittit*, Leid. pr.

Malo odium) *Malo igitur odium*, W.

Filii anima) *Filii* deest Leid. sec.

Crediderim) Ascensius malit *credidero*, nescio cur Ov. III Art. Am., 178: *Crediderim Nymphas hac quoque veste tegi.* Vid. Voss. lib. III Art. Gram., cap. 15. BVRM.

inter supplicia pereuntes avido spectamus assensu, iuxta valetudines tamen morborumque violentiam quodam innocentiae favore miseremur: in carceribus, et in illa profunda nocte poenarum, religiosius ille anheli pectoris pallor inspicitur; non sic confundunt obvios gravibus catenis colla stridentia, et diutino squalore concreta facies, ut ille, quem ad singulos conatus gressusque labentem vix trahit impellitque longus ordo vinctorum, et inter tot destinatos, totque perituros, omnium tamen in se retorquet oculos unus aeger.

Spectamus) *Spectabamus*, Leid. pr. Voss. pr. Victor. *Exspectamus*, Voss. sec.

Irreligiosius) *Religiosius* Leid. pr. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. Obr. *Religius*, Leid. sec.

Anheli) *Hareli*, Voss. sec.

Non sic confundunt) Tristitia adficiunt, perturbant; vid. ad Petron. 74, et 91, et alibi in his declamationibus.

Concreta squalore) Declamat. 17: *Consumpti longo squalore vultus, concretae noctibus diebusque super ora lacrymae.* Schvlting. Ita *concretam sanguine barbam*, Ovid. XII Met., 270, et XIV, 201, dixit.

Destinatos) Vide ad declam. 16, cap. 4.

Omnium tamen) *Tamen* deest Leid. sec.

In se retorquet) Insolenter dictum, pro in se retrahit oculos. Vt et pro retrahere auctor decl. 15: *Rursus in se cogitationes meas, rursus retorsit oculos*; et decl. 17: *Tibi imputes, quod me retorsisti. Retorquere oculos* enim dicitur passim, qui ipse deflectit suos a loco, in quem ante fixerat. Ovid. X Met., 696: *Sacra retorserunt oculos.* Quae significatio cum omnibus, etiam Clerico, innotuerit; Ille tamen Art. Crit. I, cap. 11; non potuit intelligere *irretortos* illos *oculos* apud Horat. II, Od. 2; sed interpretatur de eo, qui transiens prope acervos auri, eos non dignatur aspicere, nec oculos ad ea retorquere: sublegens multa Dausqueio ad Sil. III, 181. Sed sibi contradicit, quum *retorquere* oculos sit, illo iudice, ita caput in humeros convertere, ut quod a tergo reliquimus videamus. Quare recte Clericum castigavit politissimus Heumannus, in emendationum falsarum Clerici emendatione, pag. 138, et ostendit insipide dici spectare aliquid irretortis oculis, quod post tergum relinquimus. Quid enim? an simul spectamus, et non spectamus? an transimus acervos pecuniae, quos spectamus, et tamen non dignamur aspicere? talia philosopho, logicae suae arte magica devincto, conveniant, non sanis hominibus. Heumannus vero explicat, aliorum opes sine invidia intueri, secutus Barthium et Dousam. Sed ego potius *irretorto oculo spectare* puto idem esse, quod *rectis oculis*, non eo sensu, ut Torrentius, sed ut explicuit Bentl. ad lib. I, od. 2, acervos enim pecuniae spectat rectis oculis sapiens, nec metuit inde virtuti suae periculum, nec

IX. Quid ais? tu illum, quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerunt saeviora verba, si quid negares, videreris occidere, ferro, vulneribus aggredereris? Non potest hinc tibi venire defensio, ut hoc sis pro alterius salute commentus: inter duos liberos pari desperatione languentes, da bonum patrem; non praeponderabit: alterutrum non eliget, sed ut incertum orbitatis evadat, ipse morietur. Tentat hoc loco, iudices, crudelissimus senex excusationem temeritatis suae de medicorum trahere consensu: desperaverant, inquit, de duobus: sed ut incertum orbitatis evadat, sepono paulisper immanitatem patris, qui credidit; et de arrogantissimae persuasionis hominibus queri totius generis humani nomine volo. Quam multas

necesse habet retorquere oculos metu, ne cupiditate auri incendatur mens eius, dum oculi videut, sed firmus contra vim auri, spectat illud rectis oculis et irretortis, et simul contemnit. Risum vero praebet, quisquis ille est, Rosellius, qui Horatium scripsisse *quicumque*, vel certe debuisse, scribere, non *quisquis* contendit. Securi scilicet sunt modorum et numerorum hodierni illi ingeniorum priscorum censores, penes quos nunc est humaniorum literarum regnum, et qui in ephemeridibus tela in quosvis stringere parati sunt. Sed ignorant illi, Latinos promiscue saepe ut his praenominibus, *quisque*, *quisquis*, *quicumque*. Ov. Ep. 1: *Denique quisquis erat castris iugulatus Achivis, Frigidius glacie pectus amantis erat.* Vide Lamb. ad Lucret. II, 96; Manut. ad Cicer. IV Verr., 13; Gronov. ad Liv. I, 24, et qui de posterioris aevi scriptoribus id etiam observat, Buchn. ad Venant. hymn. de resurr. vers. 54. Burm.

Negares) *Negare*, Leid. pr.

Aggredereris) *Aggrederis*, W. Voss. sec.

Defensio) *Offensio*, Voss. pr. a m. prim.

Vt hoc sis) *Vt haec sis*, Leid. pr.

Commentus) *Convinctus*, W.

Da bonum patrem) Decl. 18: *Da bonum patrem, bonum maritum.* Sch.

Nec praeponderabit) Quid si legas, *non praeponderabit alter, neutrum eliget.* Aut, *non praeponderabit alteruter, non eliget* etc. Schvlting.

Iudices) *Iudex*, W.

Sed ut incertum orbitatis evadat) Eadem paulo ante posita huc irrepserunt, et si tollantur, omnia sunt clara: quam emendationem probavit et Gronovius in literis ad me. Schvlt. *De duobus, ut incertum* etc. Victor. reliqui *sed ut* etc. et ita editi praeter Obrechti, qui omisit haec verba.

Et de arrogantissimae persuasionis) *Et arrogantissime persuasionibus h.*, Leid. pr. *Persuasis*, Voss. pr.

De totius generis humani) Delenda

artes misera mortalium sollicitudo, fecisti! fato vivimus, languemus, convalescimus, morimur: medicina, quid praestas, nisi ut iuxta te nemo desperet? dicturam me putas; non credo renuntiantibus, non accedo, quum deserunt relinquuntque languentes. Ego vero medicis non credo sperantibus: adspicite maiorem partem generis humani; et si me interroges, illam robustiorem, illam adhuc in prima rerum naturae veritate viventem, nullos artis huius novit antistites: nec minus tamen bellorum vulneribus, morborumque medetur incursibus, non disputationum vanitate solerti, sed experimentis: et invicem per similes dissimilesque casus observatione ducente, tradita ratione succurrit: non medicina sanat, sed quidquid videtur sanasse, medicina est.

X. Quo vultis animo feram, quod ars, quantum dicitis, inventa pro vita, si diis placet, auctoritatem formamque captat, ut longe ventura suprema prospiciat? ut adesse fata denuntiet, quae nec timentur? et maxi-

praepositio; nam totius generis humani nomine queri vult de istis hominibus. GRON. Delendum quoque censuit Cl. Sch. et omisit Obrechtus.

Dicturum me) *Dicturam*, Obr. et recte, mater enim hic loquitur.

Renuntiantibus) Vt in filiis fecerunt. Sed vox tamen est incommodior, quid si *denuntiantibus*, absolute pro aliquid mali praedicentibus? Vt et hac decl. circa finem, *Post gravissimas denuntiationes redditus vitae*. An legendum, *mortem nuntiantibus*. SCHVLTINO. Et mihi *denuntiantibus* placet, id est periculum et mortem instare dicentibus. Ita mox, *ut adesse fata denuntiet*. BVRM.

Non accedo) Id est non consentio. Vid. ad Instit. lib. VI, 4.

Quum deserunt) *Quum deserint*, Voss. pr.

Naturae veritate) *Viriditate* coniiciebat Almelovenius; ego nihil moveo.

Nullos artis) *Nullus artis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Morborumque) *Morborum*, Voss. pr.

Per similes) *Persimiles*, Gryph. *Et invicem persimilesque casus*, Voss. sec. Cl. Schult. volebat, *per similes d. c. observatione ducta, non tradita ratione succurrit*; posset quidem legi, *addita ratione*. Ratio enim et experientia medicum perficit. Sed *tradita ratio*, est maioribus per manus tradita disciplina et methodus medendi; vid. ad Instit. XI, 3.

Si diis placet) *Si displicet*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. Lucas.

Auctoritatem) *Auctoritate*, Leid. pr. et mox, *quae nec timetur*.

ma scientiae pars esse coepit, sanare non posse. Quisquamne ab homine, qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedet, quemadmodum relinquitur exanime corpus? et ibi finem vitae putabit, ubicumque scientiae substiterit infirmitas? si fragilitatem mortalitatis, incertosque velimus aestimare casus, tantumdem periculi habet omnis aeger. Iniquissimum est desperationes vocari, quoties remedium medicina non invenit; et angustias sive artis, sive mentis humanae, ad invidiam referre fatorum: nihil magis interesse omnium puto, quam ut spes pro homine tam longa, quam vita, sit. Vnde putatis inventos tardos funerum apparatus? unde, quod exsequias planctibus, ploràtu, magnoque semper inquietamus ululatu, quam quod facinus videtur credere tam facile vel morti? vidimus igitur frequenter ad vitam post conclamata suprema redeuntes: plerique convaluerunt negligentiae bono, quosdam explicuit quidquid alios fortassis occideret: hos indulgentiae temeritas, illos adiuvit desperationis audacia.

XI. Datur fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari; sed unde sciet, quantum inter viscera,

Et maxima scientiae) *Et maxime*, vel *maximae*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.; Cl. Schultingio videbatur legendum: *Et maxima tamen scientiae*; vel, *sed maximae scientiae*.

Recedet) *Recedit*, Leid. prim. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Invenit) *Invenitur* Leid. pr.

Sive mentis) *Seu mentis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Ad invidiam) Fata in invidiam et odium adducere, quae ita insanabiles inducunt morbos. SCHVLTING.

Referre) *Ferre*, Leid. pr.

Inventos tardos) *Inventos* deest Lucae, neque ego desiderem.

Ploratu) *Plangore*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas. *Clangore*, Leid. pr. deest vero W.

Videtur) *Videretur*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Post conclamata) Respicit vulgi opiniones, quod illam conclamationem institutam ideo putabat, ut anima exiens retardaretur; vel delitescens et dormiens aliqua corporis parte excitaretur. De quo vide Kirch. de Funer. I, 13; ubi et exempla, de iis, qui in ipsis funeribus revixerunt, adducit, vid. et Cels. II, 6. BVRM.

Perspicere) *Prospicere*, Leid. pr.

Vnde sciet) *Vnde sciret*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Inter viscera) *Intra viscera*, W.

latentesque pectoris sinus, unicuique animae natura concesserit? quam proprietatem spiritus, quam corpus acceperit? non tam variae mortalibus formae, nec in vultibus nostris sedet tanta diversitas, quanta latet in ipsis dissimilitudo vitalibus: inenarrabile, indeprehensibile est, quidquid nos elementorum varia compago formavit; et prout in nos plura seu rariora de terrenis seminibus caelestibusque coierunt, ita vel duramur tacita ratione, vel solvimur. An desperantibus credi debuerit, vos aestimabitis: qui negarunt aegros posse sanari, nec in hoc probaverunt, qui evasit, nec in illo, quem non languor occidit: iustas mehercle haberet mulier causas querelarum, si nova incognitaque ratione vel utrumque servasses. Nunquam ex magno venit affectu incredibilia vel profutura tentasse; et in re, quae plus de incerto habet, temeritas experimenti solam probat desperationis audaciam. Quid refert, cuius sit conditionis aeger, quantum adhuc spei, quantum videatur habere de vita? sacrosancti sint parentum metus. Dii non sinant, ut ex

Varia) Vide quae de corporum varietate diximus §. 11. in nostris inventis novantiquis. ALMEL.

Sedet) *Sed et*, Leid. sec. Voss. sec.

Compago formavit) *Firmavit*, W. quod ex sequentibus posset probari, *Quisque sibi firmatur*; nisi et ibi *formatur* praestat, ut mallet Cl. Schult. ex simili loco decl. 4: *Quae coierunt ad corpus nostrum formandum.* Sed praestat *compage formavit*: non enim video, qua ratione aliter *sensus* constet; nemo potest comprehendere illud, quidquid *sit*, quod nos formavit ex varia compage elementorum, quia vero mox *sequitur*, *corporum animorumque compago*, posset et *compagine*; licet tradant lexicographi et grammatici quidam, *compago* non flecti in *casus* obliquos. Quum Ovid. I Met., 711, tamen dixerit, *compagine cerae iunctos calamos.* Vid. et Manil. I, 717, 725, 838, et *alios*; *compages corporis* autem dixit Cicer. de Senec. XXI. Quibus ex illis elementis formati includimur, et Vellei. Paterc. II, 127: *Compages corporis sufficiens vigori animi.* BVRM.

Vel solvimur) *Vel absolvimur*, Leid. pr.

Qui negarunt) *Qui negaverit*, W.

Incognitaque) *Integrataque*, W.

Servasses) *Servasset*, Voss. sec. Gryph.

Spei) *Speciei*, Ed. Pith.

Quantum videatur) *Quantum adhuc videatur*, W.

Sint parentum) *Sunt*, Leid. pr.

liberis vilior incipiat esse periturus! medici desperaverunt: quid istud ad patrem? spera tu, iube sperare matrem: tuis potius affectibus, tuis crede votis: et hoc de parricidii facilitate est, circa filiorum languorem ad desperantes potius accedere. Fidem habes hominibus, quos mentiri alius affirmat, contra quos iterum credis, uni praesertim? pessime hercle de tua feritate sentirem, si in quacumque filii curatione non adhiberes propinquos, non interrogares amicos, non respiceres ad matris animum: non hanc primam impatientiam, non hunc consulis timorem? de nullo filio minus debet soli sibi permittere pater, quam qui videtur utique moriturus.

XII. Fratres, inquit, et gemini erant: ideoque credibile est illis eundem fuisse languorem. Rogo, quis in ullo mortalium ferat ignorantiam pariter et affirmationem? quisquis nescit, quod genus languoris sit, non potest scire, an idem sit: nihil, iudices, in rebus humanis voluit esse rerum natura tam simile, quod non aliqua proprietate secerneret. Quid refert, an ex iisdem prima illa duorum corporum animorumque compago seminibus oriatur? sibi quisque firmatur; sibi quisque componitur; et duo pluresve fratres nascuntur fato singulorum. Hanc ipsam indifferentiam, quam mirantur occursus, stupent civitatis oculi, parentum tamen agni-

Spera tu) *Tu spera, tu iube*, W. *Spera tu, iubes*, Voss. sec.

Et hoc de) *Et de*, W.

Vni praesertim) qui suasit, ut alterum occidendum praeberes filiorum. Quid si legas, *Contra quos iterum credis, et uni praesertim?* SCHVLT.

Pessime hercule) *Si mehercule*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. *Pexie hercule*, Leid. pr.

Non hanc primam) Forte, *non hanc summam*; vel, *non hanc primum in impatientia, non hunc consulis in amore?* SCHVLT. Per interrogationem etiam haec legit Obrechtus.

Sibi quisque firmatur; sibi quisque componitur) An *formatur*? vide ad declam. 4, 14. SCHVLT.

Parentum tamen) *Parentum tantum*, Leid. pr.

Occursus) Pro occurrentibus, ut decl. 18: *laudandus occursibus*. SCH. Vide ad Vellei. Pater. II, 89.

tio dignoscit; separat notitia nutricum; et fallentibus notis, et rursus quod faciat ipsa similitudo dissimile. In plerisque quamvis sit indiscreta facies, invenitur tamen alius oris sonus, habitus, incessus; et ut ipsa consentiant, diversa mens, contrarii mores, et vitae genera rixantia. Quid quod non eandem esse naturam geminorum probat etiam fortuna dissimilis? hunc pressit paupertate perpetua; illum insperatis opibus excoluit: illius per titulos et honores, huius per ignobiles obscurasque sordes totam duxit aetatem. Simile est quidquid accipiunt ex homine gemini, dissimile quidquid ex fato: nec enim tam pariter in lucem de maternis exsiluere visceribus, ut illos eadem origo signaverit.

XIII. Quantum putas interfuisse temporis, dum primum uteri pondus egeritur? dum parumper exonerata vitalia, altero rursus homine laxantur? Breve fortassis

Dignoscit, *Dinoscit*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. et ita fere semper codices.

Separat) *Separavit*, Lucas.

Rursus quod faciat) *Quod* deest W.

Et ut ipsa) *Sed ut ista*, W. *Sed ut ipsa*, Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas. *Sed ut ita*, Voss. pr. Francius volebat *et ut illa*, vel *ista*.

Diversa mens) *Diversa mens est*, Leid. pr.

Rixantia) Vide supr. decl. 4, 8.

Etiam fortuna) *Etiam* deest W.

Insperatis) *Insperantis*, Leid. pr.

Excoluit) Ita Tacitus Hist. I, 77: *Recolere sacerdotes*, denuo honorare. SCHVLT. *Excolere* est idem quod *colere*, ita Ovid. Pant. I, 7, 59: *Quaeque tua est pietas, ut te non excolat ipsum*; Phaedr. IV, 10: *Per quem verendos excolit pietas deos*. Pro ornare etiam ponitur: sic de tonsore, Mart. VI, 12: *Doctus et hirsutas excoluisse genas*; et ita saepe Cic. et alii. Aliter non invenustum hic esset, *extulit*, ut opponeretur τῷ *pressit*: ut Heinsius in adducto Phaedri loco *colendos extulit* legit; sed pro *pressit* Gryph. edidit *hunc percussit paupertate*. Quod unde sit profectum nescio. Sed dictum esset, ut *frigare ferire*. BVRM.

Illius per titulos) *Huius per titulos honores, illius per obsc.* Leid. pr. sec. *Illius per titulos honores, illius per obs.* Voss. pr. sec. et ita saepe bis τὸ *ille* geminari ad Ovidium Ep. II, vers. ult. videbimus. *Et* deest etiam W. et Lucae.

Ex homine gemini) *Gemini* non habet Lucas.

De maternis) *De matronis*, W.

Signaverit) Vid. decl. 4: *Placida conceptum stella signavit*. SCHVLT.

Egeritur) *Cogeritur*, Leid. pr. sed recte vulgata se habet lectio: nam hinc Egeriam dictam, *quod eam putabant facile conceptam alvum egerere*, Festus docet. BVRM.

exiguumque videatur mortalibus oculis; sed si terrena mente perspicere velis orbis huius vastitatem, scies multum esse, quod inter duas transcurrat animas. Volvitur super nos haec caeli siderumque compago, et praecipiti per proclive decursu, totius diei noctisque brevitate emensus orientis occidentisque cursus, diversorum siderum in primo statim ortu, rotato se rursus axe consequitur. Hoc tu parvum credis esse spatium, quod diversis pariter rebus impletur? quantum inter illa transcurrentis horae momenta nascitur, perit! Igitur quando unquam peregrinati sunt una, militavere pariter? quid non diducti separatique fecerunt? quando illos lan-

Videatur) Omittit Voss. sec.

Mortalibus) *Immortalibus*, W. Leid. pr. Voss. sec. Lucas. *In mortalibus*, Voss. pr.

Terrena) Videtur Ascensius legisse *terrenam*. Qui quum *vastitatem* coniungit; et certe quid sit *mens terrena*, ego vix intelligo. Francius coniiciebat, *aeterna mente*.

Perspicere) *Prospicere*, W.

Inter duas) *Inter duas transcurrit*, Leid. pr. *Intra duas discurrat*, W.

Super nos) Vallam dicturum fuisse, *supra nos*, notat Ascensius. Ita tamen Petr. 53: *Super nos fortuna negotia curat*. Bvrm.

Haec caeli) *Huius caeli*, Leid. pr. pro diversa lectione, Lucas. Forte recte. Vt *hoc* dicebant veteres pro caelo, ut notum.

Compago, et praecipiti) Legendum videtur: *compago praecipiti per proclive decursu, et totius diei noctisque brevitatem* (id est breve spatium) *emensus, orientis o. e. d. siderum proximo statim ortu, rotato se rursus axe consequitur*. Schvlt. Francius coniiciebat, *decursu, sol unius diei n. b. e. orientem occidentemque cursu*; vel *orientis occidentisque cursum*.

Emensus) *Emersus*, W.

Diversorum) *Diversi*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Rotato) *Rotatu*, W.

Rursus) *Sursus*, Leid. Ohr.

Tu parvum) *Tu parum*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas; et ita Plautum Bach. III, 6, 41, loquutum, et alios, Cl. Schultingius notaverat.

Quantum nascitur) Male capit haec Ascensius: dictum est pro quantum hominum, quanta turba nascitur, et perit simul inter illa momenta, scilicet primi exeuntis ex utero matris, et secundi. Plenius erat, *quantum hominum*. Vt Catul. carm. 3. Mallem vero, cum Oxoniensi editione: *quantum* etc. *nascitur*, *quantum perit*. Bvrm.

Impletur) De hac locutione agemus ad Ovid. Met. I, 682.

Militavere) *Quando militavere*, W.

Diducti) *Deducti*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Cl. Schult. malebat, *quid non duo diducti*; et Gronovium velle, *quid duo diducti* notaverat; mox, *et quando illos l. q. s. iunxerunt? Quandoque fint, necesse est, aliter; sed geminis quod* etc. vel ex Gronov. MS. *Quandoque necessa*

guor, quando suprema iunxerunt? et quandoque sit necesse est aliter, ex geminis quod pariter languerunt, non sic accidit quomodo fratribus, sed quomodo duobus. Non eodem fato languere geminos, quemadmodum vultis brevius probem, quam quod nec uterque occisus est, nec uterque sanatus? sed fingamus hoc esse verum, quod desperaverunt medici: relinque nobis, pater, innocentiam calamitatis, salva solatia sint de liberis, quos tibi videris non perdidisse, nisi fato. Quis ex parentibus nescit hac se mortalitatis procreare lege? sed indigni exitus supra orbitatem sunt: ideo magis flemus illos, quos bella rapuerunt, hausit incendium, naufragia merserunt. Fortius feras inter assidentium manus, inter suorum officia labentes, quum se invicem oscula, quum se satiavere sermones, quum data suprema mandata sunt, et se scit pietas omnia fecisse pro vita: igitur verum dixerim, illos mori credimus, hos perire.

XIV. Non invenio quemadmodum exscusationem pater de consensu possit accipere medicorum: hoc est quod omnem comparationem feritatis excedit: filium pater propter hominem, quem non putavit posse sanari, occidit: quod tu monstri portentique genus es? habes

est ut sit aliter. Et deinde corrigit pro *ex geminis; sed geminis*. Obrechtus edidit hoc modo: *Et quando quaesita neces est alteri ex geminis, quod pariter languerunt, n. sic* etc. In emendationibus vero omittit illa: *quod pariter languerunt. Et quandoque sit.* Omnes praeter Voss. sec. qui *quando*; sed pro *aliter*, *alter*; Leid. sec. Voss. pr. sec. *Quandoque sit necesse est aliter*, *alter ex G.* Vidov. *necesse est. Alteri.* Lucas. corruptum locum ego sic constituerem: *Et quando, quod uni fit; necesse est alteri fieri? Geminus* etc. Si non ita scripsit declamator, simile certe aliquid huic voluit; posset legi etiam, *et quando necesse est idem sit alteri ex geminis?* BVRM.

Sanatus) *Sanatur*, Lucas.

Hasce) *In hac se*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. *In hanc se m. pr. legem*; Voss. sec. Francius, *hos se m.*

Fortius) Vide Heins. ad Ovid. Rem. Am. 463.

Se invicem) *Se* deest W. Leid. pr. Voss. pr. Lucae.

Posse sanari) *Posse sanare*. SCH.

Occidit) Deest Leid. sec. Voss. pr. sec. In margine erat Leid. pr.

Quod tu monstri) *Quantum mon-*

parricidii patientiam, non habes orbitatis: ita demum potes ferre filii mortem, si facinus adieceris? tu occidis, quia desperavere medici? Quererer mehercle, si reliquisses, si quid de continuatione curae sollicitudo laxasset: nihil ergo plus facies, quam illi, qui nunc plures fortassis circumeunt aegros, quos detrahit, quos advocat alia curatio. Filios saltem committe vel matri; de fortuna queratur; diis faciat invidiam: mulieri, quae ferre non potest, quod videris desperasse, nunquam ex hoc rationem reddas, quod occideris. Quis hanc, iudices, impudentiam ferat? tentat pater, ut et huic rei credatis, quod desperaverunt omnes, et quod speravit unus. Nostrae quidem querelae sufficit non convenisse medicis: et quum inventus sit, qui contra sensum desperantium genus aliquod sanitatis afferret, fas erat, iudices, ut adhuc inveniretur alius, qui laetiora et utiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis, quod in re, de qua credere nec omnibus debuisset, accessit uni: non interest, an supersit remedium, quod tentare non debeas:

stri, Leid. pr. pro varia lectione, Lucas.

Orbitatis) Deest W.

Tu occidis) Lege, *ita occidis*. Sch.

Facies, quam) Lege: *facias, quam illi qui hinc plures* etc. *Hinc*, ex nostra domo progressi. Schvlt.

Quos detrahit) *Quos distrait*, Voss. sec. *Detraxit*, Gryph.

Advocat) *Avocat*, Leid. pr. sec. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. dubilo. Vtrumque satis defendi potest, alia curatio, sive alterius aegri curatio advocat illum ad aegrum alium, et detrahit ab hoc desperato; sic Ovid. Remed. 109: — *Sed non quia serior aegro Advocor, ille mihi destituendus erit*; praeterea haec omnia mallem per interrogationem legere: *Nihil ergo plus facies* etc. *curatio?* Burm.

Diis faciat invidiam) Vide Amplis. Cuper. II, Obs. 4.

Invidiam: mulieri) *Invidiam mulier, quae*, Lucas.

Vt et huic) *Et huic*, Voss. pr. Schult. coniiciebat, *ut et huic reo*.

Speravit unus) *Speraverit unus*, W.

Convenisse medicis) *Medicos*, Leid. pr. perperam.

Laetiora et utiliora) *Laetiorntur utiliora*, W. *Laetiora utiliora*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Forte: *laetiora utilioraque*.

Non interest, an supersit) Malim insetla voce: *non interest nullum, an supersit rem*, Schvlt.

et ubi tantundem periculi speres, quantum desperatio habet, melior exitus est, qui facit miseros innocentes. Quid invidiam prioribus medicis paramus? nemo magis desperat, quam qui se negat nosse languorem.

XV. Quid ais, pater? ita tecum quisquam sic audet agere de duobus filiis, tanquam de duobus aegris? tu ex geminis alterum occidendum dabis? non ferrem, si separare expositurus auderes, si contentus esses educaturus alterutrum; non ferrem a piratis captum filium alterius vicaria servitute redimentem. Tu de orbitate facies vices? et casum singulorum per utrumque diffundes? parricidium vocarem, si promittente medico, quod sanaret unum, posses eligere periturum: paene crudelius est geminos dividere, quam perdere. En scientia, cui debeat credi: negat se scire causas languoris, deinde promittit quidquid licere non deberet nec intelligentibus: occidam, inquit, deinde sanabo: memineris, pater, in hac conditione prius esse, ut occidas: non est tanta pietas servare filium, quantum facinus occidere. Tu nunc hoc putas profundae artis esse secretum? verba tantum desperationis involvit, et homo cautissimae vanitatis captat illam novissimam circumire brevitatem.

Speres) *Spes*, Lucas.

De duobus filiis) *De duobus liberis*, W.

De duobus aegris) Scilicet quibuscumque, etiam alienis, quales quotidie circumire solent Medici.

Si separare) *Si sperare*, Lucas.

Redimentem) *Redimi*, W.

Per utrumque) *Per utrum*, Voss. pr.

Facies vices) IIa decl. 2, 2: *De pariter ardentibus vices disposuit affectus.* SCHVLT. *Vires*, Lucas.

In scientia) *En scientiam*, Leid. pr. *En scientia*, Leid. sec. Voss. pr. Lucas. Gryph. Colin. Vidov. Obr. *En conscientia, credi cui debeat*, Voss. sec.

Nec intelligentibus) *Non int.* Voss. pr. *Vel int.* W.

Deinde) *Dein*, Leid. pr.

Servare) *Sanare*, Victor.

Hoc putas) *Hoc loco putas*, Lucas.

Artis) *Arcis*, Leid. pr.

Novissimam circumire brevitatem) Quid haec sibi velint Oedipo coniectore est opus; quid si legas: *illam novissimam circumire crudelitatem*. Vt intelligat patrem, qui ex geminis alterum occidit, de quo paulo ante

Vides quanta promissum suum experimentumque caligine medicus involverit? nunquam constabit, an fuerit languore moriturus aeger, qui aliter occiditur. Non novi, inquit, languoris genus: post hanc vocem mehercle non deberes committere aegros, etiam si vellet experiri potionis haustus, ciborum fomentorumque novitates. Nescio, inquit; sed si permiseris alterius aperire vitalia, pectus effringere, remedium fortassis inveniam. Iam excusatus es, medice, matri, sperasti ne tibi crederetur.

XVI. Differo paulisper quod de fratribus, quod de geminis, quod pater hoc facit, non consentiente matre: publico potius mortalitatis contendo nomine, non de-

dicebat; hunc circumvenire et decipere captavit medicus, illud promittendo auxilium, quod nemo pater sibi caperet. *Novissimae vanitatis hominem* vocat medicum, qui quum praeter ceteros sapere vellet, respondit quidem, et novi quid attulit, in quo tamen periculum nullum erat positum, quia nemo eo remedio uti vellet. An legendum: *captavit illa novissimus circuimire obscuritate*, vel, *novissimorum circumire brevitate*? Sch. Corruptus certe locus, nam *circumire brevitatem* nihil significat. Et hic capi debet *circumire* pro decipere, ut apud Ter. Phorm. IV, 3: *Sic circumiri.* Quare legendum forte: *captat illum* (sc. patrem) *notissima circumire brevitate.* Vt *notissima brevitas*, sit ordinaria formula, quae et brevis est: *nescio*; *non novi languoris genus*, ad quod quum pater non quiesceret, sed urgeret adhoc, involvit tandem verba desperationis; addens, *si permiseris alterius aperire vitalia* etc. *fortassis inveniam* etc. Haec obscura erant, quia non plane aut certe promittebant opem, sed *fortassis.* Vanitas vero illa promissoris cautissima erat, quia sperabat, ne sibi crederetur. Cogitavi etiam, an *novissimam brevitatem circumire* posset explicari, quasi verba illa ultima: *nescio*, aut, *non novi languoris genus*, aliis verbis, ut ambagibus ampliasset; et ita quae clara essent involvisset caligine. Vt ita Ter. Andr. I, 11: *Nulla circumitione uti*; sed dura tamen erit locutio, quales in his declamationibus infinitae. Posset et per *brevitatem novissimam*, intelligi *brevior via sanitatis*, ut mox vocat. In qua substiterant adhoc medici, quam ille nunc circumit vanitate cautissima. Burm.

Involverit) *Involveret*, Voss. pr.

Si vellet) *Si vellent*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Hoc facit) *Hoc fecit*, Lucas.

Mortalitatis) Ita et supra usus *humanitatis* voce pro humano genere, et *mortalitate* et Plinium et Curtium usos, iam viri docti notarunt. *Mortalitas* autem ponitur pro *mortalibus*, quae vox saepe etiam in prosa pro hu-

bere genus istud curationis admitti. Peractum est velut de genere humano, si nobis pro salute aegri opus est morte hominis alterius; et paene ratio sanitatis intercidit, si consumit medicina tantumdem. Ego quemquam dicentem feram; ut inveniam valetudinis causas, date mihi aliud corpus, alia vitalia: occidam; deinde salutaria quaeram, profutura meditabor? Ita non facilius est nosse languorem? quae haec est impudentia crudelissimae utilitatis? Aegrum placuit occidere, ut inveni-

minibus ponitur; ut apud Liv. VI, 16; VII, 10, et alibi; Plin. IX, 17. BVRM.

Non debere) *Non deberet*, Leid. pr.

Actum est) *Peractum est*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Quem consensum codicum cur repudiemus nihil est; mutarunt vero librarii quia vulgatior erat formula *actum est*. Senec. Agam. 901: *Habet, peractum est*, et ita illa alibi; vide Cerdam ad Virg. Aeneid. XII, 296, ubi et Servius docet apud antiquos *hoc habet*, id fuisse, quod postea, *peractum est*. Male tamen explicat Cerda formulam illam: *hoc habet*; at magno cum fastu Guietus ad Ter. Andr. I, 1 neminem se scire, qui illas ἐλλείψεις explicuerit, scribit. Sed vulgata est huius formulae interpretatio, de gladiatoribus, qui quum vulnerati essent, clamabat populus, *habet*, scilicet *vulnus*. Ita Ovid. I Art., 166: *Et qui spectavit vulnera, vulnus habet*; Vid. Lips. II Satur., 21: *Peractum est*, vero plus esse puto; nam notat iam occisum gladiatorem; quia vero huius verbi *habet* usus etiam alius erat in gratulandi formulis, quum dicerent *bene habet*; alleverunt saepe librarii illud *bene*, ubi minime debebat, ut notavit Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 1472. Additur tamen in iure Oedip. 998: *Bene habet, peractum est, iusta persolvi patri*. Ibi enim gratulatur quasi Oedipus sibi calamitates, et caecitatem; addit enim *iuvant tenebrae*; *peragere* vero pro interficere passim dicitur; sic Ovid. Ibide 507 ex MSS: *Sive idem simili pinus quem morte peregit*; ubi vulgo *peremit*; ut et apud Mart. X, 61: *Crimine quem fati sexta peregit hiems*; et ibi *peremit* vulgo legitur. Et ita de homine conclamato *peractus est* dixisse veteres, indicio est Martialis VII, 46: — *Iamque peractus eras*. BVRM.

Hominis alterius) *Opus alterius*, Voss. pr.

Si consumit) *Sic consumit*, Leid. pr.

Alia vitalia) *Date alia vitalia*, W. eleganti geminatione.

Non facilius est) *Non facile est*, W. malim legere: *ita enim facilius est nosse languorem*. Vt sit sermo adhuc medici; in MSS. vero *non* et *enim*, centies scribuntur sola litera *n* linea superducta, unde facile confunduntur. BVRM.

Crudelissimae utilitatis) *Crudelissima vilitatis*, Leid. pr. *Crudelissimae vilitatis*, Leid. sec. Voss. pr. sec. et ita sane saepius vidimus in his declamationibus commutari has voces; sed hic vulgatam retineo: *utilitas* enim

retur, cur non debuisset occidi. Nullum, sanctissimi iudices, natura morborum genus solis visceribus abscondit: et quidquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat: inde pallor, inde macies, quod ad interiorem dolorem superposita consentiunt. Non invenio, cur hominem vulneribus exquiras, cur remedia quoque vitalibus per corpus immittas, et latentes meatus per haec, quibus tegimur, medicina descendat. Cur ergo non eadem ratione languor admittit intellectum sui, qua sanitatem prodit? abditos profundosque morbos, aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animae indicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis; et ipsos, de quibus agitur, modo singulos, modo pariter interroga, cui potissimum parti grave tacitae pestis pondus insederit, unde prorumpat in gemitus conscius dolor. Medicus, qui per haec

illa, quae redit ex sanatione unius per caedem alterius, est crudelissima. BVRM.

Quod ad) *Quae ad*, Lucas.

Cur remedia) Malebat Cl. Schultingius, *quum remedia*; ita mox: *Nulla est ratio vulnerum*, *sanguinis*, *supernorum*.

Vitalibus) Deest W.

Per haec) *Per* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucae.

Tegimur) *Regimur*, Leid. pr. Cl. Schultingius tentabat: *Et haec quibus egerimus*. Ascensius *per haec*, *membra* explicat.

Descendat) *Discindat*, Leid. pr. frustra; non enim rationem invenit, cur remedia crudelia per corpus, id est, per aperta vulneribus membra, vitalibus immittas, et cur medicum per haec, quibus vitalia teguntur, descendat in latentes meatus. Ideoque nihil mutandum. BVRM.

Cur ergo) Malebat Cl. Schult. *cur vero*.

Intellectum sui) *Suum*, W. *Sui* vero deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Indicat) Deest omnibus codicibus verbum hoc; *incidat*, Lucas.

De quibus agitur) Id est aegros, ut recte Ascensius; *agere* enim hoc sensu pro loqui sumitur, de quibus nunc loquimur. Sic Terent. Adel. I, 1, 53: *Estne hic ipsus, de quo agebam*, ubi Donatus, *de quo sermo est*; Hecyr. III, 5, 5: *Ipsus est*, *de quo hoc agebam tecum*. Ita et explicat Nonius Marcel. in *agere*. Similis est formula ICtorum: *qua de re agitur*, de qua vide Manut. ad Cicer. pro Muren. 13. BVRM.

Parti) *Patri*, Voss. pr.

Per haec) *Per hoc*, Leid. pr.

non potest invenire languorem, non invenit nec remedium.

XVII. Quid si aliquid sanato medicina potest praestare rationis, sufficit, quod aliquando iam facta ex unius hominis inspectione, ad totius intellectum naturae medicina profecit? Quid allaturus huic aegroto es, quod non tot seculorum, tot languentium experimenta deprehenderint? vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquiris, remedia tentare? Brevior via sanitatis humanae, propior nostrae salutis utilitas est: si viscerum nimius ardor stricta circa se membra duravit, adhibe remedia laxantia: si fluitat nimiis aeger humoribus, praesto sint, per quae pressis clusisque venis in novas vires corpus arescat: si parum prodest abstinentia, rursus ciborum qualitate foveatur: si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores meatus ieiunio fameque tenuetur. Contigit tibi magna experimentorum materia, medice, aegri duo, et languor idem: non est

Nec remedium) Francius volebat, *et remedium.*

Quid si) Lege, *Quid? si aliquid sanatio medicinae potest praest. rat. sufficit quod a. i. facta est? et ex unius h. in. a. t. in. n. m. proficiet?* Eo arguet medicum, quod quid novi velit reperire, quod praeterquam quod saevum est, utile tamen arti, aut humano generi non sit futurum. Vt ex una sanatione, ita nec ex una hominis inspectione multum profecerit medicus, ut mox ironice: *contingit tibi magna experimentum materia, aegri duo, et languor idem.* SCHVLT. Legerem: *Quid, si aliquid hoc sanato medicina potest praestare rationi, sufficit, quod aliquando facta est? an ex unius hominis ins. a. t. in. n. m. profecit.* Si hoc aegro sanato aliquid potest praestare, ut iactant, qui experientism venditant, an sufficit hoc rationi, illsm medicinam esse bonam, quia semel facta est etc. in *rationis* ultima litera ex sequenti *sufficit* adhaeserat. Francius volebat, *ex unius corpore hominis inspectione.* Sed minime opus. BVRM.

Quid allaturus) *Qui al.* W. Et mox, *aegroto est.*

Tot seculorum) *Tot singulorum*, Vidov.

Vis tu potius) Petron. cap. 111: *Vis discusso muliebri errore quamdiu licuerit, lucis commodis frui?* pro *non vis potius.* SCHVLT.

Fluitat nimis) *Nimiis*, Colin. Obr. *Nimiis aeger laboribus*, Gryph.

Praesto sint) *Praesto sunt*, Vidov.

Qualitate) Malim *quantitate.* ALM.

opus, ut exspectes, quando se per unius hominis patientiam explicet profuturorum magna diversitas: potes experiri pariter eadem, consentanea, diversa, pugnantia: nulla ratio est vulnerum, sanguinis, supernorum: quemadmodum sanari debeat alius aeger, scire non possis, nisi ex altero sanato. Quid? quod etiam ut idem sit valetudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diversitate varietur? nunquam in alienis visceribus invenias totum, quod de altero quaeras; et alius languor est, alius aeger. Cur maximum nefas alterius filii salute defendis? homo, in quo sola quaeritur causa languoris, propter medicum occiditur: adiice, quod nec deprehendi ex non sanato potest ullius causa languoris.

XVIII. Quidquid nos in vitia morborum a naturali sanitate commutat, facit aut nimii sanguinis pondus exaestuans, aut superfluens calor, aut ultra naturalem modum humor exundans, aut spiritus per tacitos meatus non solita laxitate discurrens. Quid horum, si vitalia ferro vulneribusque resecentur, salvum potest esse languentibus, quum compressi spiritus laborem protinus

Quando se per) *Quanti se per*, W. *Quanto super*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. Male. *Explicare* enim requirit illud pronomen *se*, et de illis, quae ante obscura erant, et nunc se aperiunt, dicitur; Senec. Herc. Oet. 1470: *Habet, peractum est, fata nostra se explicant*; et Thiest. 322: *Per nos odia se nostra explicant*. Cl. Schultingius volebat etiam: *exspectes quoad se*, sed non opus puto: nam sensus est, non opus esse exspectare, quia se iam explicet statim diversitas per unius hominis patientiam; *quando* hic pro quoniam ponitor. BVRM.

Consentanea) *Conscia*, Voss. pr. a m. pr.

Supernorum) *Supremorum*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Gryph. Vidov. Colio.

Ex altero sanato) *Ex homine sanato*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas; *Ex homine servato*, Colb.

Ex non sanato) *Ex sanato*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Vllius) *Vnius*, Voss. pr.

Superfluus) *Superfluens*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Per tacitos) *Per totos*, W. male: modo *latentes* dixit.

Vulneribusque) *Vulneribus*, W.

ille reserati pectoris meatus emittat, sanguis iisdem pariter deprehendatur, egrediaturque vulneribus! an fas putatis, ut suam servent viscera nudata faciem? ut nihil perdat ex priore natura illud pectoris vitaeque secretum, quum admisit oculos? Plurimum in nobis etiam timore mutatur: quantum aufert sollicitudo, gaudium, dolor, et aliquis subitus affectus? quoties, dum ad curationem praeparatur aeger, dum componitur ad sua remedia corpus, medentium manus anima destituit? Iam vero ad singulos ictus, et longissimas vulnerum moras, quantum ex toto homine convertitur clamore, gemitu? necesse est omnes perire, quibus continetur vita, causas, quoties vita ipsa consumitur: et cum homine, qui propter intellectum languoris occiditur, ipse quoque paulatim languor emoritur. Differ saltem, pater, hanc crudelitatem: quidquid ex filio facis, facies ex cadavere: si potest deprehendi languor, dum occidit, facilius, quum occiderit. Interrogare mehercle hoc loco libet, utrumne periturum pater, an medicus elegerit? negavit sua interesse, quem occideret; hoc, si et alter periisset, probaverat utrumque fuisse periturum; quum convaluit, probat utrumque victurum: ad saevissimam curationem potuit aegrum facilius mehercle explicare,

Iisdem) *Idem*, Voss. pr. Lucas.

An fas putatis) Vide Cels. praef. lib. I. Alm.

Affert) *Aufert*, Voss. sec. *Offert*, Voss. pr. *Afferat*, Leid. pr. *Aufert* probat Cl. Schultingius. Cui accedo: nam cohaeret melius praecedentibus et sequentibus. Burm.

Destituit) *Destituitur*, W.

Clamore, gemitu) *Clamore et gemitu*, W.

Emoritur.) *Ei emoritur*, W. *Ipso q. p. languore emoritur*, Ed. Pith.

Differ) *Differt*, Leid. sec.

Dum occidit) *Quum occidit*, Gryph.

Hoc, si et alter) *Hoc si alter*, Gryph.

Fuisse periturum etc. *utrumque*) Haec deerant W. qui tantum habebat: *utrumque victurum*.

Vtrumque victurum) *Vtrumque fuisse victurum*, Lucas.

Ad saevissimam) *An saevissimam*, Leid. pr. Malim: *ah saevissimam curationem!* *potuit*.

Aegrum facilius explicare, si esses unici pater) Si esses pater unici, hoc facilius potuisset liberare, aut liberasset aegrum, qui uno tua electione

si esset unici pater; sufficit ergo comparare, decernere, num iterum ille tibi pretiosior, ille melior incipiet esse victuro.

XIX. Vbi est impatientia patris, qua vix dimittitur cadaver in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dii immortales! quam saeva, quam crudelis est ista cunctatio! dum deliberas, dum unumquemque detrectas, parricidium in utroque consummas: duorum utilitate fit, ut ex fratribus possit alteruter occidi. Nunquam, iudices, res tam horribilis inauditaeque feritatis admissa est: filium pater propter eum occidit, quem etiam ipsum poterat occidere. Transfert, iudices, reus in medicum electionis invidiam: ille, inquit, aestimavit; ille decrevit: ergo manifestum est non parem fuisse languorem: ex duobus aegris plus habuit spei, propter quem debuit alter occidi. Recede paulisper, mulier infelix; filii tui nobis referenda curatio est. Felices aegri, qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorum amplexus, inter suorum alloquia posuerunt. Vt erat iuvenis primo ipso comparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta est a perituro prima mater;

torquetur; vide sequentia. Vel lege: *ah* (vel *at*) *saevissimo curatione potuit aeger facilius explicari, si esses unici pater.* SCHVLT. — *Potuit*) *Potuisset*, W.

Num iterum) *Nunquam ille*, W. Forte, pro *num unquam.*

Impatientia patris, qua vix dimittitur) *Patientia patris, qua vixit dimittitur*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. qui tamen *vix* habel.

Qua corpus) *Quo corpus*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr.

Detinetur) Deest Voss. sec.

Ista cunctatio) *Ipsa c.* W. Voss. sec. Leid. sec. Gryph. Colin. Vidov.

Detrectas) *Detractas*, W. Lucas. Gryph.

Consumis) Malim *consummas.* Ita et decl. 4: *Quod nobis voluerunt licere leges, intra se consummat ille.* Ita legendum videtur. Quia *consumare* saepe scripserunt. SCHVLT. Ita iam Ascensius suspicatus est, legendum esse.

Vtilitate) *Vilitate.* Lucas.

Alteruter) *Alter*, W. Leid. pr. Voss. pr.

Inauditaeque) *Inauditae*, Voss. pr. sec.

Anhelitus) *Mollitus*, W.

Abacta est a perituro) *Abacta est*

et modo sedula ministeria servorum repente mutata sunt in mortis officia: detrahuntur trementibus velamenta membris; et ut grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur mirabilis ac deflenda macies: toto deinde tenditur toro, et ad immobilem rigidamque patientiam per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextera statim totum vulnus imprimeret, sed quod leviter paulatimque descendens animam in confinio mortis ac vitae librato dolore suspenderet. Haec exhortatio, hoc fuit perituri iuvenis alloquium: fortiter dura; patienter admitte; sanabitur frater. Non est quod exanimeris metu, dolore deficias: cave viscera exclamatione ne lasses, anhelitu gemituque concutias, ne remedium pereat alienum: passus est miser discurrentem per omnia reserati pectoris improbum vagae artis errorem.

XX. Contentum fuisse medicum toto homine discentem primo putatis aspectu? egesta saepe vitalia, pertractata, diducta sunt: fecerunt manus plura quam

aperitur ut prima, Voss. sec. *Primo mater*, Lucas.

Mirabilis) *Miserabilis*, Leid. pr. Voss. sec. Lucas.

Descendens) *Discindens*, W. Leid. pr. Voss. sec. Ita et supra. Sed propria in hac re vox *descendere*; vide ad Ovid. Met. III, 67. Burm.

Exhortatio) *Exoratio*, Leid. sec. Voss. pr. a m. pr. sec.

Per omnia reserati) *Per viam reserati*, Leid. pr. non male.

Vagae artis) Malim *vanae*; ut supra, *vanissimus nescientium*, et *cautissima vanitas* item de medicis. Sch. Ita et volebat Francius: ego nihil muto, quia melius convenit vagae arti *discurrens error*.

Toto homine) *In toto h.* W.; *toto homine discurrentem*, Gryph. Colin. Vidov. Pith.

Primo putatis) *Primo* deest Lucae.

Pertracta) *Pertractata*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Gryph. Vidov. Col. Obr. quod cur mutaverit Leidensis editor, causam non video, quum necessario requiratur; Petron. XXIV: *Pertractato vasculo tam rudi*; at cap. 79: *Pertractavi gaudio dispoliatum torum*. Ios. Sarisb. VIII, c. 11: *Qui te pro lubitu quotiens voluit, pertractavit.* Burm.

Diducta) *Deducta*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. *Reducta*, Leid. pr.

Fecerunt manus) *Facere manus*, Victor.

ferrum. Stat iuxta medicum pater apertis visceribus inhians, stillantem animae sedem cruentis manibus agitantem: ne festinet, hortatur; iubet altius diligentiusque scrutari; interrogat, dubitat, contendit, affirmat, et accipit de filii morte rationem. At mulier infelix clausis advoluta foribus, cruentumque secretum toto corpore effringens, velut super busta tumulosque clamabat: Audi, miserrime iuvenis, si quis adhuc tibi superest sensus, exaudi; non permisit hoc mater; crede orbitati meae: crede lacrymis; nec frater hac vellet ratione sanari. Inter haec reficiebatur miser haustibus; detinebatur alloquiis; comprimebatur residuus cruor; cludebantur aperta vitalia: nemo unquam tam nova pertulit commenta saevitiae; tanquam sanaretur, occisus est. Ite nunc et quaerite, an potuerit medico sanante vivere, qui tamdiu vixit, dum occiditur.

XXI. Vos tunc putatis illius tantum languoris medicum quaesisse causas? quaesivit quidquid nesciebat; et usus occasione rarissima, in omnem voluit proficere novitatem. Dii immortales! quantum infelix iuvenis animae, quantum sanguinis, quantum habuit ex vita, qui pertulit ordinem longissimae curationis? vix aegre misero licuit mori; vix a cruciatibus suis anima dimissa est. Inventum putatis esse languorem? inventum est illum potuisse sanari. Agedum, commento tuo senex superbus exsulta: habes quod liberis, quod parentibus, quod

Apertis visceribus inhians) Ex Virg. IV, 63: — *Pecudumque reclusis Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.*

Audi, miserrime) Francius volebat *exaudi.*

Comprimebatur) *Opprimebatur*, Voss. pr.

Residuus) *Assiduus*, Leid. pr.

Tanquam sanaretur) *Qui t. s.* Luc.

Quaesivit quidquid nesciebat) *Quae sunt quidquid nesciebant*, W. *Quae sunt q. nesciebat*, Leid. pr.

Pertulit) *Protulit*, Lucas.

Vix aegre) *Vix aegro misero*, Vict. Ego alterutrum e glossa natum puto, et eiiciendum. Burm.

imputare seculo possis; fecisti medicum parricida meliorem. Libet mehercle intueri par illud: aegrum vidisses hominem, qualem non salutares medentium manus, non ars inventa pro vita, sed diri ferarum rabidique morsus, et avium fames satiata destituit, hinc alium in novas vires recepsque robur reddito vigore surgentem. Vultis scire, iudices, unde venerit tanta diversitas? illum pater curavit, hunc mater: quantum, inquit, misera pertuli laborem, dum tam magnam foveo tristitiam? non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnantis valetudinis rigore contentio: totus in lacrymas moeroremque resolutus oderat lucem; respuebat cibos; fastidiebat haustus, et vitam parricidii pudore fugiebat: in omni proclamatione gemituque, frater: ille diebus ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus tu aegris, impotentissima medicina, mentita es? non fuit, non fuit solo languore periturus, quem non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur, inquit miserrima feminarum, saevissime senex, ex hac recordatione. tristissimae orbitatis ad hos vultus, faciemque converteris? sine dubio filius est, et post gravissimas denuntiationes redditus vitae.

Parricida meliorem) Quid si *parricidio*? SCHVLT.

Par illud) *Par filiorum illud*, W. *Partum illuc aegrum*, Voss. sec. Cl. Schult. legebat *intueri par illud aegrum. Videtis hominem*, aut *vidistis hominem* scil. quem vobis iam delineavi; *videtis* habent W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Legendum puto, *libet m. intueri par illud aegrum: illinc vidisses* etc. *Illinc* absorptum fuit ab *illud* praecedenti. Sequitur vero *hinc*, vel *libet m. in. par filiorum aegrorum. Illinc vidisses* etc. BVRM.

Rabidique) *Rapidique*, Leid. sec. Voss. pr.

Diri) *Duri* Leid. pr.

Et avium) *Et animalium*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Resolutus) *Resolvens*, Voss. pr. a m. sec.

Frater) *Fratris*, W.

Ille diebus) *Illae diebus*, Leid. pr. *Illae d. a. n. conflictationes*, manus viri docti in marg. Ed. Gryph.

Torquebat) *Torquebatur*, Voss. pr.

Non fuit, non fuit) Semel modo ponit W.

Impotentissima) *Impotissima*, Leid. sec.

Mors fratris) *Mors factis*, W.

Converteris) Quid, si *convertis*:

XXII. Sed ignoscat natura, pietas; non est solatium matri unus ex geminis: felicior ille dolor est, qui transigi saltem cum oculis potest, renovatur, accenditur, et in his vultibus illum quotidie putat videre pereuntem! sed et ipse gaudio redditae vitae laetitiaque non fruitur; nec se credere potest charitate praelatum, quem medicus elegit: sentit infelix, cuius orbitatis unicus sit, quibus lacrymis perfundantur oscula, quam magnis profundisque suspiriis concutiantur amplexus: misera verecundia sanitatis ingratae, pretium sibi videtur fratris occisi. Convertitur hoc loco, iudices, mulier infelix, et velut ad quandam praesentiam amissi iuvenis; Sive, inquit, tandem securitate mortis explicitus, in aliquo sedis aeternae pudore requiescis; sive exclusus ac vagus, et inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione, per stupentes horrentesque manes umbra discurris, audi miserrimae matris iniquissimam complorationem:

nempe *me.* Vis hac re me consolar, patet ex seq. SCHVLT.

Natura) *Naturae pietas*, Leid. pr.

Matri) Deest W.

Ex geminis) *Ex geminis vultibus. Felicior*, Colb.

Transigi cum oculis potest) Locutia similis illi, quam illustravimus ad lib. VII Inst., 1: Vt *pulchre fuerit cum materia tumultu et clamore transactum*. Hic ergo significat, illum dolorem feliecm esse, qui simul cum oculis (flendo scilicet corruptis) finitur: qui caecitatem affert; mox legerem: *hic renovatur* etc. ut opponatur *felici dolori*. BVRM.

Renovatur) *Revocatur*, Leid. pr. pro var. lect.

Accenditur) *Attenditur*, W.

Sed et ipse) *Sed ipse*, W.

Quibus lacrymis) *Cuius l.* W.

Amissi iuvenis) *Admissi*, Voss. pr.

Aeternae pudore) *Prato*, Obr. quod unde habeat nescio, nec quid velit capio. Sed legendum puto: *sedis aeternae paedore*. Quod et Cl. Schultingius, si sensus admitteret, ferret; *sedes aeterna* est sepulcrum, ut millies vocatur, et *domus aeterna*. Vid. ad Petron. c. 71. *Paedor* hic propter sangu[illegible]olentum cadaver, quod ne parricidium manifestum odio esset, furtim sepulcro fuit conditum, ubi paedore conficiebatur. Hoc sequentia indicant, ubi in mortis conditorium non sibi licuisse irrumpere queritur. BVRM.

Miserrimae matris iniq.) *Miserrimae iniquitas, iniquissimum*, W.

*Comploratione*m) *Decomplorationem*, Voss. pr.

non quidem licuit mihi in illud cubiculum, conditorium tuae mortis, irrumpere; nec super carissima membra prostratae meis vulnera tua tegere visceribus: quod solum tamen potui, corpus, quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misera collegi, ac vacuum pectus frigidis abiectisque visceribus rursus implevi, sparsos artus amplexibus iunxi, membra diducta composui, et de tristi terribilique facie tandem aegri cadaver imitata sum. Hoc est tamen, quod de tristissima orbitate praecipue ferre non possum: propter fratrem videris occisus; nec tamen unquam constare poterit, an tu sanaveris fratrem.

Cubiculum conditorium) *Condictum cubiculum*, W. *Conditorium cubiculum*, Leid. pr. Voss. pr. sec. *Conditum cubiculum*, Leid. pr. Ego vocem *cubiculum* delendam puto, ut glossema τοῦ *conditorium*, ut et censuit Cl. Schult. quia in cubiculo obserato laceratum legerat librarius, et ibi mortuum hic reposuit: quum eleganter mater illud idem conditorium vocat, quia forte ibi clam conditus fuit filius, ut modo vidimus. Vel capienda per appositionem, cubiculum, quod fuit conditorium. BVRM.

Super) *Supra*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Prostratae) *Prostrare*, W. *Praestare*, Leid. pr. In Voss. sec. hic quaedam desunt, et legebatur: *Supra carissima membra diducta composuit*, omissis mediis. *Prostratae matris*, Lucas.

Tegere) *Regere*, Leid. pr.

Solum tamen) *Solum tantum*, Voss. sec.

Abiectisque) *Abiectuque*, Voss. pr. Leid. sec.

Iunxi) *Vinxi*, Leid. sec. Voss. pr.

Diducta) *Diducere*, Lucas.

DECLAMATIO IX.

G L A D I A T O R.

ARGVMENTVM.

Abdicare et recusare liceat. Pauperis et divitis inimicorum filii iuvenes amici erant. Filius divitis quum in piratas incidisset, scripsit patri de redemptione. Illo morante, profectus pauperis filius, quum amicum apud piratas non invenisset, quia lanistae vaenierat, pervenit in civitatem, in qua munus parabatur, sub tempus ipsum, quo pugnaturus erat divitis filius. Pactus est cum munerario pauper adolescens, ut vicariis operis redimeret amicum, petiitque, ut si egeret pauper pater, alimenta ei praestaret: ipse in pugna occisus est. Divitis filius reversus egentem invenit pauperem, palam coepit alere: abdicatur.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

CAP. I. Neminem unquam, iudices, intra tam breve aetatis suae spatium plura terrae marique perpessum, quam proxima peregrinatione vel tuli, vel timui, vel vidi, facilis, ut opinor, fides est, quum ex omnibus,

Haec declamatio in W. est sexta, prioribusque elegantius scripta mihi videtur. Saltem apertior et planior est.

Quia lanistae) *Et quia*, L. W.

Vaenierat) *Venerat*, Leid. pr. Victor.

Divitis filius) *Divitis* deest Leid. pr. *Dives filius*, Voss. pr.

Pactus est) *Est* deest Leid. pr.

Vicariis operis) *V. operibus*, W.

Petiitque) *Petitque*, Leid. sec.

Pauper pater) *Pater* non est in Leid. pr.

Abdicatur) *Abdicatur. Recusat*, W. *Abdicatur a patre, recusat*, Leid. pr.

Aetatis suae spatium) *Aet. s. tempus*, Leid. pro Var. Lect.

Perpessum) *Perpessum fuisse*, Leid. pr.

Facilis) *Facilius*, Lucas.

quos novimus, mortalibus unus nominari me miserior possit, quem infelicem ego feci: tamen in hac quoque omnia excogitantis in me fortunae violentia, confiteor nunquam hunc me concepisse animo metum, ne post redemptum per alienas manus filium, displiceret patri meo misericordia. Illas verebar magis iam non tacitas vulgi opiniones, quibus crudelitatis atque saevitiae reus peragor apud plerosque sanctos et graves homines: nondum excusare potui, quod redemptus sum; obiicitur mihi orbatus senex; et ille qui modo salvo filio etiam contra divitem steterat, amissis in uno iuvene omnibus bonis inimicae domus supplex. Licet enim totas advocemus in odia fortunae vires, et egentem unum senem universa gratiae mole calcemus, confitendum est tamen, plus amici nocuimus, quam inimici. Quin ipsa prorogatae quotidiana stipe infelicis animae videtur quodammodo maligna clementia: quod enim beneficium est efficere, ut vivat orbus? unum tamen vel gravius crimen infelix haec abdicationis meae fortuna defendit,

Vnus nominari) *Vnus tamen nom.* Leid. pr.

Me post) *Ne post*, W. *Ne post* etc, *Displiceret*, Leid. pr. Voss. sec. Lucas, Gryph. Colin. Vidov. Pith. Colon. Oxon. Quod prae vulgata a Leidensi editore et Obr. placet. Pessime vero in Pareana editione, *ne post* etc. *displicere.*

Atque saevitiae) *Atque saevissime*, Voss. pr. a m. pr.

Apud plerosque) *Et apud pl.* Leid. pr. in Voss. sec. distinguebatur post *peragor*. *Apud plerosque* etc. *nondum excusare potui*, *quod* etc.

Obiicitur mihi) *Obiicitur enim mihi*, Leid. pr.

Domus supplex) Notaverat Clar. Schultingius substantive hic poni, ut et apud Florum et Horatium. Credo voluisse illa apud Horat. significare, III, Od. 10: *Supplicibus tuis parcas*; et Flor. II, 8: *Placuit senatui opem ferre tantis supplicibus.* Sed tamen posset hic *domus supplex*, pro *domui* capi. Ita apud Val. Max. VI, 8, 4; in emendatissimis editionibus, *sordidi auxilii supplex*, quum vulgo sit *sordidis auxiliis*. Burm.

Vnum senem) *Senem* deest Voss. prim.

Confitendum est) *Confidendum est*, Leid. prim.

Quin ipsa) *Qui in ipsa*, Voss. sec.

Prorogatae) *Prorogatio*, W. Quod non displicet.

Defendit) Capiebat Cl. Schult. ut apud Virgil. *Solstitium pecori defen-*

quod vix ad sustinendum spiritum sufficientes cibos, prorsus tantum mortis impedimenta, avara manu dederim: puto iam ignoscetis omnes, si plus praestare non potui invito patre.

II. Quamquam, iudices, oboritur animo meo nonnunquam et illa suspicio, quod patrem non alimenta uni seni, parce vivere assueto, nec liberaliter data, nec diu danda, in offensam meam compulerint: quantulum est enim facultatibus divitis, quod sub patre sane tenaci filio familiae superest? ac si foret maius forte momentum, quis tamen parens tam durus est, ut propter aliquam impensam carere filio velit, quod ipse celatus sit, quod non suae misericordiae pauperem commiserim, non rogaverim, praesertim qui quidquid unquam petii a patre, exoravi? sed neque haec ultimo fulmine ca-

dite. De qua significatione vid. Heins. ad Ovid. Epist. V, 16.

Animo meo) *Animo modo*, Leid. prim.

Nec diu) *Ac diu*, W.

Est enim facultatibus) Videtur Ascensius legisse, *est enim in facultatibus*; forte legendum, *quantulum enim abest facultatibus divitis* etc., ut sit oppositio inter *abest* et *superest*. BVRM.

Sane tenaci) Multus hic Ascensius, ut probet, non absurde *sane* poni pro multum; vide tu Serv. ad Virgil. X Aeneid., 48; Terent. Heaut. III, 2, *Sane bona*, et ita saepe Cicero et alii. BVRM.

Momentum) *Fomentum*, Colb. forte non male, pro alimento, et reliquis quibus pauperem fovit.

Quod ipse celatus sit) Similitudine vocabulorum credas excidisse vocem, saltem commodissimum est, *sed ipse celatus et iratus*, *quod non.* Ita mox, *saepe reprehensi odii culpa videatur penes patrem, qui tam facile irascitur; et hic irascendo pertinax erat.* SCHVLT. Hanc constructionem, licet Heins. ad Ovid. IV Fast., 149, cum dativo praeferre videatur, exemplo Ciceronis et optimi cuiusque scriptoris defendere facile est. Cicer. V ad Fam., 2: *Debes existimare, te maximis de rebus a fratre esse celatum.* Et celare aliquem passim ille, Ovidius, Terentius et alii. BVRM.

Pauperem commiserim) *Nunc paup. c.* Leid. pr.

Qui quidquid) *Quio quidquid*, W. *Qui* deest Voss. sec.

Petii a patre) *Petii patrem*, W. Eleganter, ut ad Ovid. lib. VII Met., 296, ostendetur. BVRM.

Neque haec) *Neque hoc*, Leid. pr. Lucas.

Vltimo fulmine) Ita vocat abdicationem, quae gravissima in filium est poena. Ita *ultimum vulnus imperii*,

stigari meruit differendis precibus verecunda cunctatio: qui dum tempus opportunum, faciles aditus, hilariorem animum capto, interim volui superesse, cui ignosceret: neque inficior tamen fuisse me lentiorem, quam oportuit; tametsi hoc praecipue habere videor patris simile. Sed si ulla emendatio poenitentiae est, hic in publico vobis adhibitis rogabo: non ego aes alienum luxuria contraxi, nec profusus in vitia fortuna nostra male usus sum: redemptionis meae pretium debeo: si impetro, intelligam verum esse, quod quidam opinantur, ambitiosum patrem publicare voluisse domus suae misericordiam, ne viderentur pauperes tantum vitam inimicis suis dedisse: si perseverat, ut porrectos egenti cibos mea fame rependat, et expulsum omnibus bonis

Flor. II, 2. *Vltima dimicatio*, Liv. I, 15. *Vltimum scelus*, Iust. XXIV, 2, et similia; mox hac declamatione, *ultimum patriae potestatis fulmen* iterum dicit. Fraucius etiam malebat *hoc ultimo fulmine*. Bvrm.

Differendis) *In differendis*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Victor. Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Qui) Recte Ascensius hic docet, licet praecedat *cunctatio*, tamen pronomen poni, ac si *cunctans* praecessisset, ex Terent. Andr. I, 1: *Laudare fortunas meas, qui haberem filium;* et Ovid. III ex Pont., 4: *Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum.* Sic idem V. Trist., 10, 12: *Suntque magis vitae tempora dura meae? Quem tenet Euxini mendax cognomine litus.* Bvrm.

Faciles aditus) Virgil. IV Aeneid., 423, *Molles aditus.* Vt mox noster cap. 3, *Quosdam molliores tentabat aditus.* Bvrm.

Patris simile) *Patri simile*, Leid. pr. sec.

Emendatio poenitentia) *Poenitentiae*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas, et ita legendum puto. Sic enim et apud Petron. 99, *Emendare poenitentiam* explicuimus. Cl. Schulting. malebat, *commendatio poenitentiae.* Sed poenituerat olim hunc iuvenem odii in pauperem, et etiam patris sui; quum pauperis inimici filio, ut amico usus esset, et deinde eius patrem aluisset. Hanc nunc emendare vult culpam, et cum patre in gratiam redire. Bvrm.

Hic in publico) *Hinc in publico*, Leidens. prim. Forte *hunc*, patrem, δεικτικῶς.

In vitia) *Iniuria*, W. Leid. pr.

Dedisse) *Dedicasse*, Leid. pr.

Egenti) *Egentis*, Voss. pr.

Rependat) Vid. ad Phaedr. Prolog. lib. II, recte notat Ascensius perperam *recompensare* vulgus uti. Bvrm.

Et expulsum omnibus bonis filium) *Expulsum ab omnibus filium*, W. *Ab* etiam est in Leid. pr. sec. Voss. pr.

filium similem faciat inimico, vereor ne iniquis aestimatoribus inexpiabilis illius et saepe reprehensi odii culpa videatur penes patrem, qui tam facile irascitur.

III. Verum enim sic placet, fortunae magis moribus dissidere, quam suis; nam et paupertatis est proprium, quando alia deficiunt, exercere libertatem: et dum contemptus fama vitatur, potentiores vel ambitiose offendere: et nacta bonam conscientiam magna fortuna, indignius imparem adversarium patitur. Ergo conseruit, ut solet, casus duratura longius a parvis initiis odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas gravius: neque ulla fuit aemulatio; quae enim esse inter impares potest? sed fato quodam similis ex diversis causis contentio: hic irascendo pertinax erat; ille in-

sec. Lucas; *et etiam* abest a Leid. sec. Voss. pr. sec. Vidov.

Reprehensi odii culpa) *Reprehensio de culpa*, Leid. sec. Voss. pr. et sec.

Inexpiabilis) *Inexplicabilis*, Lucas.

Verum enim sic placet) *Verum est si placet*, W. Leid. pr. *Verum enim si placet*, Leid. sec. Voss. prim. sec. Lucas. Cl. Schult. malebat, *verum enim vero si placet* (sc. irasci vel dissidere) aut, *sic placuit*, aut, *his placuit*; et Gronovius, *fortunae magis moribus debet*, teste eodem. Sed obscurus hic mihi locus videtur. Forte, *verum etiam sic patet*, *fortunae magis m. d. q. s.* Licet culpa odii in patrem conferatur, tamen apparet odium illud magis ex fortunae inaequalitate provenire, quam quo illorum mores sint dissimiles: adscripserat illustrando huic loco Cl. Schult. Taciti illa ex I Hist., 15: *Ceteri libentius cum fortuna nostra, quam nobiscum loquuntur.* Burm.

Dissidere) *Diffidere*, W.

Deficiunt) *Deficiant*, Leid. pr. sec. Voss. pr.

Exercere libertatem) Hoc et Iustinus notat lib. IX, 4: *Et quoniam rebus nequeunt ulcisci, verbis usurpant libertatem*, ut notavit Cl. Schult. Liv. XXIII, 2: *Licentia plebis sine modo libertatem exercentis.* Et ita adstrui posset coniectura Freinshemii in Flor. I, 21: *Libertatem a dominis datam in ipsos exercuerant.* Sed dubiam hanc lectionem facere possent illa ex declamat. 13, 6: *Exerite libertatem fortibus verbis*, ubi tamen et *exercete* est in Leidensi pr. *Liberalitatem* hic perperam habet Leid. pr. Sed a mala manu intrusum, quum fuisset *libertatem*. Burm.

Et dum) *Et ut*, W.

Fama) *Famae*, Leid. pr.

Ambitiose) *Ambitione*, W.

Imparem) Deest Voss. sec.

Conseruit) *Conservat*, Leid. pr. sed ita, ut videatur prius *conseruit* fuisse.

A parvis) *A puris*, W.

Similis) *Simul*) W.

Diversis causis) *Diversis fatis*, Leid. pr. pro Var. Lect.

Hic irascendo) *Hic in irascendo p.*

cendendo contumax. Quamquam, nisi ultimam exprimere confessionem victi utique placuisset, multa iampridem signa dederat veniam finemque pugnae petentis: nam quo pertinuisse credimus, quod pauper adolescens relictis omnibus, solum me, quem coleret, quem amaret, elegerat? sine dubio a primis aetatis annis iunxerat nos potentissimus amor ille puerilis, dum aut nulla erant inter parentes odia, aut a nobis non intelligebantur: post diductas tamen domos perseveravit, immo impensius laboravit; et si quid mihi in eo satis perspectum est, nihil horum fecit invito patre. Quantum intelligere potui, pauper sine dubio pudore cedendi, ne damnasse causam suam videretur, simul quod nulla ipsi dabatur gratiae via, stare visus in suscepto, circuitu tamen

e. i. in cedendo contumax, W. Quod minime displicet. *Incedendo*, Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. *In caedendo*, Marg. Gryph. *Hic* autem divitem respicit, *ille* pauperem, quod notandum contra Ascensium: nam mox de eodem, *pudore cedendi*. BVRM.

Nisi ultimam) *Nisi* deest W.

Dederant) *Dederat*, Voss. sec. Obr. Certe si *dederant* placet, legendum videtur *utrique*. Sed ego de paupere malo intelligere, et legere, *si ultimam e. c. v. utrique pl.* etc. *dederant*.

Veniae finemque) Lege, *dederat veniam, finemque pugnae petentis*. Est a gladiatoribus petitum. SCHVLT. Optime: ita enim Schol. Persii ad Sat. V, 119: *Gladiatores victi, ostensione digiti veniam a populo postulabant*. BVRM.

Petentis) *Potentis*, Voss. pr.

Quo pertinuisse) *Quo pertimuisse*, Leid. pr. sec.

Quem coleret, quem amaret) Recte: plus enim est *amare*, quam *colere*. Vide ad Petron. 127. BVRM.

Potentissimus amor ille puerilis) Vide Qint. I Instit, cap. 2.

A nobis) *A* deest Leid. sec.

Non intelligebantur) *Non* deest Voss. pr.

Post diductas) *Post ductas*, Leid. pr. a m. pr. sec. Voss. pr. Lucas. *Post duras*, Voss. sec.

Et si) *Quod si*, Voss. pr. et *perfectum*.

Cedendi) *Credendi*, Lucas.

In suscepto) Lege *suspecto*, an ab iis quibus in montem praecipitem per ambages, sed periculosas, est escendendum, qui, si qua datur copia, clementiori et tutiori via utuntur? SCHVLT. Ascensios a circumscripto certantibus circuitu, quem qui egreditur, pro victo habetur. Sed medetur huic loco egregie Obrechtus sola distinctione, *stare visus in suscepto, circuitu tamen quodam molliores tentavit aditus*. *Quodam* vero est in Voss. pr. Ita Ovidius XI Met., 200: — *Susceptaque magna labore Crescere difficili* — —. Licet sciam ibi *moenia* posse intelligi. Sic et *in-*

quodam molliores tentavit aditus, et dum firma tandem pax impetraretur, filium nobis obsidem dedit. •

IV. Ac ne meus quidem offendi visus est pater; certe nunquam reprehendit, nunquam prohibuit: nec clam feci, nec contumacem adversus patris imperia unquam fuisse me vel ipse rerum declarat ordo: nam quamvis infestum latronibus mare iussus intravi: neque dissimulaverim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret, quod ipse facere non potuerat: ego etsi nesciebam, non interrogavi; satis plena ratio fuit patrem velle. Felix navigantium conditio, qui procellas modo, et saevos tempestatis incursus, et albentes fluctibus scopulos aliaque pericula tantum maris pertulerunt: ego miser naufragis invideo, captus barbaris manibus: nec tam nexu catenarum vinctus, quam pondere inundatum carcerem tuli, et vincula macie laxavi. Quis non ignosceret omnibus, qui post hoc exemplum navigare timuissent? ergo qua una spe misera trahebatur anima, literas de redemptione scripsi patri, testor deos, soli. Quid enim sentire viderer de parentis affectu, si hoc incolumi redemptionem ab alio petivissem? nam quod unum mihi secundum patrem fortuna videbatur parasse praesidium, hoc sperare in illa sorte non poteram. Quid attinebat amico scribere, quem sciebam non habere unde redimeret?

ceptum, ut idem VI, 50: *Perstat in incepto*. Et 145: *Obstitit incepto pudor*. Et alibi, mox *Meliores*, Lucas. Sed male, ut ad cap. 11 notavimus. BVRM.

Vnquam fuisse) *Nunquam fuisse*, Leid. pr.

Infestum) *Infectum*, Voss. pr.

Plena ratio fuit patrem velle) Hoc est quod ait Iuven. VI, 23: *Sit pro ratione voluntas*. BVRM.

Aliaque) *Alia*, Voss. pr.

Nec tam) *Nec tamen*, Leid. sec.

Nexu) *Nexus catenarum iunctus*, Voss. pr.

Quam pondere) *Qui pondere*, W.

Si hoc incolumi) *Sed hoc in*. W.

Redemptionem) *Redemptione*, Leid. prim.

In illa sorte) *In illa forte*, Leid. prim.

Quid attinebat) *Quid enim at*. W.

V. Nunquamne mihi dabitur liberum tempus conquerendi apud patrem de amicis suis, qui proficisci volentem retinere tentarunt? qui piae festinationi attulerunt moras? Profectus esset tamen vel invitis omnibus (quis enim non hoc praestaret filio pater)? nisi quod interim amicus antecessit: illum non pericula maris, non infesti latronibus sinus, non vicinum meae fortunae documentum prohibuit. Minus haec miror de amico: illud est quod pensari nullis beneficiis possit: proficiscentem non retinuit pater; immo si quid in subsidia vitae seposuerat parca frugalitas, id omne in impensas itineris contraxit, et contulit: infelicissime senex, sic egere coepisti. Dicam nunc ego, per quos iuvenis praestantissimus navigaverit fluctus, quos accesserit scopulos, quantos lustraverit sinus? faciliora ista putant, qui nunquam navigaverunt. In omnia praeceps, sine respectu sui, quem iam tum apparebat vitae non parcere, abiit, exploravit; et

Minus haec) *Minus hoc*, Lucas.

Nullis benef.) *Ullis b.* Voss. pr.

In impensas) *In* deest Leid. pr.

Dicam nunc ego) *D. n. ergo*, Gryph. Colin. Vidov.

Accesserit scopulos) Virgiliana imitatio ex lib. I Aeneid., 200: *Vos et Scyllaeam rabiem, penitusque sonantes Accestis scopulos — —.* Burm.

Sine respectu sui) *Sui* deest W. male. Terent. Heaut. I, 1, *Non te respicis.* Rationem vero huius vocis egregie illustravit Gronov. ad Liv. XXI, 44. Aliter si *sui* delendum esset, posset legi, *sine respectu vitae, cui iam tum apparebat non parcere, abiit*, ut illud *cui* in *sui* aberit; et vox *vitae* transposita fuerit. Burm.

Adiit) Maluisse *abiit* videtur Ascensius, nec male. *Praeceps in omnia abiit* enim elegantius dictum, quam *adiit.* Livius, licet paulum alio sensu, et magis proprio lib. II, 47, *Praeceps Fabius in vulnus abiit*, quod violentiam notat; nam si illa absit, *in vulnus cadere* dicitur apud Stat. IV Theb., 403. Sed propius ad hunc locum Sallust. Catil. 25: *Luxuria atque inopia praeceps abierat.* Et ita fere semper in verbo *abire* quaedam vis, qua ferimur in rem, inest; ut apud Ovid. I Met., 495: *Sic deus in flammas abiit.* Et carminis obscoeni auctorem, 77: *In semenque* (vel *senemque*) *abeo.* Mitius est apud Livium I, 32: *Facta spes in avi mores atque instituta regem abiturum.* Quod egregie illustrat Gebhardus. Illud autem *ruere* dixisse Latinos recte Cl. Schultingius notavit, quomodo hoc verbum cum *praeceps* coniungit Val. Flacc. IV, 675: *— Praecepsque fragores Per medios ruit — —.* Ita passim, *praecipitem ferri*, *cadere* et similes locutiones sunt obviae. Burm.

tamen ille quoque, qui tanto opere festinabat, sero pervenit. Audite, audite, iudices, novam captivi querelam: iam miser apud piratas non eram: alebat devotum corpus gravior omni fame sagina, et inter debita noxae mancipia contemptissimus tiro gladiator, ut novissime perderem calamitatis meae innocentiam, discebam quotidie scelus: haec tamen omnia sustinui, tuli: adeo difficile est etiam sua causa mori!

VI. Et iam dies aderat; iamque ad spectaculum supplicii nostri populus convenerat; iam ostentata per arenam periturorum corpora mortis suae pompam duxerant: sedebat sanguine nostro favorabilis dominus, quum me, cuius, ut interiecto mari, non fortunam quisquam nosse, non natales, non patrem poterat, una tamen res faceret apud quosdam miserabilem, quod videbar inique comparatus: certa enim arenae destinabar victima; nemo munerario vilius steterat. Fremebant ubique omnia apparatu mortis; hic ferrum acuebat; ille accendebat ignibus laminas: hinc virgae, inde flagella affere-

Sagina) Vt gladiator enim, in spectaculum alebatur.

Debita noxae) Haud dubie *dedita*. GRON. *Dedita*, Locas. Eadem varietas in MSS. apud Ovid. I Fast., 359: *Noxae tibi deditus hostis*. Quamvis et *debitus* possit defendi, nam de damnatis etiam otontur hoc verbo alegaxler. Ita Virgil. VI Aeneid., 417: *Corpora debentur fatis*. Et VIII, 374, *Pergama debita*. Ovid. X, 32: *Omnia debemur vobis*. El mox auctor huius declamationis, *ego debebar fortunae illi*. Liv. XXIV, 25, *Debitos destinatosque morti*. BVRM.

Tiro gladiator) Vltimam vocem glossam esse prioris puto, quales iam saepe vidimus.

Innocentiam) *Innotitiam*, Voss. pr. a m. pr.

Et iam dies) *Etiam dies*, Leid. sec.

Vt interiecto) *Vt* deest W. Voss. prim.

Inique comparatus) Ex Terentii Adel. II, 2: *Nunquam vidi iniquius certationem comparatam*; ubi vide Donat. *Comparari* vero et *componi* Gladiatores propria dici nemo hodie ignorat. Vid. ad Petron. 19. BVRM.

Vilius steterat) Ita Ovid. II Fast., 812: *Heu quanto regnis nox stetit illa tuis*. SCHVLT.

Ferrum acuebat) *Ferrum advehebat*, Voss. sec.

Laminas) *Lammas*, Voss. prim. Forte *lamnas*, ut apud Horatium et alios.

bantur: omnes piratas putares: sonabant clangore ferali tubae; illatisque Libitinae toris ducebatur funus ante mortem: ubique vulnera, gemitus, cruor, totum in oculis periculum. Si quid est in me abdicatione dignum, iudices, unum crimen agnosco, quod in haec amicum meum misi. Est quidem felicibus difficilis miseriarum vera aestimatio; figurare tamen potestis, qui tunc animus mihi, quae cogitatio fuerit.

VII. Namque et natura redit in extremis tristis praeteritae voluptatis recordatio, et mihi cum generis conscientia, cum fortunae conscius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondam honestiora numerario meo, domus, familia, amici, ceteraque nunquam videnda in ultima mortis exspectatione succurrerent tenenti servilia arma, et ignominiosa morte perituro, tum, si ulla miseris est fides, quid horum omnium ignari agerent propinqui, nihil peius de fortuna mea suspicantes, quam quod scripseram; illud tamen gravissimum, quod patrem, qui tamdiu non veniret, captum putabam: ergo tota cogitatione intentus in mortem, exspectabam cruentum illum confectorem. Quis enim dubitet quid futurum fuerit, si ego pugnassem? ille quo-

Libitinae toris) *Libitinae rotis*, W. L. *Choris*, Leid. pr. etiam non male, ut Libitinarios, qui sandapilas efferendis peremptis Gladiatoribus in arenam inferebant, intelligat; vid. Lips. Satur. II, 22. Burm.

In oculis) Vid. ad lib. X Instit., 7.

Fortunae conscius) Lego *congruis*. Gron. Cl. Schult. *conscius* explicat, respondens, conveniens fortunae, quasi ille fulgor non ignoraret, qualis esset nostra fortuna. Nullus vero dubito quin vitio librariorum emendatio Gronovii sit corrupta, at *congruus* legendum.

Ceteraque) *Cetera quae*, Voss. sec.

Nunquam videnda) *Nunquam* deest W.

Succurrent) *Succurrerent*, Lucas; Obr. et alii.

Si ulla miseris est fides) Sic Ovidius lib. IX Met.: *Si qua fides miseris, hoc me per numina iuro Non meruisse nefas.* Gron.

De fortuna mea) *Mea* deest Voss. prim.

Ergo tota) *Ego tota*, W. Leid. pr. Voss. pr.

In mortem) *Et in mortem*, Leid. sec.

que occisus est, qui inter nos, ut apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, et in mortem iam paene demerso, inopinata subito amici mei species offulsit: obstupui, totumque corpus percurrit frigidus pavor; neque aliter, quam si vana obiiceretur oculis imago, mente captus steti. Vbi primum lux rediit, laxatumque est iter voci; quid tu, inquam, quo casu pervenisti huc miser? numquid et te vendidere piratae? At ille complexus cervices meas, effusis in pectus meum lacrymis solutus, intercepto prope iam spiritu, sero, iam trepidante me, primam vocem et diu solam edidit, Satis vixi: ut vero causas itineris reddidit, et venisse se ad redimendum indicavit; et unde, inquam, tibi pecunia? nisi redistis in gratiam, et te pater meus misit?

VIII. Audite gentes, audite populi, non solita iudicium nostrum corona circumstet: sed, si patitur natura rerum, totus ad cogitationem talis exempli orbis circumfluat. Tacete priora secula, in quibus tamen a

Demerso) *Dimerso*, Leid. sec., Voss. pr.

Effulsit) *Confulsit*, Leid. pr. et pro Var. Lect. *Effulsit. Offulsit*, Leid. sec. Voss. pr. sec. quod unice verum puto; vid. Heins. ad Sil. Ital. XIII, 18. Et ita apud Livium lib. XXI, 62, etiam scribendum puto Et *navium speciem de caelo offulsisse*. Vulgo *affulsisse* legitur; infr. decl. 12, 4, *Vndecumque offulsit lucrum*. Vt ibi legendum. Apud Florum lib. IV, 9, dubia etiam scriptura, *ut prima effulsit occasio*; Salmasius *affulsit*; ego vero etiam ibi *offulsit* rescribendum puto: apud Amm. Marcell. lib. XXIV, 2; dubito quoque an non legendum sit, *salutarem genium offulsisse sibi clamans, Caesarem magnum et lenem*. Bvrm.

Obstupui) *Obstupuit*, Leid. sec.

Lux rediit) *Lux redit*, Leid. pr. Voss. pr. sec. sed Francius malebat *mens rediit*, ut passim apud Ovidium et alios. Sed praecessit *mente captus*.

Lacrymis solutus) Malim, *effusus in pectus meum lacrymis solutum. Effundi* enim eleganter, de iis qui ruunt in amplexus. Vt *effusissimo amplexu me invasit*, Petron. 139, de quo plenius ad Valer. Flacc. I, 762. *Solutum* vero *lacrymis pectus*, quod antea adstrictum steterat, obstupescenti et mente capto. Bvrm.

Trepidante) *Trepidantem*, Voss. sec.

Satis vixi) *Satis vinxi*, Leid. pr. *Satis uxori*, Leid. sec. a m. pr.

Redisti) *Rediistis*, Leid. pr. *Redistis*, Lucas. *Redisti*, reliqui et Gryph. Colin. Vidov.

primordio generis humani paucissima amicitiae paria admirabiliora fecerat longa temporibus nostris fides intercepta : quidquid historiae tradiderunt, carmina finxerunt, fabulae adiecerunt, sub hac comparatione taceant. Quis crederet, si dubitari posset, inter duos amicos, quorum alterum immunem malorum omnium fortuna fecerat, alterum piratis ac lanistae tradiderat, meliorem conditionem fuisse captivi ? si dives essem, inquit, pecuniam pro te attulissem : quod unum pauperibus praesidium est, manus habeo; has piratis daturus fui, has pro te in pugnam vicarias dabo. Ignosce pater, quod nimia contentione affectus, paene tibi orbitatis vulnus impresserim: testor deos, non per me stetisse, quod vivo: neque enim ita me efferarat ludus, aut in tantum duraverat animum caedis longa meditatio, ut eum amicum vellem occidi, qui pro me mori poterat. Vindicabam mihi fortunam meam; et adhuc necessitatis gladiator depugnare etiam volebam; neque ullis precibus poteram evinci, quamquam se non superfuturum alioqui minabatur, idque unum affirmabat in-

Fecerat) *Fecerant*, Leid. pr. sec. Voss. sec.

Temporibus nostris) *T. meis*, Leid. pr.; malebat Cl. Schult. *longis iam temporibus nobis*, vel *longe temporibus nostris*.

Sub hac comparatione) Vide ad Vell. II, 127.

In pugnam) *In pugnas*, Leid. pr.

Orbitatis) *Orbitate*, Leid. sec.

Vulnus) *Munus*, Leid. pr.

Efferarat) *Efferebat*, Leid. sec. Voss. pr. *Efferabat*, Voss. sec. *Afferat*, Leid. pr.

Vindicabam mihi fortunam meam) *Vindicabam mihi fortunam meammet adhuc, nec esse tantum gladiator, depugnare etiam volebam*, Obr. Nimis temeraria haec mihi videtur emendatio, nec necessaria, quum sensus egregie constet. Vindicabam mihi calamitatem meam, neque eam in amicum reduodare volebam, et qui adhuc, id est hucusque, fueram gladiator necessitatis, id est coactus in ludo artem discere, iam etiam volebam sponte in arena depugnare. *Gladiatorem necessitatis* Cl. Schult. dictum potat ut decl. 1, *Pectus odiorum*. BVRM.

Alioqui minabatur) *Alioquin minabatur*, Voss. sec. pro *alioqui mihi minabatur* : nam *mihi* semper fere sola litera *m*, superscripta litera *i* a librario signabatur, quae hic neglecta fuit. BVRM.

teresse, utrum vicarium mallem habere mortis, an comitem : non vici. Quid igitur actum sit quaeritis ? duxit me ad munerarium, iudices: quas ego illius preces, quam pertinaces lacrymas, quam miserabilem obtestationem vidi ! nemo unquam sic rogavit missionem : transferuntur in illum detracta corpori meo arma, et male aptatis insignibus festinatum par producitur.

IX. Quid me admonetis supremarum amici mei precum, quibus haec alimenta, caro empta, inopi patris senectuti petita ? adiutorium hoc ad causam putatis ? me pudet, quod rogatus sum. Per hanc, inquit, mihi lucem ultimam, per notissimam amoris nostri fidem, non sinas mendicare parentem meum : sustineas, adiuves, praestes affectum, si mereor : tu sis illi vicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit; iamque suprema per galeam dederam oscula, digressisque in diversum ministris permissus Mars erat. O quam sollicitus spectavi ! quam attonita mente ! quam simili corporis motu ! quoties ad infestum mucronem, quasi ipse peterer, me summisi! quoties ad conatus erectus sum! O misera cogitatio ! o crudelis natura metus ! merito tu, amice,

Mallem) *Vellem*, Voss. pr.

An comitem) *Ac comitem*, Leid. sec.

Munerarium) *Miserabilium*, Voss. prim.

Obtestationem) *Obstentationem*, W.

Festinatum par producitur) *Festinatim ducitur*, W. An non *destinatum par*, ut supra aliquoties usus hac voce ?

Me admonetis) *Me amovetis*, W.

Senectuti petita) Lego *petis*. Gron. Francios volebat *petiit*.

Ac causam) *Ad causam*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Gryph. Colin. Vidov. et pulo Leidenses operas aberrasse, ut saepius.

Per notissimam) Francius volebat, *per novissimam*.

Non sinas) Scribe, *ne sinas*; decl. 4 in f. *ne velis exitum facere parricidae*. Schult.

Digressisque) *Digressis*, W.

Ministris) Quales hi ministri? nempe quorum opera lanistae usi ad ornandos gladiatores. Vt paulo ante, *transferuntur in illum detracta corpori meo arma, et male aptatis insignibus festinatum par producitur*. Sch.

Quam sollicitus) Ovid. I Art. Am., 101 : *Primus sollicitos fecisti, Romule, ludos*.

Me summisi) *Me* deest Leid. sec. Voss. pr. sec.

pugnare maluisti. Facinus indignum, illum animum, illum ardorem non contigisse castris, non bellicis certaminibus, ubi vera virtus, nulla pugnandi lege praemium scribitur! qua vi proelium invaserat, iratus etiamnum tanquam adversario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide veterani gladiatoris astu; omnes conatus contra se erant: nec difficilem tamen sub illo praesertim auctoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator vivere. Igitur iam nudum corpus vulneribus offerens, ut totam prope mercedem semel solveret, stans periit. Cui licuit in patria, in domo, inter propinquos, securo consenescere

Contigisse) *Contigisset*, W.

Lege praemium scribitur) Legendum, *nulla pugnandi lege praevia circumscribitur.* Vt lex hic ad *dictata* Lanistarum respiciat. *Praescribitur* in Vossiano. Quid si, *ubi verae virtuti, n. p. l. pr. praescribitur?* ut sit idem quod *proponitur*; vel *praemium sortitur.* Schvlting. In Leidensi erat *lege ....perscribitur*, relicta lacuna. Locus corruptus. *Nisi vera virtus in illa p. lege praemium sc.* Colb.

Etiamnum) *Etiam non*, sed linea subducta erat *non*, Leid. pr. *Etiam non*, Voss. pr. Lucas.

Callide) *Callidi*, Colb.; Francius volebat *callido.*

Astu) *Haustu*, W.

Offerens) *Efferens*, Voss. pr.

Totam prope mercedem semel) Lege, *propere mercedem, et semel solveret.* Egregium hoc munerario et quasi pretium mercedis, qua ille comparatum hunc habebat, aut ille, cuius hic erat vicarius. Schvlt. Mercedem, si vulgata lectio retinenda, hic in malam partem capio: damnum enim faciebat munerarius in morte gladiatoris, care empti, quare ut referret vicem munerario, qui amicum in ludum dederat, se occidi passus est. *Propere* etiam Obrechtus recepit. Sed mihi *prope* magis placet. Ita enim male meritus erat munerarius, iudice illo voluntario gladiatore, ut nec morte sua satis dignam ipsi mercedem referri crederet, nisi sit legendum potius, *totam pro ma mercedem semel solverat.* Vt ego ita a munerario eius morte, quam semel modo obire poterat, liberarem: quum si vicisset adversarium et missionem habuisset, ego specie quadam iuris revocari in servitutem a munerario potuissem, et ille, qui tantum ad unam pugnam vicariam operam obtulerat, dimitteretur, et ita coactus fuisset, saepe repetere vicariam pugnam; quia ego venditus eram munerario, a quo, nisi mea vel ipsius vicaria mors, me nihil liberare poterat. Et hoc sequentia, quibus se *emissum ludo*, et *viatico* occisi *reversum* dicit, firmare videntur. Bvrm.

Stans periit) Ad Vespasiani dictum alludit, *Imperatorem stantem mori oportere.*

aevo, tranquillam sine reprehensione agere vitam, iacet confectus vulneribus; et primo iuventae flore fraudatus, periit miser fato meo: at ego, qui debebar illi fortunae, quem mors sibi destinaverat, emissus ludo nocentior, quam venditus: etiam viatico illius infelicis revertor. Placeamus licet nobis fortuna nostra, pater, pauperi solvendo non sumus.

X. Si qua est fides, iudices, pudet me contra indicare mea beneficia, nec videor vobis rationem posse reddere, quod mihi tam parum obiiciatur. Redemptoris mei patri, in pretium meum orbo, egenti, quid praestiti? quod pirata capto, quod lanista gladiatori, exiguam stipem, et cibos semper petendos. Quantulum enim dari poterat, quod non sentiret dominus tam curiosus: de hac re consedistis; hoc concitavit istam iudicii scenam panis datus mendico: et dilatata hac impotentiae nostrae opinione, videbamur amicos ferro occidere, inimicos fame. Computemus totam istam meae luxuriae

Tranquillom) *Cui tranquillam*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Flore fraudatus) Est Ovidii lib. X Met., 196: *Laberis Oebalide, prima fraudate iuventa.* GRONOV. In Voss. pr. a *fraudatus*, usque ad, *quem mors*, deerant.

Quam venditus) *Quia vend.* W.

Indicare) *Iudicare*, W.

Patri) *Patris*, Leid. pr. Voss. pr.

In pretium meum) Francius volebat *mei*.

, *Piroto capto*) *Pirata capit*, Leid. pr.

Consedistis) Vt iudices, Ov. XIII Met., pr., *Consedere duces* — —. SCH.

Scenam) Dubitabat Schultingius, an non *Schemam* praestaret. De qua voce vid. ad Sueton. Tib. 43, et ad Petron. 44; sed retineo *scenam*, quae huc magis quadrat: *scenam* enim vocat omnem indicii apparatum et consensum iudicum, deinde circumstantem patronorum et populi coronam. Vide ad Petron. cap. 33: *Convertit od honc scenom Trimalchio vultum.* BVRM.

Mendico: et dilota) Lege, *mendico*, *ut diloto hac* etc. *Videamur*. *Opinio* pro fama, notum est: ut enim *fama* a φημί, ita *opinio* ab *opinor*; qood saepe Sueton. Iust. et aliis est loqui. SCHVLTING. Partim accedo Clarissimo Viro; nam quum in Voss. sec. sit, *opinio ne videamur*, legerem, et *dilota* (vel *dilatata*) *haec impotentioe nostroe opinio*, *ne videamur* etc. Sparsa fuit fama, filium divitis non esse in re lauta, ne si abundaret pecunia, criminum horum, cum summa invidia, reus ageretur. BVRM.

impensam; audite summam; et miramini, si hos sumptus ne divitiae quidem sustinent: tanti constat patri captivitas mea, quum tam care redemptus sim. Quo tandem patereris animo, si delicatus adolescens, praesertim splendidis opibus, vel ex aetate mores, vel ex fortuna traxissem, et tempestiva convivia, et pervigiles ludos advocata sodalium turba, solutus atque affluens agerem, tantumque impenderem, quantum non posset te ignorante consumi, quae tamen ipsa boni patres libenter annis remiserunt, quum abdicatione dignum putes, et ultimo patriae potestatis fulmine coërcendum, quod mendico seni porrexerim, ut parcissime dicam, quod illi filius misit? non redempta, meretrix, non egestum conviviis foenus, non lenonum parasitorumque cara adulatio in crimen venit: cibaria senis nempe unius aetate ac malis confecti. Hoc divitias tuas concutit? hoc fundatam paternis avitisque opibus domum exhaurit? si tam avarus es, computa; adhuc de alieno vixi.

XI. At haec fortasse, quae circumstat iudicium coro-

Et miramini) *Et misereamini*, W. Leid. pr. sec. (qui et pro *si*, *nisi*) Voss. pr. Colb.

Tam care) *Caro*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Splendidis) *Splendidus*, W. *Splendidus operibus*, Leid. pr. *Splendidis operibus*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Traxissem) *Transissem*, Voss. pr. Leid. pr.

Pervigiles ludos) *Pervigiles iocos*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Agerem) *Agemur*, W.

Annis remiserunt) Id est *permiserunt*, indulserunt. Ovid.: *Nihil hic nisi lege remissum.* Tacit. I Ann., 8, *Remisit Tiberius.* Vid. Groonv. IV, Obs. 2. SCHVLT. Vid. ad decl. 2, 1.

Quod mendico) *Quare m.* Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Illi filius) *Ille filius*, Leid. pr.

Egestum in convivia foenus) Foenus hic ipsam debet notare sortem, quam sub usuris motuam filius familias accipit, quae exhausta et absumpta sit in convivia. Vide Salm. de Vsur. p. 24, et de voce *egerere* vidimus ad decl. 5, 17. BVRM.

Parasitorumque) *Parasitarumque*, Leid. pr.

Concutit) *Concurrit*, W.

Nempe unius) *Saepe unius*, Leid. secund.

Quae circumstat) *Quae circa circumstat*, Obr.

na, et omnis ignara causae turba, magnum nescio quid, et portento simile crimen exspectat. Abdicas me, pater, tam cito? modo tibi ex illa funesta peregrinatione insperatus revertor, unde ut venirem, vix optare potuisti. Nulla adhuc pro reditu meo soluta sunt vota; non percussae diis immortalibus hostiae; redemptori certe gratiam non retulimus. At ego exspectabam, ut desiderio incensus affectus vix posset expleri, ut post infaustam profectionem, velut obiurgatus tanto periculo, nunquam me posthac, saltem peregre, dimitteres: vix salutatis laribus expellor, et apud plerosque dubitari potest, an admissus sim. An hoc agis, ne quid tibi praestitisse videatur, qui me redemit? saevus enim credo et impius, et (quod maximum omnium vitiorum signum est) ingratus beneficia patris non aestimo. Fortasse cui vitam debeam nescio, nulla est apud animum meum memoria meritorum: miserum me, quod non possum tantum solvere, quantum accepi! Quamquam causas abdicationis pater altius repetit, et ultra peregrinationem meam inquirit, idque ratione duplici: primum, ut reum, quem premere atrocitas criminum non potest, turba confundat: deinde ut gravius videatur iudicium patris, quum is damnet, qui soleat ignoscere.

XII. Cur, inquit, quum ego inimicum haberem pauperem, tu amicum filium eius habuisti? Volo, iudices, omissa

Nescio quod) *Nescio quid*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *Portendo* Voss. pr.

Funesta) *Funeta*, W.

Non retulimus) *Non* deest Voss. pr.

Posthac) *Post hoc*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

An hoc agis) *At hoc agis*, Leid. pr. Voss. pr. Lucas. *An* deest Leid. sec.

Abdicationis) *Abdicatoris*, et *repetat*, W.

Et ultra peregrinationem meam inquirit) Haec verba deerant W. Voss. pr. et Leid. prim. margini adscripta.

Quem premere) *Quia premere*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas.

Criminum) *Criminis*, W.

Turba confundat) Iustin. XXXII, 2: *Demetrius turba querelarum confusus repente obticuit.* Burm.

Omissa) *Amissa*, W.

omni contentione scilicet sic agere: Peccavi, veniam peto; et errare hominis est, et ignoscere patris: duxit me similis aetas, evicerunt officia, cepit fides, amantem odisse non potui: nihilominus satis abundeque poenarum est; et si pietatem tuam bene novi, plus quam velles, datum est. Quantumlibet peccaverim, quid amplius iratissimus dominus exigeret? ludo tibi satisfeci. Nullumne cladibus meis finem dari placet? parum est, quod insanos pertuli fluctus, et saevis tempestatibus commissus, arbitrio ventorum pependi? parum est, quod in nefarias latronum manus praeda perveni, et (quae ultima malorum etiam servorum conditio est) sine exceptione venalis? Inde me, si voluisset, emere potuit inimicus: parum est, quod me diu piratae in carcere retentum, quia redemptorem illis divitem promiseram patrem, in ludum vendiderunt tanquam decepti? quod quotidianae pugnae meditatione tamdiu mori didici? quod compositus, armatus, inductus perieram, si melior amicus fuissem, nisi me nova velut in portu adorta

Scilicet) *Si licet*, W. Quod praeferrem.

Duxit me) Sic mox, *similitudine flagitiorum ductus*. SCHVLT. Dictum, ut Orpheus passim a Poëtis dicitur *duxisse feras*, de quo vid. Heins. ad Claud. I, in Ruf. praefat. ut et illud Ovidii VIII Met., 122: — *Nec mater imagine tauri Ducta tua est.* — —. Et similia passim obvia. BVRM.

Similis aetas) *Simul aetas*, W.

Nullum ne) *Nullum me*, Voss. pr.

Parum est) Elegans formula, de qua Gronov. ad Plin. XXI, 13, et nos ad Ovidium III, Epist. 25.

Perveni) *Veni*, Leid. pr. Voss. pr.

Et quae ultima) *Et* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Malorum etiam) *Etiam* deest W.

Venalis) *Venale*, W.

Meditatione) Vide Servium ad Virgil. XII Aeneid., 106, et *meditationem campestrem* vocant Plinius, Vegetius et alii; mallem vero hic *quotidiana pugnae meditatione*. BVRM.

Inductus) *Indictus*, Leid. pr. a m. pr.

Si melior amicus fuissem) Explicat Ascensius, si non passus fuissem amicum pro me mori, et ita non aeque satisfecissem legibus amicitiae, atque ille qui me hac parte vicit.

In portu adoptata) *In portum*, Leid. pr. sec. *Adorta*, W. et ita legebat Gronovius, et exhibuit Obr. quos secuti auctores sumus optimos.

tempestas paternis laribus extorrem, et necessarii quoque victus inopem, circum ad alienas mitteret domos? pudet enumerare calamitatum mearum gradus, piratam, lanistam, patrem.

XIII. Atqui pars ista criminis*, iudices mei, non defendi meruit, sed laudari: neque enim reperio, quid in rebus humanis excogitarit natura praestantius amicitia, quid concordia contra fortunam maius auxilium: nam primum praeter cetera animalia induit nostris pectoribus quandam societatem, quae mutuo gaudere congressu, contrahere populos, condere urbes edocuit, et quum mentibus nostris varios imposuerit motus, nullum profecto meliorem benevolentia tribuit affectum. Quid enim foret humano genere felicius, si omnes esse possent amici? non bella, seditiones, latrocinia, lites, ceteraque mala, quae hominibus ex seipsis nata sunt, fortunae accessissent: id quia nimium deo visum est, at certe honestis convenire mentibus, fidem colere, amoris gratiam referre, omnibus temporibus, omnibus gentibus praecipuum et quodammodo sacrum fuit; neque enim nisi optimis mentibus contingit, ut aut sic amare sciant, aut sic amari mereantur: hoc ego crimen expavescam? scires quantopere gloriarer, pater, si cum

Circum) Hic posita est vocula haec, ut apud Phaedr. III, f. 20: *Galli Cybebes circum in quaestus ducere Asinum solebant.* Cl. Schultingius tamen malebat, *ad* deleto, legere *circum alienas domos;* ita Cicer. Verr. III, 26. *Circum civitates ducere;* vid. Passer. et Manut. ad Orat. pro Quinctio, 6. BURM.

Enumerare) *Enunciare*, Voss. pr.

Excogitavit) *Excogitaret*, Leid. pr.

Quid concordia) *Quod concordia*, Obr.

Induit) Fluctuatur Ascensius, an *induxit*, an *indidit* praeferret: sed *induere* rectum, ut Petron. 4: *Pueris nascentibus eloquentiam induere*; ubi vide quae notavimus. BURM.

Quae mutuo) *Qua m.*, Lucas.

Quae hominibus) *Quae omnibus hominibus*, Voss. pr.

Fortunae accessissent) Scilicet, ut viderentur casu fieri, quum ex nobis nata, nostra culpa eveniunt.

At certe) *Aut certe*, Voss. sec.

Contingit) *Continget*, Leid. sec.

Mereantur) *Mereamur*, Leid. sec.

amico ego meo redissem: nisi forte similitudine flagitiorum ductus, turpi me coniunxeram iuveni, quae vita sine dubio nomen amicitiae non accipit: tametsi ad paria ducente natura, vitia amborum convenerunt. Obiice mihi amicum, et habes maledicendi materiam: gladiator fuit, quare amicus illius fuisti? ita, opinor, poenitet! effert te longius dolor; et nimia concitatus ira, quo progrediare non respicis.

XIV. Non sentis, pater, hoc te mihi obiicere, quod vivam? quisquam de illa amicitia quaeri potest praeter pauperem? At ego inimicum habebam illius patrem: decuerat quidem, simultates, quas maxime omnium mortales esse voluere sapientes, in his desinere, in quibus nascerentur: nam sic quoque immodicas serit discordiarum fortuna causas, etiamsi non hereditaria subeamus odia, ac diutius inimicitiae maneant, quam inimici. Tamen si quid adversus te ipse commisit adolescens, sit hostis et meus: si innoxius, et omni vacans culpa, charitatem mereri cupit, si nullius me amici fi-

Amico ego meo) *Ego* deest Voss. pr. *Meo* omisit Gryph.

Coniunxeram) *Coniunxerim*, Leid. pr.

Non accipit) Francius volebat, *non recipit.*

Tametsi ad paria) *Ita tamen a. p. d. n. vitia etiam convenerant*, W. *Non tamen a. p. d. n. vitia convenerant*, Leid. pr. *Ita tamen a. p. d. n. vitia convenerant*, Voss. sec. Lucas. *Convenerant* etiam Leid. sec. Voss. pr. *Amborum* non habent etiam Gryph. Colin. Vidov. et vereor, ne malam manum passus sit hic locus, et ex Ascensii emendatione vulgata lectio profluxerit, quae in nullo codice reperitur. Forte legendum, *turpi me coniunxeram iuveni (quae vita sine dubio nomen amicitiae non accipit) et ita nos ad paria ducente natura vitia, clam convenerum;* vel *convenerat*, scil. inter nos. BVRM.

Poenitet) *Poeniteret*, W.

Effert) *Effers*, Leid. sec.

Decuerat) *Docuerat*, Leid. pr.

Maxime) *Maximi omnium mortalium*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. *Quas omnium mortalium*, Voss. sec. ex qua corrupta lectione Ascensius colligit, sapientes voluisse inimicitias exerceri a nobis. Sed celebratissimum est dictum, *inimicitias debere esse mortales, amicitias aeternas*, Ciceroni pro Rabir. Post. c. 12; Livio XL, 40, et aliis; ita declam. 257: *Non oportet immortales esse inimicitias* etc. Vide etiam Gruterum ad Vellei. I, 1. BVRM.

Etiamsi non) *Non* deest Colb.

Si nullius) *Si nullus*, W.

lius validius amat, quî tandem vis, pater, respuam, et iratas obiiciam manus? tu quoque non odisses pauperem, si te amaret: inserit se, et beneficiis certat: noras adolescentem omnia ultro praestantem; et sic me amabat, quamvis tu esses inimicus patri. Adiice, si tanta in adolescente indoles fuit, quantam nulla unquam cognovere secula, si fides antiquissima, et cum deorum coetu permixtis inaudita temporibus; si me semper habuit cariorem spiritu suo, etiamne despicienda mihi rarissimi boni occasio fuit? at ego perpetuam quandam mihi gloriam reor, quod ille caelestis animus me potissimum, quem amaret, elegerit, quodque ego sim probatus tanto iudice. Me quoque igitur feret fama per gentes, et amici laudibus illustrior vivam: credet aliquis idem me pro illo fuisse facturum.

XV. Cur quum inimici nos essemus, vos amici fuistis? aliud hoc loco crimen agnosco: peccavimus enim,

Quî tandem) *Quid tandem*, Leid. pr. sec. Voss. sec. *Quae tandem*, manus viri docti in Gryph. edit.

Iratas) *Iratus*, W.

Validius amat) Ascensius mallet *valdius*. Ego parum referre arbitror, cum quocumque modo scribas, idem significet. Vide Rittersh. et alios ad Phaed. I, fab. 19, ubi ex Hygin. 186, *Valide amare* adduximus. BVRM.

Tu quoque) *In quoque*, Lucas.

Inserit se) Videtur dictum, pro insinuat se in familiaritatem nostram. Quo verbo quidem utuntur veteres, de iis, qui se dolo et astu alienis familiis adscribi volebant, ut Ovid. XIII Met., 37; Suet. Aug. 42. Sed et pro cuicumque rei se immiscere saepe occurrit. Claud. I in Eutr., 272: — — *Quid te, turpissima, bellis Inseris;* vide plura apud Barth. ad Stat. XI Theb., 208. BVRM.

Sic me amabat) *Si me*, Leid. sec. Voss. pr.

Inimicus patri) *Patris*, Voss. sec.

Etiamne) *Et ne*, Leid. pr.

Despicienda) *Dispicienda*, Leid. sec.

Rarissimi boni occasio fuit? at ego perpetuam quandam mihi) Haec omnia desunt, W. *Carissimi*, Voss. pr.

Elegerit, quodque ego sim) *Elegerit ego sim*, W. *Elegerit. Ego sum probatus*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Me quoque) *Quoque* deest Voss. pr.

Credet aliquis) *Credat aliquis idem pro illo etc.*) Leid. pr. *Credat aliquid, iudices, pro*, Lucas.

Cur quum) *Quum* deest W. *Cur non*, Voss. pr. Gryph. Francius legebat, *cur, quum amici* etc. *Vos inimici fuistis;* et mox: *Quod amici essemus, quum vos inimici fuistis.*

Peccavimus enim) *Peccavimus hoc loco*, Leid. pr. pro var. lect.

fateor, peccavimus, quod quum amici essemus, vos inimici fuistis. Haec, iudices, diutius exsequerer, nisi absoluta essent ipso iudice patre: longum iam istius criminis tempus est; nunquam obiecit; nunquam excanduit: et quid hoc? inter nos, pater, conveniat, ne si longiores repetis offensas, apud malignos videaris me iratus non redemisse. Sed si quid ante commisissem odio tuo dignum, potuisti me redemptum non recipere: manifestum est ergo te patiente, id est, te volente, amicum mihi fuisse iuvenem: et sane non solus in hac fuisti sententia; idem filio permisit et pauper. Atqui si pars haec causae, quae confessione longi silentii absoluta hodie in accessionem criminis alterius deducitur, potest apud vos impetrare veniam, facilior certe sequentium ratio est; ille enim sane fuerit inimici filius, hic iam est amici pater. Nec ignoro, iudices, quam male ista defensio de humano genere mereatur, si adeo nihil est per se misericordia, ut nisi ulterior aliqua necessitas pudori vim fecerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum et ignotum, tamen (quae publica omnium mortalium, quippe sub. uno parente naturae, cognatio est) hominem cibo forte iuvissem, poena dignum videretur servasse perituram animam, et ignovisse rebus humanis, et respectu communis omnium sortis, velut adorato

Et quid hoc) Lego, *et quidem hoc inter nos, pater, conveniat, ne, si* (ita est in Voss. sec.) *longiores r. o. a. m. v. m. i. n. redemisse.* Quod adeo contra est, ut et redeuntem receperis domi; vel lege, *et quid hoc? inter nos pater conveniat, ne si.* SCHVLT. *Ne si*, etiam Leid. pr. ego ultimam Cl. Schult. correctionem amplector. Ita decl. 12 fin.: *Et quid hoc est?* nisi malis *Et quid? hoc inter nos conveniat, ne si* etc. Obrechtus edebat, *ecquid hoc inter nos pater convenit? si longiores;* etiam non male, si pro *si*, *ne si* legatur. BVRM.

Repetis) *Repetitis*, W.

Id est, te volente) Deleta haec in W. Leid. pr. et puto esse glossam.

Longi silentii) *Longinqui sil.*, Voss. pr.

Sane fuerit) *Sane* non est in Leid. pr.

numine stipem posuisse Fortunae? si hoc crimen est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis lanistisque prudentius.

XVI. Ferantur sane profutura humano generi duo exempla, intra tam breve tempus propter misericordiam alter abdicatus, alter occisus. Quod crimen si fatendum sit, num animum mihi ipse finxi, aut mea potestate regitur affectus? an arbitrio formantis mores omnium naturae compositus, cum crimine meo natus sum? nam sive caelestis providentia, sive irrationabilis casus, sive assignata siderum cursu nascentibus nobis necessitas, multa varietate pectora nostra distinxit, nec minus numerosas animorum, quam corporum dedit formas. Sunt quorum mentes etiam nocentium supplicia confundant, qui ad omnium sanguinem pallescant, ignotorum quoque miseriis illacriment; sunt contra, qui ne suorum quidem misereantur. Mihi mite pectus, et mollis

Numine stipem) *Mutum s.* W. *Numini et s.*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *Potuisse* etiam Leid. pr. Cl. Schult. volebat. *Adorato numine stipem p. f. Ponere* hic est dedicare, ut saepe veteres: alludit autem ad illum morem, quo stipes diis dabant, vel iaciebant in fontes et lacus sacros, de quo vide Casaub. ad Suet. Aug. 57, et Lips. ad Tacit. XIV, 15. Quia ergo omnes Fortunae obnoxii sumus, ut communi numini, hinc si misero quis stipem porrigat, quasi adorato numine (id est post adoratum numen), dedicat Fortunae, et vovet, ut nobis volens propitiaque sit; de numine Fortunae, ut omnia obvia, ut vid. Broukh. ad Prop. III, 5, 47. Burm.

Si hoc) *Si* deest Leid. sec. *Est hoc crimen, est*, Voss. sec.

Intra tam) *Inter tam*, W.

Occisus) *Occisus est*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas. Gryph. Colin. Vidov.

Aut mea) *Haut mea p. tegitur*, Leid. pr.

Num animum) *Num anim.*, Leid. sec.

In arbitrio) *Ad arbitrio*, W. *An arbitrio*, Leid. sec. Voss pr. sec. Ego omnia legerem per interrogationem, quae efficacior: *Quod crimen si fatendum est, num animum* etc. *an arbitrio* etc. *natus sum?* Cl. Schult. malebat, *ab arbitrio*. Burm.

Mores omnium) *Morae*, Voss. sec. *More*, Voss. pr. Lucas; et Ascensius *more omnium* legit.

Cum crimine meo) *C. cr. modo*, W.

Confundant) Moerore et tristitia perturbent, vid. supr. ad decl. 11, 16.

Qui ne) *Qui nec*, Voss. sec. *Qui se*, Voss. pr.

Misereantur) *Miserentur*, Leid. pr. Voss. pr.

affectus ad omnem calamitatum conspectum tremit: noli me aestimare mea fortuna, pater, non habeo gladiatoris animum. Vtinam quidem mihi causa permitteret sic gloriari; iuvenis conceptus splendidis parentibus, quum solum tam speciosae fortunae crederem fructum, posse prodesse, et contra varios mortalium casus quasi portum benignitatis aperire, concupivi quandam humanitatis civicam gloriam, periturum hominem, sive ille naufragio eiectus, sive spoliatus incendio, sive exutus latrocinio erat, naturae patriaeque restitui. Paria tecum facio, respublica, quae propter me unum civem perdideras: haec me magis decet impensa, quam vestis, quam argentum, quam ubi laus emitur: ubi enim pecunia melius poni potest, quam ubi foenus bonitatis extenditur?

Quum solum) *Non solum*, Voss. pr.

Portum benignitatis operire) Iterum Ovidium, ut saepe in hac declamatione, imitatur. Ita enim ille IV Trist., 5: *Qui veritus non es portus aperire fideles, Fulmine percussae confugiumve rati.* Burm.

Civicam gloriam) *Avitam gloriam*, W. Leid. pr. *Vnicam gloriam*, Gryph. Colin. Vidov.

Naturoe patriaeque) Lege, *fortunoe patriaeque*. Schvlt. Et sane confundi a librariis has voces docuit Broukh. ad Prop. II, 18, 18; et ad III, 5, 44 et 47. Apud quem etiam vellem lib. II, eleg. 16, 28 legere: *Possim ego fortunae non meminisse meae.* Sic et apud Manilium permutatas voces docet Scalig. ad lib. III, 5, 176, pag. 194. Burm.

Paria facio) Hanc locutionem, a rationibus desumptam, illustravit Harduin. ad Plin. II, 86; et XXXVII, 1, et saepe in his declamationibus occurrit. Burm.

Quam vestis, quam argentum) *Quam vestis orgentum.* W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gronovium legisse, *Quam vestis, argentum, quam aurum, ubi laus emitur* etc. *bonitatis extendis*, testatur Schult. ipse legebat, *ibi Laus emitur, ubi p. m. p. potest, quam ubi f. b. extenditur*; vel, *quam argentum: namque ibi laus eius, ubi pecunia* etc.

Vbi enim) *Enim* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Quam ubi foenus) *Quam* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucae.

Extenditur) Tacit. de Mor. Germ. cap. 26: *Foenus agitare et in usuras extendere ignotum.* Gronov. *Ostenditur*, Leid. pr. Voss. pr. sed *extendere* rectum: ita et *pretium extendere* Instit. XI, 4, et Suet. Calig. 38. Componit vero hunc locum cum dicto et praecepto Christi Matth. VI, 20. Priceus, notante Almeloveenio: et plura hac declamatione occurrunt egregie dicta, quae luce sacrae doctrinae illustrari possent, ut et fecit Ascensius. Burm.

XVII. Magna conscientia est, felicitatem meruisse. Ignotus sane sit et alienus: quid fuerit ante, nón quaero; post haec erit amicus: et hercle quo quisque plus potest, quoque latius patet ad fortunae incursus, hoc magis cogitare debet atque respicere, quantum in nos fortunae regnum sit, quam instabili sede humana constant. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnae, nec graves crustae fecerint immemorem fragilitatis: multa saepe et locupletibus accidunt; saepe in imum summa decidunt. Ego vidi pauperem auxilia diviti ferentem: sed sane superbius aestimet miserias longa felicitas, et alienum casum facile despiciat securus sui: ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem video, non possum non moveri fortuna mea: succurrit mihi continuo tempus, quo ipse clementiam optabam. Ignosce, pater, si penitus animo meo hic insedit affectus; amare misericordiam miser coepi. Sed inimicus, inquit, meus est: nam quis nos tanto opere laudaret, pater, si hoc amico praestaremus? haec est celebranda virtus; haec amici suspicienda moderatio, vincere iram, et inter simultates quoque meminisse hominis. Vt Fabio Maxi-

Meruisse) *Quaesiisse*, et pro var. lect. *Meruisse*, Voss. pr.

Quid fuerit) *Quis f.* W.

Post haec) *Post hoc*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Post hac*, Leid. pr.

Patet ad fortunae incursus) *Pater ad incursus*, W. *Fortunae* etiam deest Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. et videtur apetita vox ex sequentibus, quae hic satis intelligitur.

Instabili) *Quam stabili*, Voss. sec.

Fecerint) *Fecerunt*, Leid. pr.

In imum summa decidunt) Ex Horatii lib. I, od. 34: — — *Valet ima summis Mutare, et insigne attenuat Deus Obscura promens;* vid. ad decl. 1, 6. BVRM.

Auxilia diviti) *Auxilium*, W.

Superbius) *Superbus*, W. Voss. pr.

Calamitatis) Francius malebat *calamitati*.

Non possum non) *Non possum moveri*, Leid. pr.

Quis nos) *Nos* deest W.

Tantopere) Rectius Voss. sec. *Tanto opere*, ut optimi codices apud Suetonium, Livium et alios.

Suspicienda) *Suscipienda*, Leid. pr. Voss. sec.

mo immortalem attulit laudem ereptus ex hostium manibus inimicus; ut Tiberium Gracchum admirata civitas est, Scipione in carcerem duci prohibito; te quoque similis animi magnitudo memoriae dabit: tuis enim opibus vivit inimicus. Quidquid est illud, quod senex inops ex nostra domo accipit, si non irasceris, tu praestitisti; tibi hoc pulchrum atque magnificum est: nam ego, si quid in patrem servatoris mei confero, non sum laudandus.

XVIII. Neque exspectaveris hoc loco, pater, ut illa dicam; semper odiorum honestus occasus est: et dum simultates nihil aliud habent, quam nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctaeque ex hostili paene concursu in affinitatem manus. Vnde tantum misero boni, ut inimicus sit? adspice solum, egentem, senem, omnibus praesidiis destitutum: nonne contumeliam fortunae tuae facis, si hunc odisti, et adhuc tua putas interesse, ne vivat? nulla tibi contingere maior ultio potest, quam si talis

Ereptus ex hostium manibus inimicus) Quia mox Scipionem appellat, Gracchi inimicum, videtur et hic nomen posuisse: *ereptus ex hostium manibus Minucius*. GRONOV. Recepit *Minucius* in textum Obrechtus.

Duci prohibito) *Diu prohibito*, Voss. sec.

Vivit inimicus) *Vivitur inimicus*, W.

Ex nostra) *Ex mea domo accepit*, W. *Accepit*, Leid. pr.

Servatoris mei) *Senatoris confero*, Voss. pr. *Mei* deest quoque Gryph.

Non sum) *Non solum*, W.

Neque exspectaveris) *Neque* deest W.

Vt illa) *Vt illam*, Voss. pr.

Occasus) Alludit ad id, quod supra dixit, *mortales* esse debere inimicitias: *occasus* vero mortem notat; vide Vorst. ad Val. Max. III, 117. Ita *vivaces iras* Iunoni tribuit Senec. Herc. Fur. 27, ut *memorem iram* Virgilius. Stat. XII Theb., 441: *Vivunt odia improba, vivunt;* antea dixerat *functas iras*. Et quae id genus plura, praesertim apud poëtas, occurrunt. BVRM.

Et dum) *Et tam*, Leid. sec. *Et tum*, Voss. sec.

Est cum exempli honore) An, etiam exempli honore. *Iunctae quoque* (vel *iunctaeque sint*) *ex hostili* etc. SCHVLT.

Tantum misero boni) *Tantum misero homini*, W. *Boni* Ascensius *divitiarum* reddit, sed Cl. Schultingius rectius, quod invidiam et odium provocare potest.

Quam si talis) *Quam si iam talis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

est, ut illius etiam nos misereamur. Magna mehercle iam de vetere aemulo poena superest, panem eripere mendico, et gravissimae per se fortunae manu pondus imponere. Age si perisset, cadaver calcasses? ferae mehercle generosiores, iacentes transeunt; et reservati hostes, restitutaeque urbes maiora causa exempla sint: quod scio, victis etiam gladiatores parcunt. Post orbitatem, post egestatem, quid amplius potest pati, nisi quod optat? ulteriorne tibi aliqua ultio quaerenda est, aut aliquid rerum natura peius capit? quis non te omnium mortalium inhumanissimum putet, si hoc adversus inimicum tuum saltem optasti? si me hercle inexpiabiles odiorum causae, et compositis quoque fabulis ulteriores inimicitiae fuissent, ausim dicere, si propter illum liberos perdidisses, accipienda tamen erat a fortuna talis satisfactio: certe ad vitandam insolentiae opinionem,

Etiam nos) *Nos* deest W.

De vetere) *De veteri*, Leid. pr.

Et gravissimae) *Et* eiecit Obr.

Manu pondus) *Maius pondus*, Obr. dubita an recte, cum *manu imponere* diversum et contrarium sit *gravi per se:* nam ita etiam *manu facta* illis, quae sponte et natura proveniunt, opponi vidimus ad lib. V Inst., cap. 14, et sic *morbos, quos manu facimus*, dixit Senec. de brevit. vit. III. Stat. XII Theb., 437: *Functasque manu stimulavimus iras.* Ita *manu restituere proelium*, Flor. III, 12, et similia; ceteram *manus* erat in Leid. sec. BVRM.

Iacentes) *Iacentem*, Lucas.

Maiora causae) *Causa*, Obr. recte, me iudice: maiora sunt, quam ut causae meae conveniant, et accommodentur. Cl. Schultingius idem iam observaverat olim, et praeterea legebat: *Servati hostes; restitutaeque his urbes maiora causa exempla sunt.* Verorum enim bellorum ignarus erat, de Gladiatoribus vero, ut expertus, loqui poterat. BVRM.

Gladiatores) *Gladiatoribus*, Voss. pr. a m. pr.

Optat) *Obiatur*, W.

Compositis fabulis) Explicat Ascensius inimicitiis ulteriores compositis (id est quam compositae) fabulis (id est per fabulas): male. *Fabulae compositae*, sunt *fictae fabulae*, ut Phaedrus Praef. lib. I, et passim alii; mox cap. 22: *magna quaedam composuisse carminibus putant.* Ita *in dulcedinem fabulae compositum* dixit Iustin. IV, 1, et ita passim alii. Vid. ad lib. V Instit., 12, eleganter autem dictum observat summus Gronov. IV Obs., 13, ut apud Petron. XVII: *Fabulas antecessura latrocinia.* BVRM.

Ausim dicere) *Ausi d.* W.

quae fere immeritam quoque potentiam carpit, ne vagaretur per urbem invidiosus mendicus, et calamitatis auctori causas vulgus regereret odiorum.

XIX. Nescio quomodo omnis pro laborante favor est, nec ulla perpetuam gratiam servat, nisi modesta victoria: nostra potissimum clementia sustineatur, ne illius alii misereantur. Facilis, ut animadvertere vos spero, iudices, defensionis meae cursus est: antequam incipiam habere causam nimium bonam, hic iam conscientia trepidat; et ratio velut inter binos deprehensa scopulos, quum aliud obiiciatur, aliud defendendum sit, haeret in dubio: cum beneficiis meis computare non audeo. Cognovistis expositionem causae, quanta, quamque excedentia fidem adolescentis optimi merita narraverim: haec mihi omnia sine dubio ille praestitit. Sed quid interest? debitor delicatus sum: quid in hac parte defensionis agam, iudices? dicam, referre gratiam beneficiis volui: itane tandem aliquis mendicare amici patrem aequo animo visurus fuit? At ille me redemit, cui nihil

Invidiosus mendicus) *Invidias inimicus*, W.

Et calamitatis auctori causas) *Et c. a. crimini causas*, Leid. pr. *Criminis causas*, Leid. sec. Voss. pr. *Calamitas auctori criminis, causas vulgus* etc. Cl. Schultingius tentabat, *auctorem criminans et accusans*, (vel *criminans*) *causam in vulgus ederet odiorum*.

Regereret) *Ingereret*, Leid. pr. *Egereret*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucas.

Nec ulla perpetuam) *Nec ullam perpetuam*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Cursus est) *Est* deest Leid. sec.

Clementia) *Dementia*, Voss. pr.

Trepidat; et ratio) *Trepidatio ratio*, Voss. sec. *Trepidat et oratio*, Leid. pr. sec. Lucas. Cl. Schult. ex sententia Gronovii legebat, *conscientia trepidat oratio, et velut inter* etc.

Cum beneficiis meis) *Cum beneficia mea*, Leid. pr. vide ad declam. 12, 7.

Expositionem) *Expositione o. q. quoque*, Leid. pr. Lucas.

Fidem) *Fide adolescentis optima*, W.

Debitor delicatus) *Dubito delicatus*, Voss. pr.

Parte defensionis) *Parte causae defensionis*, Victor.

Referre gratiam) *Referre gratias*, W.

Aliquis) *Aliorum*, W. *Alioquin*, Leid. pr. *Aliquem*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Visurus fuit) *V. fui*, Lucas.

retuli: dicam moveri me supremis amici mei precibus? egregia vero comparatio! At ille mihi praestitit, quod non rogavi: utro me vertam? tanquam honestum defendam factum, an tanquam necessarium? alterum absolvi facilius potest; alterum laudari rectissimum opinor: veritatis interest.

XX. Audi, pater, alimenta ista, quae donata egenti putas, quanti illi constent: si accepto captivitatis meae nuntio, nullis precibus adductus, nullis epistolis vocatus adolescens ad liberandum me vinculis piratarum profectus esset, quibus tamen meritis pensarem, quum id mihi praestitisset, quod ego tantum a patre speravi? intrare maria, praesertim tam recenti documento timenda, et latrones ultro quaerere, et quum praeter vicarias manus nihil esset, navigare voto captivitatis, quis posset alius, quam qui paratus esset pro amico mori? magnum hoc per se, ac seculo nostro vix credibile, iudices. Illud vero omni praedicatione maius, ad redimendum me profectus est, quum mendicaturum patrem suum sciret: atqui sperare poterat futurum, ut sine periculo suo redimeretur nihilominus amicus, quum haberem divitem patrem: sed noluit ipsum itineris apparatum,

Retuli) *Debui*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas, et ita Ascensius testatur esse in MSS. sed ille se explicare non posse profitetur. Forte legendum, *cui nihil praebui:* solent enim haec verba commutari. Vt ad Ovidii Ep. VII, 177 ostendimus. Sed et simpliciter *referre*, pro *vicem referre* posset esse positum, ut ita *reddere* usurpari vidimus ad Petron. BVRM.

Moveri me) *Me* deest W.

Vtro me) *Vix me*, W.

Alterum absolvi) Sc. necessarium. Vid. ad lib. IX Inst., 2.

Rectissimum) *Rectissime*, W.

Nullis epistolis) *Nullis epulis*, W. Quod ex contracta scriptione *Epilis* pro *epistulis*, ut saepe in MSS. exhibetur, natum. Vid. supr. ad decl. 6, 17. BVRM.

Intrare) Vt *ingredi*, de quo vid. ad decl. 6, 21.

Iam recenti) *Tam rec.* W. omnes scripti et editi praeter Leidensem.

Paratus esset) *Paratus est*, W. Sed *esset* in similibus idem notare, quod *est*, docuit Gron. ad Liv. XXX, 17. BVRM.

Noluit) Cl. Schult. lentabat, *odit.*

et ne qua periret redemptionis hora, praeceps cucurrit. Pro fidem deum hominumque! quemadmodum ad redemptionem amici festinat, etiam cuius pater lentus est, Terentium, quem inter ceteros captivos secundo punico bello Scipio Africanus vinculis exsolverat, memoriae tradidere maiores, insigne receptae libertatis, pileo testante, in triumpho ducis esse conspectum: et ille quidem, maioris momenti accessio, publicam senserat felicitatem,

Ne qua periret) *Ne periret*, W. *Ne quid periret redemptionis mora*, Victor. sed tunc legendum *redemptioni*, et *mora* ablativo casu capiendum.

Pro fidem) *Per fidem*, Leid. sec.

Praeceps cucurrit) Et hoc ex Ov. III Am., 11, 25. *Dicta erat aegra mihi, praeceps amensque cucurri.* BVRM.

Lentus est) *Est* deest W. Francius malebat, *festinat, et cui pater lentus est.*

Terentius) Culeo cognomine; vid. Liv. XXX, 45, et Val. Max. V, 11, 5. BVRM.

Inter ceteros) *Ceteros* deest W.

Tradidere) *Tradere*, W.

Insigne) *Insignum*, W. *Insigni*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Testante) *Testantem*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. Sed quocumque modo legas, aliquid deesse videtur, *testante* vel *testantem* scil. *gratum animum*, vel simile quid. Quare malim legere, sine *testante*, *insigni*. Vel, *insigne acceptae libertatis, pileum gestantem, in triumpho* etc. Ablativos in *o* saepe cum accusativis in *um* vel *om* confundi iam vidimus ad lib. VIII Inst., 5. Certe aliquid ulceris latere mihi hic persuasum est. BVRM.

Momenti accessione) Haec non intelligo. Forte *accessio*, quod alii maioris dignitatis sint liberati, quorum ille comes, vel necessarius per occasionem illam sit nactus libertatem. Sic quadrabit magis sequens, *privatim tamen debere*, vel lege, *non maioris m. accessione*. Nihil ille plus a repl. acceperat, cuius hoc minimum est beneficium, quamvis maximum sit, si a privato proficiscatur. SCHVLT. Emendationem priorem probo; nam *accessio* est in Leid. sec. Sed ita explico: Non gestum fuit a Scipione bellum Punicum, ut solum Terentium liberaret, quemadmodum meus amicus, mei solius causa ad Piratas abiit; sed bello feliciter confecto, necessario sequi debebat, ut omnes cives captivi liberarentur, inter quos quum esset Terentius, victoriae illius, et liberationis tot captivorum facta fuit accessio: ideoque videri posset nihil praecipue Scipioni debere, qui pro munere imperatorio debebat post victoriam omnes cives liberare, ille tamen voluit victori privatim debere beneficium, ac si sui solius causa Scipio laborasset. Videtur Livium imitatus noster, qui de Vermina Syphacis filio capto ait lib. XXX, 40: *Quae parva bene gestae rei accessio erat*, ubi mallem *qui*. De voce *Accessione*, iam satis multa congesserunt Gronov. ad Liv. XLV, 7. Vorst. ad Val. Max.

privatim tamen debere se putavit victoriae beneficium. Quid me facere convenit, qui per maria latrociniis infesta solus petitus sum? qui lucem, libertatem, denique quidquid patri debeo, non ignarus, ut primo natalis horae tempore, sed videns sentiensque acceperim? nec solum donatus his bonis, sed summis periculis liberatus sum?

XXI. Nonne me ex amici fide natum, et tenacioribus beneficiorum vinculis fatear esse constrictum? Miserrime, amice fidelissime, ingratum me moriendo fecisti! et quantulum est, quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? levis est ista fortuna; haec etiam nunc recepit moram: solent exspectare latrones redemptorem: in ludo fui; qua poena nullam ulteriorem scelera noverunt, cuius ad comparationem ergastulum leve est. Hoc si scisses, pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te antecessisset: illa, certum habeo, exspectas ut dicam: morabar inter sacrilegos, incendiarios, et, quae gladiatoribus una laus est, homicidas, inclusos turpiore custodia, et sordido cellarum situ: iamque in eam veneram fortunam, ut me victum recipere non posses, victorem nolles. Aderat hora supplicii mei, qua nusquam morandum: iam praebendus erat iugulus, et fundenda vita cum sanguine; neque enim

V, 7, 1, et ad fastidium usque Heins. ad Vell. II, 26 et alii. Praeterea cum W. legendum, *debere s. p. victori ben.* alii enim hoc se victoriae, sed Terentius victori debere credebat. BVRM.

Liberatus sim) *Sum*, Leid. pr. Voss. sec.

Constrictum) *Constructum*, Voss. pr.

Recepit) *Recipit*, W. Lucas.

Nullam) *Nulla*, W.

Cuius pietatis es) De hac locutione egimus ad declam. 8, 3. Similiter saepe Ovidius, ut lib. I Pont., 7, 59: *Quaeque tua est pietas.* Et ita Epist. XVII: *Quae tua nequitia est*, et alibi. BVRM.

Inclusos turpiore) *Inclusos tam turpiore*, Voss. sec. unde Cl. Schult. *Inclusos etiam. Turpioris*, W.

Veneram) *Venerat*, Voss. pr.

Vt me victum) *Vt me nectum. rec. n. p.* Voss. sec.

dubitare de eventu licet: exemplar fati mei vidi. Si me ab his imminentibus malis pecunia redemisset, beneficium tamen potius dicerem magis aestimandum esse quam pretium: sed apud malignos interpretes posset videri vel spem sequutus aliquam venturi temporis, vel praesentis voluptatem. Hoc admirabile! et uni tantum pietati referendum est: dedit beneficium, quod nunquam reciperet: et quum amicum, quem redimebat, habiturus non esset, nihil aliud emit, quam honestam mortis conscientiam: transtulit ergo in se fortunam meam, subiitque non solum fortiter, sed etiam libenter id, quod mihi miserum putabat.

XXII. Res dictu incredibilis! gladiator dimissus, redemptor occisus est: recepit pectore adverso ferrum, ut quasi quam emittebat animam, in meum pectus transfunderet: et hoc uno tristis occiditur, quod amplius amicum visurus non erat. Eant nunc antiquarum conditores fabularum poëtae, et se ad exhortandam amicitiae fidem magna quaedam composuisse carminibus putent, si dixerint aliquos per maria terrasque asperiorem fortunam amicorum tantum sequutos, aut principem Graeciae virum in ultionem interfecti amici inauspicata bella gessisse: nam inter fratres quoque illa maxime admirabilis, tamen alterna mors est. Vna fingitur coniux, quae iam perituri vitam mariti vicaria morte sua redemit; adiiciturque miraculo fabulae, fecisse hoc eam, quod non praestitisset pater. En indubitabile seculi decus, et

Tamen potius) *Potius* deest Voss. pr.

Quod nunquam reciperet) *Quod unquam rec.* Leid. pr.

Vt quasi quam) *Et quasi quam*, Leid. pr. Voss. pr. sec. *Et quam*, W.

Emitteret) *Amitteret*, Leid. pr.

Transfunderet) *Transfunderetur*, W.

Exhortandam) An *exornandam?*

Graeciae) *Gratiae*, Lucas.

Inauspicata) *Auspicata*, Leid. pr.

Morte sua) *Sua* deest W. et recte.

Redemit) *Redemerit*, W. Leid. sec. Voss. sec. Lucas. *Redimeret*, Leid. pr. Voss. pr.

Hoc eam) *Hoc eum*, Leid. sec.

fictis maius! ut morgretur pro me amicus, suum reliquit patrem, meum vicit. Et sane quid profuisset festinatio patris, etiam si ad redimendum me prior forte venisset? hoc me pretio nemo alius redemisset: neque vero plurimum fuit praestitisse mortem; namque interim specioso titulo bene vita pensatur: illud vero existimo gravius, nomen gladiatoris accipere, subire dominum lanistam. Minus te, amice, laudarem, si vicisses: an ille animus rediret in cellulam, ferret saginam, magistrum, personam denique sceleris? mea depugnasti causa, tua peristi. Haec tamen omnia ultimae fortunae nomina, ut mihi detraheret, induit sibi: venit in arenam homo nec sceleratus, nec infelix. Ecquando, iudices, hoc audistis? bonitate sua gladiator factus est.

XXIII. Vtinam, iudices, haec, quae illi speciosa sunt, tam honesta essent et mihi! Quoties ad infelicissimum respexi senem, cuius orbitate vivo, quum confectum cladibus, et tantum poenae suae residuum considero, verum fatendum est, pudet me pretii mei: video senem meliore sui parte praesepultum, omnis etiam spei superstitem; orbum, destitutum: illud tamen solatium est, quod nisi talem amicum habuissem, haec de te diceren-

Reliquit) *Relinquit*, Voss. pr.

Et sane) *En sane*, W.

Hoc me pretio) *Pretio*, deest W.

Illud vero existimo gravius) *Illud honesto amico gravius*, W. *Illud enim est amico gravius*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Sed dubium, an *enim*, vel *non* sit, quia *n* tantum scribitur, quod utrumque notare iam supra decl. 8, 16 animadvertimus. *Illud vero aestimo gravius*, Leid. pr. Cl. Schult. volebat, *illud multo est amico gravius*.

Magistrum) *Magnam*, W. *Ministram*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. *Magistram*, Voss. sec.

Vltimae) *Vltima*, Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. Lucas.

Ecquando) *Et quando*, W.

Quae illi speciosa) *Quae illis speciosa*, Voss. sec.

Et mihi) *Et* deest W.

Poenae suae residuum) Vid. ad Instit. libr. VI prooem.

Meliore sui) *Meliorem sui*, W. Voss. pr.

Solatium est) *Est* deest Voss. pr. *Solatio est* Francius volebat.

tur. Huic patri invidiosa quaedam, opinor, et quae beneficio mortis pensetur, criminosa liberalitas contigerit egenti: alioqui duo egentes, et circa omnium, vel ignotorum, domos stipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parens est, miserebitur senis: si quis iuvenis filius, miserebitur adolescentis: fortasse proderit mendicaturo mihi, quod ipse aliquando egentem pauperem alui. Accipe satisfactionem, in quacumque parte rerum naturae es, amice carissime: non excidere mihi tua mandata; fortuna defecit: opes auferuntur. Quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo vicarias manus: quid vis porro faciam? agrestia opera delicatior, quod a fortuna non didici? et quotidiani quaestus operis duobus egentibus non sufficit. Miserum me! si exsolvere fidem voluero, fortasse mihi in ludum revertendum est.

Huic patri etc.) Lege, *Huic, pater, non invidiosa quaedam, opinor*, (*vel precor*) *nec quae beneficio mortis pensetur, sed criminosa* etc. Id est ita exigua, ut culpanda etiam videatur. SCHVLT. *Beneficii morte*, W. Voss. pr. sec. *Benefici morte*, Leid. pr. *Beneficii mortem*, Leid. sec. *Beneficii mortis*, Lucas. *Libertas* etiam W.

Mendicaturo) *Mendicativo*, W. *Mendicare*, Lucas.

Carissime) *Bone*, W.

Delicatior aggrediar? quod a.) *Delicatior, quod ad fortunam*, Lucas. *Delicatior, quod a fort.*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. et recte: nam *faciam* praecedit, et *opus facere* Terent. Eun. II, 1; Heaut. I, 1, et alii dixere hoc sensu. Cl. Schultingius tentabat: *agr. o. del. quidem ex fortuna n. d.* vel, *agrestia opera? delicatior quidem, ex f. n. d.* Francius legebat, *hoc ea fortuna n. d.* BVRM.

DECLAMATIO X.

SEPVLCRVM INCANTATVM.

ARGVMENTVM.

Malae tractationis fit actio. Quae amissum filium nocte videbat in somnis, indicavit marito: ille adhibito mago incantavit sepulcrum. Mater desiit videre filium: accusat maritum malae tractationis.

PRO VXORE CONTRA MARITVM.

CAP. I. Quamvis, iudices, inter eos, qui liberorum mortibus destituti, cuncta vota et praeparatas spes in senectutem ante se egerunt, id fere acerbissimum certamen conflictationis oriatur, ut unusquisque luctibus ac lacrymis suis credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse videatur; haec tamen femina neque noto, neque publico genere miserabilis, non impudenter inter ceteras matres, quae aut unicos, aut iuvenes pios,

Mortibus) Ita quoque Iustin. XII, 1: *Cognitis mortibus duorum aemulorum regum*; et XVI, 1: *Post Cassandri regis filiique eius Philippi continuas mortes.* Sed rectius *mortes* dicimus de diversis generibus mortis, et summis periculis. Vide Zinzerl. promnl. Critic. c. 47. Tutius ergo sequemur alios, ut Livium, qui lib. XXV, 6 dixit, *provinciam morte regum turbatam*. BVRM.

Vota et praeparatas spes) Id est filios, et filias maxime bonae indolis. Ita Pers. Sat. II, *Spes macra*. Cicer. in Fragm. in *puero spes laudanda, non res.* SCHVLT. Vid. ad Petron. 4, et 140.

Egerunt) Ascensius capit quasi ab *ago*, *egi* descenderet. Sed est ab *egero*, *egeris*; quare Cl. Schult. malebat legere, *extulerunt*, aut *sepelierunt*.

Id fere) *Id fore*, Voss. sec.

Conflictationis) *Conflictionis*, Leid. pr.

Neque noto) *Neque totum*, Voss. sec. *Neque nato*, Gryph. Colin. Vidov.

filios perdiderunt, eminere, et occupare quendam moerentium principatum differentia novae calamitatis affectat, quae sola omnium supra fidem infelix in uno filio iam alteram patitur orbitatem. Priorem quidem illam, ut communem ceteris, et fato accidentem, fortius utcumque tolerabat: nam et de filio nihil aliud perdiderat misera, nisi dies, nec iam timebat ne ille, quo fruebatur, mori posset: planctibus lacrymisque, paene improbe dixerim, parcius utebatur; nec sibi permittebat dolor lugere venientem. Nunc destituta solatio, persuasione fraudata, dum non putabat periisse, quem poterat videre, eripuit ingrata filio alterum titulum. Miser ille, nisi teneretur, iam ad patrem veniret: tantum misera petit, ne minus perdidisse videatur, quam ipsa desiderat. Non inani persuasione, nec cogitationibus ficta lugentis umbra veniebat; nec agitabat incertos levis imago somnos, ac ne confusi quidem tristi cinere vultus, et infernum favilla

Differentia novae) *Eventu novae*, W.

Tolerabat) *Tolerat*, Obr.

Ne ille, quo fruebatur) *Vt quo fruebatur*. Colb.

Venientem) An *viventem?* ut mox, *tota nocte vibebat*. SCHVLT.

Fraudata) *Fraudata est*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Periisse) Lege, *Perire posse*. Id illi enim erat falso persuasum; Amans sibi somnia fingit; antea dixit, *nec timebat ne mori posset*. SCHVLT.

Iam ad patrem) *Iam et ad patrem*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Nec agitabat) *Nec exagitabat*, W.

Tristi cinere) *Tristi nature*, Leid. pr.

Infernum favilla) Legendum videtur, *informe*. GRONOV. Legendum forte, *nec inferna favilla*; sic infr. *Favilla funebri nigra facies*; vel, *nec infernum favilla caput ex noctibus suis*. Vt quales finguntur occurrere diaboli, non tantum nigra, sed et ignea facie, ut postea, *igneus squallor*. SCHVLT. Forsitan, *infartum* non male legeretur. ALMELOV. *Infectum* dedit Obrecht. sed an *favilla infectum* recte dicatur dubito. Forte praestet, *nec inspersum favilla caput*, ut ita Apuleius lib. IX Met. *discerptae comae semitanae, sordentes inspersu cineris*. Solebant enim pulvere et cinere caput spargere. Vid. Kirkm. de Funer. II, 12. Male Ascensius *favilla* nominativo casu capit, quasi illa caput infernum, id est ex inferis excitatum obiret, id est cingeret. Sed tunc elegantius *Ambibat* dixisset. At maiori specie Ascensius *noctes suas* explicat, quibus id facere permittebatur; ut respiciat ad opinionem veterum de umbris nocte vagantibus. Proprrt.

caput noctibus suis obibat; sed filius erat, qualis aliquando, et iuvenis, et pulcher habitu: nec aspici tantum viderique contentus; verum, si quid desiderio creditis miserae, quae sola vidit, amplexus et oscula dabat, et tota nocte vivebat.

II. Multum perdidit mater, si contingebat hoc illi: non minus, si videbatur: nunc tenebras inanes, et longas oculis flentibus noctes, iuxta somnum mariti pervigil, et tantum non deserta metitur. Non desiderio fi-

IV, 7: *Nocte vagae ferimur, nox clausas liberat umbras* etc. Ovid. V Fast., 429 et alibi. Vide ad Petron. 114, quod si verum sit, *obibat* hic idem notat quod occurrebat, ut in illo Ovidii loco: *Occurrat tacito ne levis umbra sibi*. Et Horat. Epod. 5: *Nocturnus occurram furor*. Et ita *obire* pro obviam ire, occurrere dixisse Lucretium lib. I, 223, et 248 notat Lambinus: et *obitum* pro occursu dixit Terent. Hecyr. V, 14: *Vt voluptati obitus, sermo, adventus tuus quocumque adveneris semper siet*, vid. Donat. Quia ergo non semper umbris exire licebat, sed cum illis haec facultas daretur, recte *suas noctes*, dicit. Sed simplicius est capere *obibat*, moriebatur, ut opponatur, tota *nocte vivebat*: etiam *suos dies* dicebant, genio indulgentes, quibus licebat epulis vacare, de quo vide Gron. I Obs., 2, et Gevart. Lect. Papin. 18; et ita paulo post mater *lugere suas noctes*, quibus voluptatem filii videndi capere solebat, dicitur; et maritos dicit cap. 7, *fruitur nocte nostra*, et cap. 8: *Cum comperit noctes suas excantato perisse feretro*, et saepius. Bvrm.

Miserae, quae) *Misera quae*, Voss. sec.

Contigebat hoc) *Hoc* deest Leid. pr. sed male. Eleganter vero *contingere* opponit τῷ *videri*, quia illud notat vere ipsi filium adfuisse, non in imagine aut somno apparuisse eius speciem. Ita mox cap. 5: *Per quietem contigisse filium*; et Tibull. I, 1: *Hoc mihi contingat*. Propert. II, 111: *Haec ubi contigerint; populi confusa valeto, Fabula*. Et ita saepe amantes sibi *contigisse* amicam vel uxorem dicunt, ut Donat. ad Ter. And. IV, 2 notat *contingere* ea, quae vix eveniunt, id est, quae vix audemus sperare nobis eventura. Ovid. III Am., 7, 43: *Haec mihi contigerat; sed vir non contigit illi*; IX Met., 760: *Nec mihi continget*. Infr. decl. 15, 2: *Quia nihil praestanti meretrix saepe contingeret*. Bvrm.

Longas flentibus noctes) *Flentibus moras*, Leid. pr. nihil muta. Nam et ita Horat. I, Od. 25, ubi nihil mutandum esse, ad Ovidii Epist. I ostendemus. Bvrm.

Tantum deserta) Lege *tantum non deserta*. Quamvis iuxta maritum cubans, tamen quasi deserta; ansia curis et pervigil noctes transigit. Schvlt. Rectissime, ut putamus: de his particulis iam bis terve supra actum. Vid. ad decl. 3, 3. Bvrm.

Non desiderio fictus) Lege *non desiderio fictum, aut fucatum*. Schvlt.

ctus, aut fucatus habitu, nec ut somniorum vanitate conspicitur, sed experta non totum mori hominem, illud, quod nec flammis uritur, nec cineribus exstinguitur, nec urnis sepulcrisque satis premitur, exspectat. Nunc ista carcere obseratam animam, et repugnantem magico iuvenem cogitat ferro: infelicissima omnium mater plus aliquid esse, quam umbram, filium putat, postquam potuit includi: nec sua tantummodo poena, proprioque supplicio deserta consumitur rescissa orbitate: vel magis cruciatur, quod non licet filio venire cupienti. Nunc barbaro carmine gravem terram totis noctibus pulsat; et impositum sibi sepulcrum, quod non possit evolvere, quae solebat ipsos discutere inferos, umbra miratur. Miser, quem non tantum verba clauserunt (nam forsitan per illa transisset) sed vincula ferrea, solidique nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo tenetur infelix,

Sed tunc legendum *conspicit*, ut respondeat *metitur*, et *exspectat* etc.

Fucatus) *Fugatus*, Voss. sec. Tentabat Schult. *Figuratus abitu*, id est propter mortem.

Satis premitur) *Sacris pr.* Gryph. Colin. Vidov.

Nunc ista) *Nunc isto*, W. Leid. pr.

Et repugnantem) *Expugnantem*, Leid. pr. Forte, *et pugnantem*. Nam saepe hoc simplici utuntur pro composito. Vt infr. cap. 17: *Calido frigidis, resolutis odstricta pugnarent*, ubi imitatur illa Ovid. lib. I Met., 19: *Frigida pugnabant calidis.* BVRM.

Plus aliquid) *Plus quid*, Colin. Vidov.

Rescissa) *Recissa*, Voss. pr.

Vel magis) *Vel* deest W. Obscurus et hic locus, quem nec Ascensius cepit, qui *rescissam orbitatem* explicat exceptam, rescissam a poena hac. Inepte et obscure. Ego legerem, *deserta consumitur*. Vel, *rescisso orbitate magis cruciatur, quam quod non licet filio venire cupienti*. Dolere non iam suam vicem dicit mater deserta, et destituta filio suo, vel cruciari magis, quod iterum orbitas sua nunc renovetur (bis enim se orbam fingit, semel vera morte filii, iterum anima eius per magica carmina inclusa carceri inferorum) quam quod filius ipse nunc contineatur tenebris et carcere, nec posset venire ad matrem. *Rescisso orbitas* dicitur, ut *rescissum vulnus*, *dolor* et similia, de quibus vide Cl. Graevium ad Cicer. III ad Att., 15. BVRM.

Pulsat) *Depulsat*, Voss. pr.

Non possit) *Non possis*, Lucas.

Vmbra miratur) Forte, *miseratur*, id est dolet, deflet. SCHVLT.

Per illa transisset) *Transissent*, Voss. pr. *Per illa pertransisset*, Leid. pr. quo verbo et Seneca usus est.

qui ne propter hoc quidem venit, ut queratur? misereor feminae, cuius invidiae totum facinus adscribitur: maritus sic filium inclusit, tanquam se inquietari mater ista quereretur. Igitur, iudices, nemo miretur, si ad tam crudelem, ad tam immitem patrem umbra non venit: sciebat ubi lacrymas, ubi posset invenire singultus, a quo magis desideraretur; namque isti ferreum pectus, et dura praecordia, nec sunt de orbitate sensus.

III. Quid enim inhumanius patre, quid inveniri truculentius potest? invidit matri, ne filio frueretur; nec hoc ideo fecit, quia videre ipse malebat: ne viventem quidem adhuc et incolumem tam blanda, tamque debita pietate prosequebatur, ut defuncto servaturus affectum etiam sepulti pater videretur. Tanto magis effusa mater, et suis ac paternis vicibus occurrens: haec pallidior ad metus, ad vota pronior, non diebus secura, non noctibus: et ille miser intelligebat, utri promptior ex parentibus et facilior esset affectus. Itaque ab huius osculis, ab huius feminae cervice pendebat: et quia longum est officia praeterita debitae pietatis agitare, illo ipso languore, quo filius caducum illud et fragile corpus

Propter hoc quidem) *Propter quidem*, Leid. pr.

Mater ista quereretur) Rectius puto *isto*, scilicet filio, in quiete viso. BVRM.

Vbi lacrymas) *Vbi igitur lacrymas*, Voss. pr. *Vbi* deest Lucae.

Truculentius potest) *Truculentius pater*, W.

Invidit matri) *Qui invidit*, Colb. et Gronoviom malle, *qui invidet matri*, notavit Cl. Schultingius, et *ne frueretur* positum, pro *quod frueretur*, notat.

Et incolumem) *Et* deest Voss. sec.

Prosequebatur) *Consequebatur*, Voss. pr.

Vtri promptior) *Vter promptior*, W.

Ab huius osculis) *Ab huius oculis*, Voss. pr. et ita Ascensius legit, sed talem aberrationem iam saepe vidimus, et in illo codice fere perpetua est. Petron. 127: *ex cuius osculo pendes*. BVRM.

Agitare) Schult. malebat *allegare*; sed *agitare*, pro tractare, de re agere etiam obvium. Ita *agitare consilia*, et similia, et licet sit insolentior usus vocis, non temere tamen moveam. BVRM.

amisit, quam perdite mulier, et usque in exemplum, modo super ora pallentis infelices lacerabat oculos; nunc siccata frustra ubera querebatur; nunc superstitem caedebat uterum! Notabat haec ille deficiens, mandabatque morti suae, cui periret. Vbi sunt, qui cito iubent stare lacrymas? quibus non placet longum agere moerorem? retulit umbra gratiam matri. Scio, et intelligo, quum inter gementes cadaver iacet medium, et quum omnes videtur remisisse curas, tunc sentit et intelligit, et inter suos iudicat. Moneo te, orbitas, moneo effusius fleas,

Quam perdite) *Quae perdite*, Gryph.

Siccata) Dubitat Cl. Schult. an non *sucta*, ut ita *dilatata*, pro *dilata*, *adortata*, pro *adorta*, supra vidimus. Sed *siccata ubera* mihi magis placent, quia et ad tempus, quo filius ea ducebat, et ad praesens, quo per aetatem iam siccata erant, referri commode possunt, quamvis magis ad prius putem. Horat. Epod. II, 46: *Distenta siccet ubera*. Quamvis ibi de mulgente dicatur: de sugentibus capreolis Virg. X Ecl., 42: *Bina die siccant ovis ubera*. Vnde videmus plus esse, quam *sugere*. Siccat enim qui tota exhaurit. Frustra autem siccata queritur ubera, quia non fuit vitalis filius. Ascensius capit posteriori sensu, et siccata queri matrem dicit, quia si non essent sicca, sugenda filio daret. Sed tum frustra quum *querebatur* coniungeretur; eo sensu *inania ubera* dixit Ovid. X Met., 342. Sed haec minus placent. BVRM.

Mandabatque morti suae) Ita constanter scripti. Sed quo sensu nescio. Ascensius legit *matri suae*. Cl. Schult. malebat, *menti suae*, sed tamen dubitans. Forte vulgata servanda, ut *mors* hic tanquam numen aliquod habeatur, cui mandabat deficiens, cui periret, id est patri, cui post mortem nunquam conspiceretur: huic ergo morti, ut se totum quasi aboleret, mandabat; sed ne periret matri contra rogabat mortem, sed ut tanquam umbra posset eam intervisere. Ita mox, *imponit morti suae finem*, *domum repetit*; et, *filius meus non satis periit*. *Mandare* vero de morientibus dici obvium. BVRM.

Vbi sunt) Patrem intelligit, qui truculentus et ferrei pectoris, iussit matris lacrymas stare, sed illa in fletus nihilominus progressa; quare umbra hanc gratiam piae matri retulit, ut nocte illi appareret, Patri vero duro nihil debere se credidit. Sensisse vero lacrymas et dolorem intellexisse cadaver iacens inde probat, quia sibi toties redierit filius, non patri: haec sequentia firmant. Nihil hic vidit Ascensius. BVRM.

Gratiam matri) *Matris*, Voss. pr.

Remisisse) *Remisse*, Voss. sec. *Redemisse*, Voss. pr. a m. pr.

Sentit et intelligit) *Sentit aliquid et int.* Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucas.

effusius efferas, nunquam perisse credas: filii sui umbra cui non apparet, irascitur.

IV. Iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortem strinxerat venas; et nutantium fulgor extremus vanescebat oculorum; et iam desperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen sperare mater videbatur, et quamcumque corporis partem osculis misera tepefecerat, illi vitae calorem redisse clamabat. Oderat ignes, oderat rogos: reponi corpus, et servari membra cupiebat: et nunc infelicem magis matrem poenitet, quod sepultus est, qui poterat reverti. Scitis ipsi, quo exsequiarum dies labore extracta sit, quamdiu filium tenuerit allambentibus flammis. Vnde enim speraret, ut po-

Effusius efferas) Ascensius vel legit *offeras*; scil. vota et preces, vel explicat *efferas* te per impatientiam effusius, neutrum placet, nec video tamen quid melius sit. Nam pro *sepelias* non puto poni. An, ut *egerere dolorem* Ovidius et alii dixerunt, capiendum? cogitent alii. BVRM.

Filii sui) *Tui*, Lucas.

Strinxerat) *Struxerat*, W. Leid. sec.

Nutantium) Scribe *natantium*, ut saepe Poëtis *oculique natantes*. GRON. Posset legi, *micantium*, ut Ovidius, *micantes igne oculi*, vel *nictantium*. ALMEL. *Mutantium*, Leid. pr.

Sperare mater videbatur) *Sperare matri videbatur*, Leid. sec. Voss. sec. non male, si *spirare* legas, ut Cl. Schultingio notatum fuit.

Misera) Deest Leid. sec.

Illi vitae) *Illo*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. unde Cl. Schult. *Illico* faciebat.

Viderat ignes, oderat rogos) *Oderat, oderat ignes, reponi*, W. Leid. pr. Voss. pr. Lucas.

Quo exsequiarum die labore extracta sit) Inepte Ascensius explicat extracta sit mater e flammis rogi. Legendum sine dubio cum Gronovio et Schultingio, cui et Francius accedebat, *quo exsequiarum dies labore extracta sit*. Quia sperabat adhuc mater, moras, quas potuit, nexuit, et extraxit diem exsequiarum, quantum licuit, festinante ad exsequias patre. Quid sit *extrahere diem*, vide apud summum Gronov. ad Liv. XXII, 18. BVRM.

Allambentibus) *A labentibus*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas. *Allabentibus*. Gryph. Colin. Vidov. Cl. Schultingius volebat *a lambentibus*, ut edidit Lucas. Ego vulgatam retineri posse putem. *Labi* enim flamma dicitur, quum deficere incipit, quod consumpto demum cadavere et rogo dici potest, quando in cineres omnia labuntur. Val. Flac. V, 55: *Sola virum flammis vidit labentibus ossa*. *Lambere* vero et *allambere*, (quo verbo priores usos non reperio, sed Ausonio et Prudentio usurpatum notant Lexicographi) quum adflare et tangere aliquid videtur. Vt Virgil.

stea videre contingeret? ut extra orbitatem haberet oculos? iam magum misera quaerebat, ut umbra evocaretur. Reliqua, mater infelix, tu ad iudices referre debebas, et nisi orbitate, nisi lacrymis vox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres? ego utcumque potero, perferam. Satiare, misera, satiare saltem memoria diei illius, quo exsequias unici duximus: iam planctus, inquit, lacrymasque consumpseram, et tenebras veluti perpetuas venire gaudebam: iam fatigata propinquorum officia defecerant; iam plangorem familiae altus sopor vicerat.

V. Rogo, ne quis tam contumeliosus sit in matrem, ut per quietem contigisse filium dicat: unde miserae tunc, unde somnus? Nihil de te, marite, nihil queror: satis magnas dedisses poenas, si totis noctibus mecum flere voluisses: vidisses utique, non quemadmodum tenues rerum imagines solent cogitationibus accipere corpus, quum vanae absenti animo cogitationes finguntur, sed ipsum filium, qualis blandissimus erat: et si dimittatur, videbo. Subito ante me diductis constitit tenebris,

II Aeneid., 684: *Lambere flamma comas.* Vbi vide Cerdam. Sic et Albinovanus ad Liv. 256: *Aethera subiectis lambere et astra comis.* Qui similem matris affectum dat Liviae, vers. 133: *Artus amplectar inanes, Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.* BVRM.

Debebas) *Debeas*, W. Voss. sec.

Vox mutaretur in gemitus) Vnde illustratur illius monstri, Caligulae, saevitia, qui Tragoedum *flagellis discindens, collaudabat vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu praedulcem.* Sueton. 33. BVRM.

Noctes tuas) Quibus filium videre solebas; saepius hac declamatione, vid. ad cap. 1.

Satiare, misera, satiare) *Sanare, misera, sanare*, W.

Tenues) *Tenuisses*, Voss. pr.

Absenti animo) *Absentiae anima*, Voss. sec. Omitti *vanae* in Gronoviano notavit Cl. Schult. qui ideo coniiciebat, *quum absentes animo finguntur*: nam putide repetitur *cogitationes*. *Absentes* vero sunt mortui. BVRM.

Et si dimittatur, videbo) Puto, *videbis*: nam id iam mater impetrasse vult videri, ut patri quoque se ostenderet. GRON. Probat hoc Cl. Schult. quia praecessit, *vidisses utique* etc.

Diductis tenebris) *Deductis*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

non ille pallens, nec acerbo languore consumptus, nec qualis super rogos videbatur et flammas, sed viridis, et sane pulcher habitu. Nescio ubi totam reliquerat mortem: non igni torridae comae, nec favilla funebri nigra facies, nec vix bene cinere composito umbrae recentis igneus squalor. Proclamaret mater infelix, etiam si talem videre desisset: primo tantum stetit, et se permisit agnosci. Ego tunc plurimum stupui, non ausa oscula dare, non iungere amplexus: infelix primam perdidi noctem, dum timeo, ne fugeret. Hanc tu, marite, persuasionem putas, et vanum animi mei lugentis errorem? quidquid est in filio, plus apud matrem sit, quum desinit. Vis denique scire quid uxori tuae detraxeris? ex defuncto filio non habet aliud, quod speret.

VI. Iam nox altera aderat, et primis statim tenebris praesto filius erat, non ille, ut pridie, procul et tantum videndus, sed audacius et propius, et ad matris manus tanquam corpus accedens: nec iam nisi cum luce certa, fugatisque sideribus, invitus ille vanescebat ex oculis, multum resistens, saepe respiciens, et qui se promitteret etiam proxima nocte venturum: iam moerori locus non erat, mulier filium nocte videbat, die sperabat. Quid attinet singula referre? nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec scelerata tacui: satiabar osculis,

Sed viridis) Tentabat Schult. *sed iuvenis*, ut initio declam.

Sane pulcher) *Sano pulcher habitu*, Obr.

Totam reliquerat mortem: non) *Totum reliquerat, non*, W.

Non igni) *Non igne*, Leid. pr. sec. Voss. sec. non opus. Vid. Heins. ad Vellei. Paterc. II, 78.

Videre desisset) *Videre dedisset*, Voss. pr.

Et se permisit) *Et ipse permisit*, W.

Plus apud matrem) Malim, *pluris*. SCHVLT.

Vis denique) *Vix denique*, Voss. prim.

Vanescebat) *Evanescebat*, Voss. sec.

Ex oculis) *Ex sceleris*, W.

Saepe respiciens) *Multum resp.*, Colb.

Scelerata) Male de filio merita explicatur ab Ascensio; sed rectius infelix est. Vt Livia apud Albin. vs. 135: *Tene ego sustineo positum scelerata

satiabar amplexibus, et colloquebar, et audiebam. Misera plus perdidi, si nemo credit: iam coeperam tuam quoque, marite crudelis, agere causam, rogabamque iuvenem, ut paternis quoque oculis laetus occurreret: et tibi, ingrate, dimidia nocte cedebam. Iam miser et ille pollicebatur: haec me fiducia perdidit, ut confiterer. Rogo, quid tam muliebre, quid tam maternum fieri potest? gaude, inquit, marite, gaude; filium fortasse nocte proxima videbis: illum, quem crudelibus flammis exussisti, ex quo cineres et ossa supersunt, iuvenem nocte videbis, et forte etiam die speres: ego certe totis noctibus mater sum; video; fruor iam, et narro. Exitum paterni affectus quaeritis? filium videre timuit.

VII. Sic magnum protinus, nescia matre, cuius horrido murmure imperiosisque verbis dii superi manes-

videre. Et ita in antiquis sepulcrorum titulis *matres sceleratae* reperiuntur. Vide Reines. XII ins., 122, et Fabret. cap. 3, p. 237. Qui non debuerat de hac significatione dubitare. Ratio autem huius significationis est, quia credebant nullos infelices posse esse (dii enim iosti sunt) nisi facinorosos, qui scelere meruissent calamitates, et ita sacros, devotos et similes, etiam scelestos et sceleratos vocabant, et ut homines, ita alias etiam res; vide Barth. ad Claud. I in Rufin. 220. Gorallus ad Pedonis verba, vocem *scelerata*, quam non intelligebat, et in notis, et in paraphrasi puerili neglexit. Vid. et Calp. Flacc. decl. 10. BVRM.

Nemo credit) *Nemo credidit*, W.

Tibi dimidia nocte cedebam) *Dimidiam noctem c.* Colb. parum refert, sed malo prius. Vide praeter ceteros Gron. ad Liv. XXIV, 6; sic ex MSS. apud Lucan. VIII, 693: *Incestae screptis cessure sorori*, non *sororis*. Ita apud Iustinum et alios; vide et Heins. ad Vellei. Paterc. II, 85. BVRM.

Iam miser et ille) Francius legebat, *iam et miser ille*.

Confiterer) *Confitear*, Voss. pr.

Exussisti) *Exussistis*, W.

Ex quo cineres) *Ex quo manes*, Leid. pr.

Iuvenem videbis) An excidit vox una et legendum, *nocte* videbis? SCH. *Nocte* est in W. et recte puto, ut respondeat praecedentibus, *mulier filium nocte videbat, die sperabat.* BVRM.

Certe totis) *Certis totis*, W.

Fruor iam, et narro) An *fruor iam et narrans*, vel, *et dum narro*. SCH.

Horrido murmure) Et hoc magis etiam proprium, ut pluribus ad Val. Flaccum docebimus.

que torquentur, excogitator iste mortis alterius advocat, non ut exorati manes diducerentur, nec ut evocata nocturnis ululatibus undecumque umbra properaret, sed tanquam parum sepulcra premerent, et tumulorum leve pondus esset; filius, inquit, meus non satis periit, adhuc fulgore siderum fruitur, et nocte nostra: nam quum dies occidit, imponit morti suae finem, domum repetit, et maternos territat somnos. Inveni aliqua, inveni vincula verborum, sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria est, si retines filium, qui redit etiam a morte ad matrem. Noxium sepulcro circumdatur carmen: tunc horrentibus verbis urna praecluditur; tunc primum miser filius mors et umbra fit. Ite nunc, et putate vana fuisse matris solatia: filium ista si cogitationibus et inani persuasione vidisset, adhuc videret. At quae supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Iam totam domum ac familiam quies prima sopiverat, et

Iste mortis) *Iste pater mortis*, Colb.

Diducerentur) *Deducerentur*, Leid. prim. Voss. prim.

Vndecumque) *Meritum*, W.

Et nocte nostra) Non intellexit hoc Ascensius; id est, nocte mihi ab uxore debita, qua illa, occupata filii sui imagine, me quasi fraudat; in Voss. pr. erat, *et tota nocte nostra*. Adhuc efficacius, quam mihi soli et totam debet uxor. BVRM.

Territat somnos) *Irritat s.* W.

Vincula verborum) Ita paulo post, *noxium sepulcro carmen circumdatur*, et *horrentibus urna verbis praecluditur*. Ita Plautus Bacch. I, sc. 2, *Praeligatum pectus hoc*, id est incantatum: et hinc etiam infra, *verba tua resolvat*. SCHVLT. Egregie has artes magicas de evocandis manibus explicuit Broekhus. ad Tibull. I, Eleg. 2. Quibus docet sepulcra saxis et aliis obsepta, ne egrederentur manes, et hinc, ut etiam in aliis sacris magicis, *defigi*, *devinciri*, *solvi* etc. dicebantur, in quos ars vana haec exercebatur. Hinc *devinctiones magicas* dixit Tertul. de Spect. cap. 2; et *vincire* Ov. II Fast., 581, at Horat. Od. V: *Ah, ah solutus ambulat veneficae Scientioris carmine* — —. BVRM.

A morte) *De morte*, W.

Ad matrem) *Ad mortem*, Voss. pr.

Horrentibus verbis) Hinc adfirmari posset illorum coniectura, qui in Petron. 99 legunt, *horrentibus verbis nauta*, sed ibi alia res est. BVRM.

Filius mors) *Illius mors* Voss. sec.

At quae supplicia) *Adhuc supplicia*, W. *Et quae*, Leid. pr.

Illa statim) *Ista statim*, Voss. sec.

Ac familiam) *Et hanc familiam*, W.

tacentibus tenebris venerat tempus dulcissimum matri. Iacebat haec insomnis, inquieta, quum diceret, iam statim apparebit, iam statim veniet, nunquam tamen tardius venit. Miseram me, fili! proxima nocte iam veneras: ecce iam medios sidera tenent cursus, indignor, irascor, ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. Miseram me! iam maligna mundus luce clarescit: quando venies? iam redire debebas.

VIII. At postquam alteram tertiamque noctem deserta vanis questibus duxit, tum tristiora lugubria, tum squalidae magis placuere vestes, tum repetitis sanguinavere planctibus iam convalescentes lacerti. Nihil est infelicius matre, quae perdidit aliquid in filio, postquam extulit: quum vero comperit noctes suas iuvenis necessitatibus magicis excantato perisse feretro, quan-

Tacentibus) *Iacentibus*, W.

Matri) *Mater*, W.

Iam statim veniet) Ita et Livia, vivum desideraus Drusum, apud Pedonem vers. 31: *Iam veniet, iam me gratantem turba videbit.* Declam. 12: *Bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos venti ferunt, iam veniet.* Bvrm.

Proxima nocte iam) *Proxima nocte veneras*, Voss. sec. male. *Iam* enim notat hoc momento temporis, quo nunc tardas, praecedenti nocte iam veneras. Bvrm.

Maligna) Mihi, quae aliis benigna, interpretatur Ascensius. Sed *maligna lux* est exigua, ut esse in crepusculo solet ante exortum solis, et imitatur hic Virgilium, qui lib. VI Aen., 270: *Quale per incertam lunam, sub luce maligna, Est iter in silvis* — —. Vbi videndi interpretes. Et ita passim hoc vocabulo utuntur veteres. Bvrm.

Questibus) *Quaestionibus*, Voss. pr.

Sanguinavere) Rarius hoc verbum, quo et mox iterum iterumque utitur, et cui apud Plin. XXX, 9; locum dedere, sed quod expulit Harduinus. Vsus est et auctor dialogi de Orator. cap. 14. Qui *sanguinantem eloquentiam* dicit: ubi tamen et controversia huic verbo a quibusdam movetur. Sed patronos habet Nic. Loens. Miscell. Epiph. IX, 4, et Barth. XLIV Adv., 25, qui ab aliis quoque usurpatum docet. Bvrm.

Quae perdidit) *An perdidit* Gryph.

Quum verum) *Quum vero*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Gryph. Colin. Vidov.

Noctes suas iuvenis) Lege, *noctes suas iuveni n. m. et incantato perisse ferro.* Nam in Leid. pr. est *incantato, ferro* in eodem et aliis. Vel an *inventis nec. mag.* Schvlt. *Ferro* habent Leidenses et Vossiani omnes, et Lucas.

Excantato) Nescio an huic verbo hic sit locus, quod proprie est artibus magicis foras elicere, quum potius

tum illa praefixum clausumque tumulum nudis cecidit uberibus? quo fletu sepulcra perfudit? quo gemitu audientem forsitan et exire cupientem frustra vocavit animam? O natura crudelis, plus magum posse, quam matrem! ubi sunt, qui acerbas mortium necessitates, et ferrea iura fatorum, et invictas, nec ullo moerore mutabiles, inanium leges querebantur umbrarum? Filium tuum, mulier infelix, non impositae inferis clusere terrae, ne spissa perpetuae noctis caligo compescuit, non fabulosa vatibus palus, multumque celebrati curvato igne torrentes: haec permeabat, haec omnia nocte

hic clausus fuerit iuvenis sepulcro suo. Vide Broukh. ad Propert. III, 11, 49, ubi ostendit pessime Lexicographos iactare eandem esse vim huius verbi, et *incantare;* licenter etiam *feretro* dixit pro sepulcro, nisi urnam intelligat, qua ossa et cineres ferebantur ad sepulcrum. BVRM.

Quantum illa praefixum) Divide vocem et scribe, *quam tum illa praefixum.* GRON.

Tumulum) *Turtilerum*, W.

Cecidit uberibus) Nec hoc capio. Caedimus manibus alia membra. Sed qui potuit uberibus caedere tumulum? potuit incumbere; an pro *uberibus*, scribendum *verberibus*? sed quid tunc *nudis* faciemus? nisi enim *verbera nuda*, sint nudis manibus impacta, quod durum esset, malim *crudis verberibus*. Ita Barth. ad Stat. IX, 20, et X, 160, pro *nudus*, *crudus* reddere conatur; an iure, nunc non disquirere vacat. Sed *cruda verbera* recta dici posse, docet Stat. I Silv., 1, 68: — *Verbere crudo Vt sensit mugire forum.* Vbi *durum*, *instantem*, *furibundum* veteris libri glossa apud Barth. explicat. Est vero idem, quod saevum, crudele, ut ita *crudum caestum* Maro dixit V Aeneid., 69; et *crudum ensem* X, 682. Ita *verbere saevire*, Ovid. II Met., 399; et pro *crudo*, *crudeli* utitur Ovid. II Fast., 695: *Qui mea crudeli laceravit verbere terga.* Et *verbera saeva*, Ep. 20, 77, et Amor. I, 7, 6; et *fera verbera* de Nuce 169, et similia. BVRM.

Et exire) *Et* deest Voss. sec.

Impositae inferis clusere) *Interpositae clausere terrae*, W. Leid. pr. *Impositae infelix clausere* (Voss. pr.

Terrae) *Turres*, Victor. Gryph. Colin. Vidov. Quod forte non ineptum: nam et *stygiam urbem* portis instructam, quae capit omnes animas, fingit Ovid. IV Met., 437, et Silius XIII, 531. BVRM.

Perpetuas) *Perpetua*, Leid. pr.

Palus) Est Cocytus; Senec. Her. Fur. 686; Virg. IV Georg., 479. BVRM.

Curvato igne torrens) Indicat certe Phlegethonta. Sed quid *curvatus ignis* sit non capio, an, quia flexuosus, uti multi alii fluvii, et simul igne fluens est? an, quia in modum falcis aut dimidiati circuli flexus est. Quod melius verbi significationi congrueret. An, *atro igne*? an, *sulphurato igne*? nihil fere horum placet nimis. BVRM.

transibat, levioremque mortem suam fecerat, quam si peregrinaretur et abesset: et nunc minus mali pateretur, si non sentiret. Ille, qui non venit in quendam carcerem, translatus a tumulo patitur veneficia vitae: magnae sunt ergo umbrarum catenae; et quamquam volatilem vagamque imaginem, morti stringunt atque alligant, tanquam reum corpus, animam: ferro vero ac lapidibus arctare, et ut solent bellicae robur accipere portae, ipsam umbram iam catenis alligare, iam claustris, non dico crudele est, portentosum, nefarium, utique si haec faciat, qui sensurum filium credat: et nunc illos miserrima mater in corpus putat et in membra descendisse mucrones.

IX. O mage saeve, crudelis, o in lacrymas artifex nostras, vellem non dedisses tam magnum experimentum: irascimur tibi, et blandiri necesse est: dum cludis umbram, intelleximus solum te esse, qui possis evocare. Videtur itaque mulier infelix a dignitatis dolore secedere, quod tam uxorias in forum querelas, et tan-

Et nunc minus) *Et tunc m.* W.

Veneficia vitae) Qualia in viventes solent exerceri, quum tamen iam vita sit functus; ad fin. declam.: *Si modo veneficum pondus et terroribus omnibus verba graviora mago parente dissusseris.* SCHVLT. *Beneficia vitae*, Leid. pr. Colb. Gryph. Colin. Vidov.

Stringunt) Francius volebat, *adstringunt.*

Reum corpus) *Verum corpus*, Vict.

Non dico crudele est) *Crudele est non dico por.* Leid. pr. Forte, *non dico crudele, ast portentosum*, vel cum Celeberrimo Bestio in ratione Emend. leg. cap. 14: *Crudele est, est portentosum.* Verum et eleganter *sed* omissum potest intelligi; vid. ad declam. 14, 6. BVRM.

Portentosum) *Porro sed*, W.

Vtique si haec) *Vtique si hoc*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *Vtique si haec faciet, faciat qui*, Colb.

Intelligimus) *Intelleximus*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Videtur itaque) *Videtur utique*, W.

A dignitatis dolore decedere) Forte: *ab indignationis dolore.* Et mox: *Quaecumque est indignatio, est magni doloris.* Sic decl. ult.: *Solebat indignatia vestra convicia nostra ferre non posse: et matronalis indignatio dicere videbatur: Non pascis ergo me, ut ante, verbis.* GRON. Et *decedere* est ex correctione Gronovii, certe ego in omnibus *secedere* inveni. Francius volebat *ab indignitatis*, et mox, *Quaecumque est indignitas.*

Tam uxorias) *Tanquam ux.*, Leid. pr. Lucas.

quam delicata matronae desideria pertulerit: non enim vestes, nec aurum, nec ambitiosos quaerit ornatus, contenta est orbitas sordibus suis: ac ne pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia et muliebri vanitate complorat: sed nec relictum torum desertumque genialem velut contempta vilitas uxoris ulciscitur: alia longe, alia de noctibus cura est. Ne timueris, quaecumque est dignitas, est magni doloris: nihil queritur misera, nisi par orbitati, nisi matre dignum, quod publicos consumat oculos, quod ignotas quoque exigat lacrymas: quantam enim a marito acceperit iniuriam scire vultis? sola mâter filium perdidit, nec potest invidiam facere morti. Ante itaque quam sciatis, iudices, quis dolor, quisve moeror, quae tanta impatientia eruperit, ut mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicae lucis, et diem etiam domi invisum, in foro, interque leges notabilis et sepulcris abstracta pateretur, certum profecto habetis, non audaciam, neque impudentiam, nec vanitatem unquam querelas habuisse miserorum. Quam verum est, quidquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti

Non enim vestes) *Non est vestes*, W.

Ne timueris, quaecumque est) Lege, *Ne timuerit. Quaecumque* (vel *quantacumque*) *est*. SCHVLTING. *Est* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. *Es*, Voss. ec.

Magni doloris) *Magis doloris*, W. Lucas.

Matre dignum) *Matri d.* Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Sed an *dignus* etiam dativo iungi potest? certe et ita repperi in MSS. apud Ov. III, Ep. 73: *Digna nurus socero, Iovis Aeginaeque nepoti*. BVRM.

Oculos) *Celos*, W.

Ignotas exigat lacrymas) Non damno, sed mallem, si per scriptos liceret, *ignotis exigat lacrymas; exigat* est *expellat*, ut Senec. Herc. Oet. 1274, vel *exprimat*, ut Terent. Eun. I, 1, loquitur; male *postulet* explicat Badius. BVRM.

A marito) *Amaritudo*, Voss. pr.

Acceperit) *Susceperit*, W.

Qui dolor) *Quis dolor*, W. Leid. prim. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Neque audaciam) *Non audaciam*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

temere exeunt gemitus! mulier, quae sanguinantes ad iudices porrigit lacertos, quae scisso laniatoque vultu, quae lividis profertur uberibus, magno dolore cogitur, ut hoc potius agat, quam cineres osculetur, quam complectatur urnam: gravis testis querelae suae orbitas est.

X. Et antequam ad genus illatae inique iniuriae venio, cur, marite, que ex te filium perdidit, quidquam potest queri? crudelis orbitatem feris adhuc alio dolore, tanquam parum desideria conficiant, quae de unico gerit: non pateris animam vacare lacrymis suis tu, qui sinum debes, qui colloquia et amplexus. Quam misera est quae queritur, et de solatio suo non coniugis desideriis large indulget, nihil aspere, nihil contra voluntatem! habet privilegium suum mater infelix, molles manus, et mitia fomenta magnis vulneribus admoveas. Quae se adhuc secari plaga permittit, in summo est:

Exeunt) *Exemit*, Leid. pr.

Ad iudices) *Ad iudicem*, Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. Lucas.

Testis querelae) *Testisque pelle*, Voss. sec.

Profertur) *Praefertur*, Lucas.

Inique iniuriae) *Iniquaeque*, W. Leid. pr. Voss. pr. Lucas. *Inique ei iniuriae*, Voss. sec.

Cur, marite) *Tum marite*, W.

Quidquam) *Quidquid*, Leid. pr. Voss. pr.

Conficiant) *Conficiantur*, W.

Quae queritur et de solatio) Scribendum est: *Quam misera est quae queritur et de solatio suo?* hoc est, etiam de illo, a quo consolationem accipere debebat. Dein deleta negatione, *Coniugis desideriis large indulge; nihil aspere, nihil contra voluntatem*. Hoc est, in tali statu decet bonum maritum desideriis uxoris large indulgere: nihil aspera, nihil contra voluntatem eius dicere. GRON. *Non coniugis*, habent omnes scripti et editi. *De solatio suo! non coniugis d. l. indulge; tamen nihil aspere n. c. v.* Obr.; Cl. Schult. volebat, *quam misera est quae queritur de solatio suo, non coniugis desideriis large indulget* etc.

Magnis) *Magis*, W.

Quae se ad haec secari) Scribendum *adhuc*. GRON. Aberraverunt iterum operae Leidenses, vel editor; *adhuc* enim habent scripti et editi olim. *Ad haec* tamen Obrechtus edidit. *Sectari* est in W.

In summo est) Scilicet corpore, non ad ossa vel viscera descendit. Ovid. Ep. 16, 275: *Non mea sunt summa leviter districta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.* Et ita contra *alta sagitta* percussum cor dixit VI Metam., 266; sic *altum vulnus* passim. BURM.

viri forsitan quomodo fortior sexus sit, et contra dolorem quam imbecillis animus, magis pugnat: itaque totum istud lugere femineum est: et simul orbitas imbelle pectus invadit, animus ille, qui luctus suos sequitur, incipit indulgentiam sentire lacrymarum. Fidem tuam, marite, coniugi flere liceat, satiari gemitu: orbitati permitte, quamdiu velit, flere: odi patrem, qui quum filium et ipse perdiderit, putat nimis lugere matrem.

XI. Quid ergo queritur, inquis? hoc primum, filium non quomodo debes, scelerate, desideras: magno animo orbus es, loqueris fuisse mortalem, et interpretaris nihil superesse post flammas. Flet iuxta latus et plangit uxor, tu siccos oculos habes: illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graves somnos, ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quid vis tibi amplius obiiciamus? ex quo perdidisti filium, nunquam sic desiderasti ut videres: quid? quod eripuisti matri solatium, puta vanum et supervacuum? Nolo iudices, nolo corripias, scires quantum esset hoc, si tantumdem dolores: res indignior non est, quam quod tibi de eo postulas credi, quod non vidisti: indulge sane vanae rei,

Viri forsitan quomodo fortior sexus sit, et contra) Coniicio: *Viri forsitan, quomodo fortior sexus, sic et contra dolorem minus imbecillis animus magis pugnat.* Vel, *contra dolorem, quam mulierum imbecillis animus.* GRON. Legendum, *virilis forsitan quomodo fortior sexus, sic et contra* etc. Vel si *Viri* retineantur, et *pugnant* legendum. SCHVLT. *Viri forsitan et quo m. f. s. s. et contra d. qui in bellicis animus m. p.* W. *Viri f. quom, fortior sexus, sic et contra* etc. Obr. Forte legendum, *Viri, f., quorum fortior sexus, sic et contra dolorem quam imbecillis animus magis* (forte *acrius*) *pugnat.* BVRM.

Flere liceat) *Flere* omisit Obrecht.

Satiari) *Satiare*, Lied. prim. sec. Voss. pr. sec.

Orbitati permitte) *Orbitatem permitte, quamdiu velit, flere*, Voss. sec. Vide ad lib. III Instit., Orat. 6, p. 237.

Inquis) *Inquit*, Leid. pr. sec. Voss. pr.

Non quomodo) *Non* deest W. Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucae, qui et *debes* omisit.

Quod vis) *Quid vis.* Scripti et editi, nisi quod in Pareana et Leidensi vidi, *quod vis.*

Nolo iudices) *Nolo radices*, W.

Vidisti) *Incidisti*, W.

Vanae rei) *Variae*, W.

ignosce: libenter se orbitas decipit: magnas calamitates vana ratio sustentat, quod indulgent mala persuasionibus suis: quidquid ad miseros pertinet, crudelius eripitur, quo minus est. Clamat itaque, clamat mater infelix, si mihi aliquam imaginem filii mei, vel parvuli, vel iam adulti, vel novissimam iuvenis auferres; iniicerem tamen misera tanquam corpori manum, illam similitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem, et rictus oris expressos, et adumbratos artificis manu vultus: sed illum perdidi, unde imago, unde similitudo, unde solatium.

XII. Fili, plus hodie amisi, quam quum elatus es: post mortem te tuam vidi. Si mehercle notas in corpore unici vestes subtrahere tentares, dicerem, succurre solatio meo: haec omnia apud me filii mei membra sunt, ego osculabor, amplectar, flebo supra. Non est ratio fortasse: ideo quidquid rationem vicit, affectus est; nihil est sceleratius prudenti orbitate. Levia, inquit, levia loquor: ego filium meum videbam. Quaenam istum fortuna, quae indulserat conditio naturae? non exclu-

Vana ratio) *Vna ratio*, Obr. non male; vid. ad decl. 330.

Auferres) *Afferres unionem iniicerem*, Leid. pr. *Efferres*, Voss. pr. a m. pr. Cl. Schult. ex lectione Leid. pr. coniicit, an non legendum: *vel novissime iuvenis offerres iconicam*. Vt apud Sueton. Vesp. *Iconicum simulacrum*.

Et rictus oris) Quid *ritus oris* significent fateor me ignorare; malim itaque *risus* vel *rictus*, vel *situs*, quae omnia ori conveniunt. ALMEL. *Rictius*, W. *Rictus*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Quod cur non recipiamus? nam et recte de homine dicitur, Ovid. III, art. am.: *Sint modici rictus* —. BVRM.

Similitudinem) *Similitudinemque*, Leid. pr.

Artificis manu) Mallem, *artifici manu*. Vide Broukh. ad Prop. II, 23, 8; Barth. ad Stat. II, Achil. 135. BVRM.

Corpore unici) *Corde unici*, W.

Membra sunt) *Vmbra sunt*, Leid. sec. Voss. sec.

Flebo supra) Aliter distinguit Leid. sec. *Flebo*; *supra non est ratio f.* unde Cl. Schult. legebat: *Superanda est ratio, fortasse ideo, quod quidquid. Flebo supra; non deest ratio*; Leid. pr.

Vicit) *Vincit*, W.

Quae indulserat) *Quem indulserat*, Leid. pr. *Quae indulserat perdidit*

debat orbitas oculos tuos: eras iam consequuta, mater, ut iuvenem die absentem putares: maximam perdidit mors acerbitatem, si possis videre quem amiseris: videre ergo tibi contingebat, o mulier, vultum, habitum, corpus, incessum: non crederem, nisi te perdidisse sentires: tempora ergo cum morte diviseras, et superstite filio fruebaris omnibus tenebris: quantum perdideris, hinc aestima, hoc tibi, si non contigisset, non eras tam improba, ut optares. Aliquis, o pietas! sepultus et conditus, ceteri corporis cinis et favilla, tamen corpus sumebat in nocte, et ad solida viventis membra revocatus, praebebat se matris oculis, qualem non crederes recessurum: nec queri de luce poteramus, quantum licebat aderat. Videbas ergo, mulier, ac praesentia fruebaris: videbam, inquit, et fruebar: et ad quem pertinebat, rogo, etiam si decipiebar? sed quid ego utor testimonio tuo? mago credo, et vidisse te filium, et nunc non videre.

conditio, W. *Quae* omittit Voss. sec.

Eras iam) *Erat iam*, Leid. pr.

Mater) *Matri*, W.

Habitum, corpus) *Habitum gestus* volebat Francius.

Tam improba) *Tam* deest Leid. pr.

Ceteri corporis) An *cetera*. Id est quantum ad reliquias. SCHVLT. Et ita Francius quoque.

In nocte) Mallem *in noctem*, quia ea praeterita, iterum ad umbram redibat, vel lege *in noctes*; nam *s* adhaesit sequenti voci *et*, unde *sed* formatum, quod habet Leid. pr. Francius legebat *de nocte*. BVRM.

Ad solida viventis) Forte, *viventibus*, Gronov. *Sed ad solida*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Praeterea pro *viventis*, *iuventutis*, Leid. Ego illa *solida membra viventis* non temere reiiciam; sunt enim vera, ut in viventibus sanis et firmis esse solent, et opponuntur tenui et exili umbrae, in qua nihil solidi. Ita Ovid. Met. XV, 230, Paulo alio sensu: — *Cum spectat inanes Illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos*; ubi vide Heinsii notas; Terent. Eun. II, 3, *Corpus solidum*. Quod et Lucilius habet, teste Nonio in *stare*; et ita apud Ovid. II Fast., 2; in MSS. est: *Si mihi non solido torquentur pila lacerto*; ubi vulgo *valido*. *Solitus* vero et *solidus* saepe apud Ovidium permutari deprehendimus. BVRM.

Non crederes) *non credens*, W.

Pertinebat rogo) *Pertinebar*, W. *Pertinebat ergo rogo*, W.

XIII. At tu misera nihil crudelius ex marito timebas, quam ne tibi non crederet : nemo, inquit, oculis meis fidem detrahat : fili, indulgentissime adolescens, vidi te, nec semel vidi : certum est, fixum est, eripi non potest : quatenus impius pater et hoc tibi auferre conatur, ut te venisse non credam? nec illud garrula, nec vana voce vulgavi, venire te nulli indicavi, nisi qui deberet optare, ut hoc posses : patri tantum tuo, patri, ignosce deceptae, confessa sum, dum interrogo, an te et ille vidisset. Itaque das, mulier infelix, graves nimiasque poenas : effecit magus, ne filium videres, et solum apud te reliquit, ut meminisses quod videras. Totum tamen illud solatium tuum refer, misera, si potes, et primum confitere simpliciter, an soporis pondus illud, et nesciae quietis vanitas fuerit : apud me quidem satis misera, satis eras mater infelix, etiam si tale somnium perdidisses. Miserere, inquit, melius de affectibus meis sentias : non ego fatigata planctibus sensi venisse noctem : videre filium pervigiles meruistis oculi, sed primum dum metuo, umbra processit subito : dii boni! quod ego gaudium, quam vidi felicitatem! constitit ante me filius

Fili, indulgentissime) *Vidi, indulg.* Obr.

Fixum est) *Factum est*, W. Non male; ita Terent. Eun. II, 3, 19: *Hoc herele factum est*; decl. 252: *Quamquam ista quoque profecto facta sunt*; Petron. 166: *Factum, non fabula.* Bvrm.

Hoc tibi auferre) Cl. Schult. malebat *mihi*, quia pater vult mihi eripere istam opinionem, quod te non viderim.

Indicavi) *Iudicavi*, W.

Das, mulier) *Dies mulier*, Leid. pr.

Nimiasque) *Nimiumque*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Vt meminisses) *Vt solum meminisses*, Lucas.

Quod videras) *Quod videbas*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Victor.

Miserere) *Misere*, Voss. pr.

Meruistis) An non *metuistis*? non ausi fuere pervigiles oculi filium videre, sed dum ego primum metuo, umbra propius ad me accessit. Bvrm.

Processit subito) Lucas distinguebat ita, *processit*; *subito di boni.*

Filius meus) *Meus* deest W. Leid. et Voss. omnibus.

meus discussis tenebris; ita dimittatur aliquando: prosilui protinus, et accessi, vultus, comas, ora perspexi; meus erat: quam laetum se, quam hilarem offerebat! quomodo persuadebat mihi, ne crederem morti!

XIV. Scelerate nescis pater, quam similem viventi filium cluseris. Circumibant totum corpus oculi, non inveniebam quid ignis egisset: subinde dicebam, hunc ego extuli? hunc rogo imposui? ex hoc ego cineres et ossa collegi? si talis est, quid habeo quod lugeam? perisse filium meum hoc uno intelligebam, quod illum non poteram patri ostendere. Confitebor, primae tamen nec ego credidi nocti, et tanquam victis irascebar oculis, et erubescebam misera, si quies fuisset: ecce iterum iuvenis, ecce iam quotidie venit. Quid habeo quod interpreter? verum est utique, quod semper est: novissime non tanquam umbra veniebat, sed assidebat, sed amplexus dabat: ego sentiebam et recipiebam. Quotiescumque domus fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitii dii, quale laetissimum numen est, quum se patitur videri. Sicut

Discussis tenebris) *Discussit tenebras*, Victor.

Prosilui) *Prosilii*, Leid. pr. Voss. pr. deinde Cl. Schult. legebat, *ut accessit, vultus* etc. *perspexi*; Voss. etiam prim. *porrexi*, et Lucas.

Meus erat) *Mens erat*, W.

Ne crederem) *Ne credere*, Voss. pr.

Cluseris) *Eluseris*, Leid. pr.

Quid ignis egisset) *Ex hoc ignis egisset*, W.

Ex hoc ego cineres) *Et hos ego c.* W.

Non poteram patri) *Non poteram et patri*, W. Leid. pr. Voss. pr. Luc.

Si quies) *Ne quies*, Leid. pr.

Ecce iam) *Ecce quotidie*, W. *Quotidie* vero hic pro quot noctibus ponitur, ut ita *hodie*, pro hac nocte; Ovid. II Fast., 67; et ita *σήμερον* apud sacros scriptores. Vide Marc. XIV, 30; Luc. II, 11, et Act. XXVII, 33. Burm.

Quod interpreter) *Quid interpretetur*, W.

Sed amplexus) *Et amplexus*, W.

Quotiescumque) *Quoties*, Leid. pr.

Sopore) *Sapore*, W.

Quales) *Quando*, Leid. pr.

Laetissimum) *Laetissime*, W.

Videri) Cl. Graev. lect. Hesiod. c. 16 legit *videre*. Et sequentia ita legit et distinguit. *Sicut omnis r. t., o. r. l., c. t. m., et profani procul, errare sedibus totis, s. f.* etc. mox *age-*

omnis religio templorum, omnis religio locorum, quum tacuere mortalia, et profani procul erravere sedibus totis, solitudine frui, et de suis dicitur exire simulacris: ita iuvenis meus noctibus totis agebat filium, et paterna domo ac penatibus suis fruebatur placidus, et mitis, et matri propitius, ut numen et deus delabi sideribus, et venire de liquido puroque aëre videbatur. Quid imprecer sceleratissimo patri? umbram probare voluit.

XV. Miseremini, iudices, ut hoc facinus, quibus debetis, accipiatis animis, maius parricidio, maius, quam si filii sepulcrum funditus eruisset, et sacratos morte lapides, etiam cineres et ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna. Advocatur homo, cuius ars est ire contra naturam: qui simul ore squalido barbarum murmur intonuit, fallere coëgit superos, audire inferos,

bat filium, quod tamen erratum operarum puto. BVRM.

Profani) *Profanis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas.

Sedibus totis) *Sedibus tota*, Leid. pr. Mallem, *quum tacuere mortalia et profani, errare procul aedibus* (vel *sedibus*: nam hae commutantur, et hic templa nutant) *tota solitudine frui* etc. BVRM.

Iuvenis meus) *Iuvenis omnis*, Leid. pr. pro var. lect. male; ita decl. 12, 18: *Legatus meus*, ubi vide. BVRM.

Vt numen) Francius volebat, *et ut numen*; et mox, *videretur*.

Qui simul ac) *Ac* deest Leid. pr. sec. Locae; et elegantius quoque omittitur, ideoque saepe eiecerunt auctoribus codicibus MSS. viri docti, quos vid. ad Cic. VI, ad Fam. 18, et ad Phaedrum pluribus locis; et Gron. ad Liv. VI, 1. BVRM.

Fallereque coëgit superos) Coëgit nesciunt W. Leid. pr. (qui et *pallere super os*) Leid. sec. Voss. pr. sec. (sed ille *fallere superbos*, hic *fallere os*,) Lucas. *Favereque coëgit superos*, Obr. Clariss. Schultingius: *pallere coëgit superos*, praefert, ut Deos alienos a veneficiis accipiamus, et eorum vim metuentes. Inferos vero ad veneficos adiuvandus venire, et audire eorum preces; et sane non temere hanc lectionem repudiarem, et per *superos* solem, lunam et stellas intelligerem, quibus pallorem offundere carminibus suis magi credebantur. Sic Medea apud Ovid. Met. VII, 208: — *Currus quoque carmine nostro Pallet avi, pallet nostris aurora venenis*; et quae id genus passim occurrunt. *Pallere* etiam probabat Francius, et mox legebat, *horrere inferos*. Bestius vero de ratione Emend. leges, cap. 14, *Pallereque coëgit*. Almeloveenius, *psallere coëgit*, quia sequitur *audire*; si vero *pallere* retinendum, volebat *audere inferos*, minime probabili coniectura. *Favere* vero, quod exhibuit Obrechtus, iam

tremere terras, ut experimentis loquentium fama est: constitit iuxta tumulum miserrimi iuvenis mors certior: nunc opertae, inquit, arcana mea, tenebrae, adiuvate me digna, nunc omne per unum numen, et religio, quam

occupaverat ante seculum Meursius in spicilegio ad Theocriti Idyll. II, p. 8. *Coëgit* vero etiam verbum in magicis usitatum, quo potentiam harum sagarum indicatur. Ita Claud. I, in Rufi. 159: *Ire vagas quercus et fulmen stare coëgi*. BVRM.

Vt experimentis) Lege, *ut experimenta loquentium fama est*. Vt apud Plautum *loqui argumenta*; deinde *ut constitit*; et mox, *et nunc opertae*. Si tamen *coëgit* omittatur, posset retineri vulgata, sed deleta coniunctione: *ut, tremera terras, experimenta lo. f. est, ut constitit* etc. Atque ita nihil mutandum esset, nec *et* seq. periodo adiiciendum. SCHVLT.

Miserrimi) *Miseremini*, W.

Nunc opertae, inquit) *Nunc opinor, inquit*, W. Laid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Latet aliquid, nam quid sint *opertae tenebrae*, vix capio. Forte *opacae*, vel illa vox *opertae*, est glossa alterius *arcana*; qua *arcana* sacra explicuit aliquis, per *operta*, ut et *opertanea sacra* dicta fuere. BVRM.

Nunc omne per unum) Quid hoc sibi vult? an est chaos, quod solent invocare magi, magaeque: Senec. Medea initio. Quidam codices *pervium numen* exhibent. Quod quid sit, itidem obscurum est. An est scribendum *Trivium numen?* ut *Flumen Danubium* et similia, ut intelligatur Hecate, in magicis quoque sacris invocari solita; quum autem addit *omne*, id dicit, quod est apud Virgil. IV Aen., 510: *Tercentum vocat ore Deos, Erebumque, Chaosque, Tergeminumque Hecaten, tria virginis ora Dianae.* Porro legendum, *religio, quam mihi arrogo. Religionis* nomine sacra et deos, illorumque curam complectitur. Posset et legi, *propter quam istu mihi arrogo*; nam in Gronoviano istius lectionis vestigia apparent, ubi et, *per quam ista in rogo*; sed commodissime legi posset et proxime ad antiquam scripturam accedente lectione: *omne periturum numen*, id est perditurum, egregie noxium, exitum haud dubie ferens, ut supra declam. 8, 1: *Perituro laborare fato*; Petr. Bel. Civ.: *Peritura prodere fata*, apud Flor. IV, 9: *Quibus capi imminebat*; et apud Festum: *Caduca auspicia* etc. SCH. *Nunc omne pervium numen et religioso quam*, W. *Nunc omne pervium numen et religio, quam etc.* Voss. sec. qui habet etiam, *et religio quam istum rogo. Nunc omne terrenum numen et religio, quam isti irrogo.* Obr. Nihil hic fere video, nec placent coniecturae doctorum virorum, nisi quod *Trivium* posset admitti, si non *omne* adderetur. Forte scripsit: *nunc omne supernum et imum numen*, quae per compendia scripta in *omne pervium*, vel *per unum* abierunt. Vt invôcet superos et inferos. Sic *numen supernum*, Ovid. Met. XV, 128: *Imus tyrannus*, Pluto eidem Metam. IV, 444. Posset et legi: *nunc omne stygium numen*, (vel, *nunc omne per imum*, vel *stygium, numen*) et *religionem quam citissime, rogo, propius adeste, succurrite*; ita mox ad magum: *tu, cuius in leges dii superi manesque torquentur.* De magicis vero sacris plurima

isti irrogo, propius adeste, succurrite. Magis mihi laborandum est, quam quum sidera mundo revelluntur, quum iubentur hiberni fluviorum stare decursus, quum potentiore carminis veneno victi rumpuntur in mea instrumenta serpentes. Custodiendus est iuvenis, assignandus est inferis, et densioribus transfuga cludendus est tenebris: quanto facilius opus erat, si revocaretur? Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnam, et inter ossa, et inter cineres verba clusisse: hoc tamen subinde respiciens confitebatur, repugnabat umbra. Itaque carminibus non satis credo, praefigamus omne tumuli latus, et multo vinciamus saxa ferro: iam bene habet, exspiravit aliquando: non videri, non progredi potest: an mentiar, scies proxima nocte. Omnes mehercle parentes, utique qui liberos perdiderunt, ire in istos oculos, in ista ora debebant.

XVI. Tu sic filium tuum clusisti, tanquam nocentes ad inferos revocari soleant animae, quae inter languentium familiam, et tristes penatium morbos, vagae errantesque magica vanitate optantur? Laqueone vitam damnatus eliserat? noxium per sua viscera exegerat ferrum? an ex conscientia venena praesumpserat? nec re-

collegit I. Broukhus. ad Tibul. I, 2. Bvrm.

Adeste) *Adesto*, W.

Sidera mundo) *Mundo* deest Voss. pr.

In mea instrumenta) *In omnia instrumenta*, W. *In mea strumenta*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Assignandus est inferis) Ita Iustinus XIV, 4: *Eumenem assignari custodibus praecepit.*

Repugnabat umbra) *Repugnat*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Ire in istos oculos) Vnguibus scilicet; Ovidius Ep. XI, 89: — *Tunc demum pectora plangi Contigit, inque meas unguibus ire genas*; I Amor., 7, 64: *Protinus in vultus unguibus ire meos*; quia autem haec fere arma sunt muliebria, dubito vehementer, an non legendum sit: *omnes parentes, utique quae liberos perdiderunt.* Bvrm.

Clusisti) *Dixisti*, Colb.

Languentium) *Lugentium*, W. Leid. pr. Voss. pr. Colb. Lucas.

Penatium) *Penatum*, W.

Vanitate) *Sanitate*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Optantur) *Captantur* W. Leid. pr. Voss. sec. Luc. Gryph. Colin. Vidov.

Exegerat ferrum) Vide de hac

cipiebat se, nisi carmine inclusus? quando domum tuam funereus et squalidus, quando te terruit? Crudelissime omnium pater, de filio tuo malam umbram fecisti: quas nunc putas uxoris miserrimae esse cogitationes? qua materna viscera persuasione torqueri? Nunc filius meus illic, unde venire consueverat, iacet strictus, alligatus, impatiens: queritur solito terram graviorem, utique quum sentit venisse noctem, quando umbrae feliciores dimittuntur ad matres. At vero, si qua inter manes colloquia sunt, et esse credo, non deest qui iuveni meo dicat, quam vilis tuis fuisti! quam libenter te perdiderunt! Quid illa mater, ad quam ire consueveras? has tibi catenas, haec vincula pro merito reddidit? ita infelicissima omnium mulier, et si magus etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius se putet venisse ad invitam. Agit iam hoc loco nobiscum maritus gravius, altius, sapientius, ut homo sine dolore: negat ullos esse manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare viventes a cinere sensus, nec tam videri imagines hominum, quam cogitari, et oculos luctibus credere: quod si ita est, magum ad quid advocavit? Pessimus paren-

locutione Barth. ad Stat. Theb. VI, 718; Gronov. ad Senec. consol. ad Marc. 16. Burm.

Funereus) Id est dirus, oculos videntium contaminans; ut recte explicat Barth. ad Stat. Theb. IV, 510. Burm.

Et squalidus) *Et squalidus repetiit*, Voss. sec. Quod non de nihilo.

Solito) *Subito*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb. Lucas.

Feliciores) *Faciliores*, W.

Et esse credo) Francius, *ut esse c.*

Et si magus) Francius legebat, *etsi maius iam.*

Venisse ad invitam) *Venisse in vitam*, Leid. pr.

Nec remeare) Si hic repetatur, *nec negat*, contrarius existeret sensus, et dicendum fuisset, *et remeare*; Badius hic supplendum esse voluit, *nec* sc. *fatetur*, vel *ait* remeare viventes; similia exempla ex Cicerone produxit Buchnerus, ut puto, ad Fabrum in verbo *nego*; et plura ad Livium lib. XXII, cap. 53; Iac. Gronov. et pater eius lib. IV, observ. 2. Burm.

Ad quid advocavit) *Quid advocavit*, Voss. sec. Ita *quid veniant* illustravit Heinsius ad Ovid. ex Pont. I, 1, 13; et sic *hoc*, *id*, pro *ob*, vel *ad hoc* et *id*, vide Munck. ad Hygin. fab. 34; sicque frequenter Terentius et alii. Burm. — *Pessimis*) *Pessime*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Colb.

tum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis revertantur; negat ad manes, negat ad umbras pervenire quod plangas: affirmat perire lacrymas, affirmat perire singultus. O sceleratum hominem, quisquis luget, et timet ne hoc perdat!

XVII. Vana ergo sapientes persuasione frustrati, qui constare homines et perfici corporis elementis animaeque dixerunt: corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis adstricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut novissimis annis, et senectute dissolvi. Animam vero flammei vigoris impetum, perennitatemque non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, et quo sacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium auctorem parentemque spiritum ducimus; nec interire, nec solvi,

Qui dum) *Dum* deest Leid. et Voss. omnibus; deinde *sepelivit*, Leid. sec.

Obiter) *Ob iter*, Leid. pr. et videtur ita legisse Badius, qui explicat: *eodem itinere revertatur.* Similiter scribitur apud Apulei. VI Miles: *Ne breviculo quidem tempore refectos ob iter reducunt*; ubi Pricaeus p. 323: *Obiter*, et explicat *similiter, ut ante.* Et ita hic significaret *obiter reverti*, sine animi dolore, ut egressus erat; nam siccis pater oculis egressus, quum ad rogum ventum esset, fleverat moris causa, non doloris, deinde a rogo, finito iam quasi luctu, domum rediit siccis oculis. Cl. Schult. malebat: *ita obiter revertuntur*, expuncto τῶ *dum*; non male. BVRM.

Pervenire) Francius volebat, *pertinere.*

Corporis alimentis) Immo *elementis.* GRONOV. *Corporeis alimentis.* Gryph. Colin. Vidov. *Corporis alimentis animaque.* Colb. Vnde legerem *corporis elementis animaque*, nisi animae elementa, ignem caelestem intelligat. Vt in sequentibus videtur facere.

Partim) *Partium aut*, Obr.

Affici) *Effici*, Leid. pr.

Et senectute) *Aut*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. et edd. priores. *Et* vero iam reposuisse Meursium ad Lycophronem, notavit Almeloveenius, forte ideo mutare voluit vir doctus, quia semel tantum *partim* positum videbat, quod repetendum credebat. Sed ita saepe veteres solent. Vt Cic. IV Tusc., 1; v. Popm. ad Caton. de R. R. cap. 5. Forte etiam rectius legeretur, *novissime annis et senectute dissolvi*; hac voce *novissime* saepe, et hac etiam declamatione, pro *denique* utitur. BVRM.

Sidera volant) Badius *volvuntur* legisse videtur.

nec ullo mortalitatis affici fato: sed quoties humani pectoris carcerem effregerit, et exonerata membris mortalibus levi se igne lustraverit, petere sedes inter astra, donec in alia fata seculo pugnante transmigret: deinde prioris corporis meminisse: inde evocatos prodire manes, inde corpus et vultus, et quidquid videmus, accipere, occurrere suis imagines caras, aliquando et oracula fieri, et nocturnis admonere praeceptis, sentire quas mittamus inferias, et honorem percipere tumulorum: rogo, quum filius perit, nonne satius est hoc credere? Tuae tamen, inquit, hoc quieti praestiti, ne attonitis agitata terroribus, sollicitas semper ageres, suspensasque duceres noctes. Ita parricida commune facinus fecisti, et imputas, quod filium videre desiimus? somnum enim ante petebamus, et placidum soporem: crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater est, nunc perdidimus noctes.

XVIII. Vmbramne tu filii rem formidolosam, rem plenam putasti esse terroris? quid illa laetius facie? quid illo blandius vultu? quid magis adulatur oculis? quid possunt videre libentius lacrymae? Non magis metuenda est umbra filii, quam cadaver: necesse est ut mors

Sed quoties) *Si quoties*, W.

Pectoris) *Corporis*, W. et hoc Francius volebat.

Inter astra) *In astra*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec.

Seculo pugnante) *Purgante* margini adscripserat Cl. Schultingius.

Deinde prioris corporis) *Domini prioris meminisse*, a pr. m. Leid. superscriptum vero, *corporis prioris m.*

Manes) *Mares*, W.

Oracula) Scilicet id genus somnii, quod oraculum, sive χρηματισμός dicitur; vid. Macrob. de somn. Scip. c. 3; Cicer. I de Divin. 43, et Barth. ad Stat. V Theb., 620. Burm.

Admonere) *Admovere*, W. Male. Virgil. IV Aeneid.: *Admonet in somnis et turbida terret imago*. Et passim alii. Burm.

Nonne) *In me*, Voss. pr.

Quid possunt videre) Lege, *quid possum libentius videre lacrymans*. Vt mox, *quando enim me iuvenis nisi flentem vidit*. Schult.

Necesse est) An, *nec necesse est, ut mors horrida fiat, nisi aliena. Scilicet alienae forsitan* etc. Schult.

horrida fiat aliena. Sed aliae forsitan animum imagines territant, et tunc inferi vocantur, quum ignoti sunt: itaque prudenter, si tantum ad suos veniunt. Sceleratus ille, ille impius, quicumque defunctum filium vidit, et meminit quod elatus est. Terrebaris, inquit, et sollicitis noctibus laborabas: itane es, marite, crudelis? tu clusisses filium, etiam si ad te veniret? Nec magus, inquit, inclusit umbram, sed persuasioni tuae succurrit: ideoque putas non venire illum; quia nec ante veniebat, quia nec factum est aliquid, in quo avocareris: hoc ipso incipit mater sibi gratulari. Ita non tenetur, inquit ille, non premitur, nullo carmine, nullo inclusus est ferro. Removete ergo omnia, et interrogabo: ego autem scelerata tam cito credidi, ita non ille ad me veniret solutus et liber? non ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quando enim me iuvenis ipse, nisi flentem, quando non lividum pectus, et sanguinantes vidit lacertos? quando non erubuit matri fecisse terrorem? Arte cluditur miser, arte retinetur: quid vis carmina tibi amplius praestent? effecerunt quod repromiserant: desinis erubescere iam, quod filium non vides?

XIX. At tu, cuius in leges dii superi manesque torquentur, qui nocturno terribilis ululatu profundum specus et ima terrarum moves, modo servientium revocator animarum, nunc idem crudelis et inexorabilis custos, aliquando preces et matris admitte. Paciscere quantilibet, totos lugentis posce census, non ut labores,

Ignoti) *Ignota*, Leid. pr. Voss. pr.

Si tantum) *Si tamen*, W.

Veniunt) *Perveniunt*, Voss. pr.

In quo avocareris) *In quo evocareris*, W. Colb. Cl. Schult. malebat, *in quod advocares*, scil. me sociam, vel, *in quod advocarer*.

Ita non ille) *Ita si ille*, W.

Nisi flentem) *Non flente*, Leid. pr. Colb.

Nunc idem) *Nunc iudices*, Lucas.

Quantilibet) *Quantumlibet*, W. Voss. pr. Vidov.

Lugentis) *Lugentes*, Leid. pr. Voss. pr.

Posce) *Pasce*, Leid. pr.

nec ut horridum carmen exerceas, sed ut ferrum tuum refigas, ut verba tua resolvas, ut nihil feceris, dimitte tantum, et evocasti. Nihil ipse crudeliter: patri, scio, paruisti, sed et huius etiam lacrymis, planctibus huius indulge, consule famae tuae: exsecrabilem te, mage, facies et invisum, si facilius de filio exoraris, ut includas; nec tu, marite, nec tu timueris, ne ultricis umbrae vanis exagitere terroribus, ullisque imaginibus: hinc secura dabitur quies, scit ad quam debeat venire dimissus. Iuvenis piissime, iuvenis indulgentissime, nunquam matri tuae umbra, nec manes, si modo veneficum pondus, et terroribus omnibus verba graviora mago patiente discusseris, ad me, inquit mater infelix, ad meas noctes, ad meas lacrymas, ad illos viventes mihi semper amplexus miserae propera. Scio quid mihi nocuerit, scio quid me torserit: fruar, et tacebo.

Et evocasti) *Et* deest W.

Nihil ipse crudeliter) Plenum est, *crudeliter fecisti.* Vt supra hac decl. *Nihil aspere, nihil contra voluntatem.* Scilicet *feceris*, et paulo ante, *itaque prudenter, si tantum ad suos veniunt.* SCHVLT.

Te, mage, facies) *Te m. facias*, Leid. pr.

Ne ultricis) *Nec ultricis*, Leid. sec.

Exagitere) *Exagitare*, Leid. pr.

Vllisque) *Que* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. *Nullis imaginibus*, Voss. sec.

Hinc) *Huic*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Scit ad quam) *Sciet ad quam*, Leid. pr. Colb.

Nec manet) *Nec manes*, W. Lucas. Obr.

Ad meas noctes) *Ad tuas noctes*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Viventes) Aliquid latet: nescio, an *uventes*, id est humectatos. *Vvescere* apud Lucret.; sed deliberandum. SCHVLT. Nullum suspicioni locum faciunt superiora, ubi de hoc filio non, ut umbra, sed velut vivente toties egit.

Miserae) *Miserere*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

DECLAMATIO XI.

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS.

ARGVMENTVM.

Pauper et dives inimici, utrique terni liberi. Bellum incidit civitati. Dives, dux creatus, profectus est in castra. Rumor ortus est, ab eo prodi rempublicam. Processit pauper in concionem, et accusavit divitem proditionis. Absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reversus dives est victor a bello: petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contradicit dives. Erant enim leges, ut proditor morte puniretur, et calumniator idem pateretur quod reus, si convictus esset.

PRO DIVITE CONTRA PAVPEREM.

Cap. I. Exspectaveram quidem, ut de inimici mei supplicio non quaereretur; nec me decipi posse credideram in ultione, quam mihi debeat civitas, tam liberi doloris: sed quatenus eo malorum novitate perveni, ut in vindicta primum mea consulere leges ac iura velletis,

Terni liberi) *Tamen liberi*, Leid. pr.

Processit pauper) *Processit et pauper*, Leid. pr.

Liberos eius occidit) *Filios e. o.* W.

Non quaereretur) Flor. II, 2: *Tanta fuit illa victoria, ut de exscindendis hostium moenibus non quaereretur.* Burm.

In ultione) *In ultionem*, Leid. pr.

Debeat) *Debebat*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. et hoc volebat Francius, vel *debet*.

Liberi doloris) Id est, cui omnia et quidvis videatur permissum libere et impune dicere. Ita infra, *permittunt mihi, iudices, calamitates meae queri de hac lege.* Et deinde, *ubi est lex dolori?* et postea, *libertas doloris*; et lib. VII Inst., 4: *Actor in eo, quod factum est, liberum habet impetum.* Schvlt. Propius accedit locus Taciti, lib. II ann., 34: *Haud minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit.* Burm.

Vindicta mea) *Mei*, Leid. et Voss. omnes, W.

quaeso, ne quis prodesse pauperi velit, quod nec defendi potest sine genere poenae. Plus meretur pati homo, qui, si ipsi creditis, debet occidi. Hoc est quinimmo, iudices, quod super omnes calamitates meas ferre non possum: videtur sibi satis vixisse pauper, postquam occidit liberos meos: operae pretium putat coram impatientia mea felicem consummare patrem, et gaudiorum suorum satietati hoc quoque adiicit, ut orbitatem meam liberis suis relinquat. Fidem vestram, iudices! ne pereat, quod ultioni meae contingit bonus pater. Actum erat de solatiis meis, si liberos suos pauper mallet occidi. Illud plane, iudices, etiam in hac pauperis impudentia miror, liberos meos pudore deceptae civitatis occidit, deinde me crudelem vocat: parvulos suos ostendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri: nec intelligit quantum debeat ad impatientiam nostri doloris accedere, si passus sum quod et in ultione miserum est.

II. Facinus est, iudices, quemquam calamitatum suarum invidiam pati: sic ultionem meam debetis adspicere, tanquam et liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit, iudices, plerosque credere, callidissimum pauperem nec mori velle, et hoc, quod nudat iugulum, pectus opponit, artes esse pro vita. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui scio, quid maluissem: nunquam

Sine genere poenae) Quia, si ipse absolvatur, in periculum veniunt liberi. SCHVLT. *Si neget poenae*, W. *Defendi potest. sine g. p. plus* etc. Luc.

Si ipsi) *Se ipsi*, Voss. pr.

Contingit) *Contigit*, Leid. sec. Voss. sec.

Actum erat) *Auctum erat*, Leid. pr.

Pudore deceptae civitatis) Infra: *et erubescentis circa me populi timida solatia.* An potius, *furore.* GRONOV. *Furore* recepit Obrecht. nec mihi displicet valde: ita confusae hae voces apud Virgil. IV, 91: *Nec famam obstare furori*, ubi *pudori* alii; et apud Lucan. IV, 231: *Pro dira pudoris funera!* ubi MSS. quidam *furoris*. BVRM.

Adspicere) *Accipere*, Leid. pr.

Callidissimum pauperem) *Callidissime p.*, W.

Nec mori) *Ne mori*, Leid. pr.

hoc adversus non excogitasset, nisi impatientissimus pater: et hanc poenae meae suppliciorumque novitatem de sua pietate commentus est: nihil magis de inimico efficere velis, quam quod ipse ferre non possis. Habet hoc mali, iudices, principum innocentia, quod inimicos esse nobis, nisi postquam nocuerint, nescimus: et tunc omnibus patemus insidiis, quoties nos odit inferior. Homo, qui omnem adversus superiora rabiem de sui vilitate sumebat, qui genus libertatis putabat odisse maiores, nulli charitati, nullis implicitus affectibus, quod humilis, quod esset abiectus, in furorem se magnae colluctationis exercuit: primus se meum dixit inimicum. O dii deaeque! cuius ego monstri artes pertuli? in cuius feritatis colluctatione duravi? inimicum habui, neque occidere contentum, et mori paratum.

III. Gratias ago civitati, quod in illis necessitatibus, in

Adversus) *Adversum*, Leid. pr.

Principum innocentia) *Pauperum*, W. *Principium*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Colb. quod licet non temere admittendum, non tamen omnino reiiciendum puto. Ita enim et in MSS. apud Iust. I, 10, reperisse se testantur viri docti. *Magna quidem gloria recepti regni principium fuit*; ubi vide notas. Accius apud Noninm in *Honestitudo*. *Horrida honestitudo Europae principium*. Sic apud Cicer. XI Ver., 64; in MSS. *Principium sententiae perscribi salent*, ubi vide commentatores; et ita in his declamationibus iam vidimus *calamitatium*, *simultatium*, *serpentium* et similia, qualia et passim in lapidibus; v. Fabret. insc. p. 99. BVRM.

Superiora) *Superiores* volebat Francius; sed nihil opus, nam idem *superiora* notat; vide ad declam. primam cap. 6. BVRM.

Sui vilitate) *Vtilitate*, Leid. pr. *Sua vilitate*, Victor.

Nulli caritati) Nempe istorum maiorum, quos nec affinitate, nec sanguine coutingit. Aut lege, *nulla iis caritate*, *nullis implicitus affectibus*. Sunt enim *caritates*, et *affectus* liberi Ammiano. SCHVLT.*

Nullis implicitus) *Nullisque implicitus*, Leid. pr.

Primus) *Primum*, Leid. pr. *Primo*, Victor. male, alii occultas quidem inimicitias foverunt, sed hic primus omnium aperte professus est; male haec Ascensius quoque capit, quasi prius pauper, non dives, inimicitias indixisset. BVRM.

In cuius feritatis) *In cuius* desunt Voss. sec.

Gratias ago civitati) Ita accipe, quod eo nomine gratias agat civitati, quod occasionem praebuerit, qua laudem referre possit, aut lege, *Gratius*

quibus nihil adulationi, nihil praestabatis obsequiis, laudatus sum testimonio periculorum. Bellum mihi fatumque publicae sollicitudinis credidistis: sed neque ego rem melioris ducis facere potui, quam quod sine liberis meis profectus sum; non reliquisset illos dux proditurus. Non puto, iudices, adhuc quaeri, unde illae falsarum sollicitudinum fabulae repente proruperint, quis primus trepidae civitatis aures rumore compleverit, quum videatis, quis sic egerit, ut crederetis. Vidit hanc inter metus vestros occasionem, et quia semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc, quod poterat videri timere vobiscum. Igitur homo, qui nullum conscium meum, nullum mihi crimen obiecit, de mendacii magnitudine fidem veritatis captavit. Civitas deinde, cui accusator proditam se esse persuaserat, fecit quidquid hic de me facere potuit: liberos meos, quos inimicus tota sua concione monstraverat, occidit genere, quo pereunt innocentes. Feretis me, iudices, liberius aliqua dicentem? rem pessimi exempli passus eram, etiam si prodidissem. Scio vos, iudices, hoc loco mirari innocentiam meam: ut primum enim mihi calamitates meas nuntius in castra pertulit, non arma proieci, non stationes vallumque deserui: totam orbitatem meam

ago virtuti, aut etiam, *laudatus eius sum testimonio. Periculosum bellum* etc. posset et legi, *gratias ago sivitati, cuius in illis* etc. Schvlt.

Fatumque) *Statumque*, Leid. pr. male; sic Florus lib. I, cap. 3: *Fata populi Ri. commissa fratribus tergeminis* dicit, et lib. IV, 2: *Campis Philippicis urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt.* Burm.

Vnde illae) *Illae* deest Voss. pr.

Compleverit) *Complevit*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. Lege *complerit*, nam in Leid. pr. *Complevit*, id est *compleverit*.

Quum videatis quis) *Quum videaris, qui*, W. *Quum iudicatis qui*, Leid. pr.

Persuasio est) *Persuasione abusus est*, Leid. pr.; et mox, *temere vobiscum*.

Captavit) *Aptavit*, Voss. sec.

Cui accusator) *Eum qui accusator*, Leid. pr.

Aliqua dicentem) *Aliquam d.*, Leid. pr.

Liberos meos) *Meos* nescit Leid. pr. et Gryph.

in bella converti, tanquam liberos meos ibi perdidissem: si unquam, iudices, in me habuissent profanae cogitationes locum, si patriam odisse vel pro liberis meis possem, proditorem me feceratis.

IV. Necesse est, iudices, hoc primum reversus exclamem; ita pauper etiam nunc liberos habet? adhuc inimici mei plena domus est? o miserae cogitationes! o decepta solatia! sic ego revertebar quasi vindicatus? quas ego legionum vestrarum indignationes, quem fortissimi exercitus compescui dolorem, dum omnibus promitto liberos suos, dum minus pro vindicta mea puto, quidquid ipse fecissem? Congerantur iam licet adversus omnium mortalium nocentissimum cuncta supplicia, ego tamen maximum ultionis meae solatium perdidi, quod pauperi vos potius debueratis irasci: quoniam igitur adhuc cum paupere legibus ac iure consisto, liberos eius in supplicium patris peto. Quid satis imprecer homini, qui fecit, ut quisquam deberet sic vindicari? Calumniator, inquit, idem patiatur. Permittunt mihi, iudices, calamitates meae queri de hac lege, tanquam parum nobis in ultione prospexerit, contra nos inventus est vindictae modus, quo non debeamus esse contenti. Quisquamne mortalium idem vocat facinus et poenam? tantumne doloris venire de suppliciis, quantum

Si patriam) *Si* deest Leid. pr.

Inimici mei) *Mei* non habet, Leid. pr.

Plena domus) Ita *vacuos penates* dixit Stat. IV Silv., 7, 30; et auctor declamat. primae cap. 2. Vbi vide; et sic mox cap. 9: *Vacuam domum*. Burm.

Sic ego revertebar) *Si ego r. q. v.? quis ego*, W.

Liberos suos) *Liberos meos*, Victor.

Minus pro vindicta) Id est non tantum quantum esse debeat. Petron. c. 126: *Quidquid dixero minus erit.* Schult.

Maximum ultionis) *Maxime ultio.* W.

Consisto) Vox iudiciorum vid. ad declam. 6, 9.

Quo non debamus) *Quomodo non d.*, Leid. pr.

Tantumne doloris venire) Delendum τὸ *ne*, quod sufficit semel positum esse. Et forte: *tantundem doloris.* Gronov. Licet non reiicienda sit Cl.

de calamitatibus, putat? nescit profecto, nescit quantam patientiam paret moerori, quantum animo membrisque rigoris inducat, quod patiaris, agnoscere. Innocentia opus est, ut miserum faciat dolor: constet licet utrinque mortium numerus, totidem nobis ultio cadavera assignet, plus tamen est de innocentibus: et quidquid patiuntur deprehensi, licet solatio idem sit, acquitate minus est: ut idem sit supplicium nocentis et facinus, una ratione efficias, ut illud ferre non possit. Frustra aestimatis, quam crudele, quam saevum sit, quod petimus, in quantum excesserit usitata genera poenarum.

V. Explicata est, iudices, explicata legis invidia, quum quis quod patitur, et fecit. Quid? quod hoc solum est poenae genus, in quo non debeat nocens nisi de se queri, et tanto minus debeat esse miserabilis, quanto maior est quod patitur invidia? Quid aequius excogitari, quid iustius potest? grassatus aliquis est ferro; praebeat et ipse cervices: miscuit noxium virus; refundatur in suum facinus auctorem: oculos rapuit, effodit; reddat de sua caecitate solatium: in nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. Brevissima est iustitia vindi-

Gronuvii emendatio, non video tamen, quare illud *na* non possit repeti. Quum ita Cicero in Pisonem cap. 1: *Iamne vides bellua, iamne sentis?* ALMEL.

Vt paret moerori) *Paret merari*, Voss. sec. *Parit moerori*, Culb. *Paret moerori, quantumque*, Victor. *Pater moerori*, Gryph. Vitiose. Cl. Schult. malabat, *Pariat moeroris*; et, *quod patiaris non agnoscere.* Seil. tibi non debitum, sed iniuste illatum.

Vtrinque) *Vtrumque*, Leid. pr.

Excesserit) *Excesserunt*, Leid. prim. *Excesserint*, W. Voss. sec.

Explicata legis) *Explicata est legis*, Victor.

Quod patitur, et fecit) Lege, *quum quis patitur quod et fecit.* SCHVLTING. *Quod patitur effecit*, Leid. pr. *Quod patitur et efficit*, Gryph. Colin. Vid. *Et fecerit*, Lucas.

Quanto maior) *In quanto m.* W. Leid. pr. sec. Voss. prim. sec.

Quid aequius) Male haec cohaerent, an exciderunt aliqua? saltem brevior est iis, quae praecesserunt, declamationibus. An vero concipimus praecedentia calamitatum, hanc veri iudicii esse sententiam? SCHVLT.

Effodit) *Effoditur*, W.

Perferre) *Praeferre*, W.

Brevissima) *Benignissima*, Gron. Quid si legas, *Benignissima est et iu-*

ctae, quum facinus mensura paenae est: et si naturam ultionis inspicias, optime vindicatur quisque, quo modo miser est. Fidem vestram, iudices, ne ideo tantum putetis iustum, quod exigit reus, quia ego recuso: non ferretis me pauperis mortem petentem, si liberos suos obtulisset: ex omnibus tamen quicumque incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis vindicandos puto, quam quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis, leges? ubi respiro? ubi claudo gemitus? unde sumo solatium? Bene, bene admones, dolor: illos, illos liceat invadere, qui nunc magis amantur, quos orbitas nostra commendat: sic quoque circumscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est ac similis aetas, et ante omnia optimus pater. Deceperas me, fortuna, deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo, qui liberos non haberet.

VI. Quid? quod ex omnium scelerum comparatione nihil est detestabilius hominibus, qui leges ipsas faciunt nocentes? vestro mehercle nomine calumniantibus debetis irasci, quorum nefas non potest, nisi per iudicium, facinus imponere. Actum est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantumdem mendaciis licet; nec ullus innocens huc usque felix est, ut diligentiae fingentium par sit. Quemquamne mortalium in re, quam finxerit, quam composuerit, invenire aliquid, quod potest pro-

stitiae vindicta; ut *innocentia necessitatis, pectus odiorum* etc. Rhadamanti istud ius dicitur: Εἴκε πάθοι, τάκ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο, Grot. de Iur. Bel. et Pac. I, 11, 5. Ita *est* absorpsit τὸ *et* decl. 12, ubi lege, *festina dum mori ultimum est*, *et frumento digni sumus*. SCHVLT. *Brevis*, Leid. sec. Voss. pr.

Inspicias) *Aspicias*, W. Leid. pr. sec. Voss. prim. sec. Victor. *Natura*, etiam Voss. pr.

Passi) *Passa*, Voss. prim. et mox *vindicando*.

Sumo solatium) *Sumo dolor solatium*, Voss. pr.

Admones) *Amoves*, W.

Deceperas me, fortuna) Desunt W.

Iudicum) *Iudicium*, W. Scripti omnes. Vidov. Obr.

Tantumdem) *Tantum de*, Leid. pr.

Invenire) *Inveni*, W. Ego mallem, *non invenire*.

bationem vocare, et facinus explicare facilitate verborum? magis oderis mendacium, quum simile vero est: quoties manifestum est aliquem perisse sine causa, calumniantibus irasci debeas, ut possis illis ignoscere, qui crediderunt: adiicite huic exsecrationi, quod calumniatus est in bello, quod de proditione, quod de luce, quod haec omnia fecit inimicus. Non est quod se publico tueatur errore, nec in excusationem afferat, tanquam crediderit et ipse fingentibus: nemo sic decipitur, ut de inimico suo mentiatur. Rumor, inquit, fuit te prodidisse: bene admones: hunc primum calumniae tuae obiicio rumorem. Quis enim, iudices, nesciat hanc famae esse naturam, ut sit primo unius hominis audacia? de nulla re loquutus est continuo populus, nec quidquam adeo subito statimque notum est, ut in illo pariter omnium sermo consentiat. Quam non possit movere civitatem, quem non replere populum, si quid omnibus nobis narres, in nullo non coetu loquaris, et de re, quam quum maxime fingas, iam dicas esse rumorem? quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorum nostrorum occasione succurrit? nihil est tam capax malignitatum sermonumque, quam bellum. Quid interest, unde sumpserit rumor ortum? quod negari non potest, tu concionaris, accusas, tu crimen de fabula facis: in rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniae genus est primum credere.

Exsecrationi) *Exscusationi*, W.

Mentiatur) Id est, ipse inveniat mendacium, non cum ceteris mendacia dicat: nam tunc non pro certo affirmare, nec de his ad Populum concionari debuisset. SCHVLT.

Notum est) *Totum est*, Leid. et Voss. omnes, Lucas.

Quam non possit movere) Potius, *possit*, et, *quam quum maxime fingas*. Fortassis etiam: *si quid omnibus obviis narres*. GRON.

Tum maxime) *Quum maxime*, Leid. prim. Voss. omn. et recte. Ita passim Terentius, Cicero, Suetonius et alii. Vid. Zinzerl. Promul. Crit. cap. 22; Livin. ad Mamert. Paneg. Maxim. c. 11, et declamat. sequenti 6, et alibi centies. BVRM.

VII. Sed, inquit, mori debeo, quia lex, qua te accusavi, hoc proditorem pati iubet: poteram quidem breviter respondere, legem, quae calumniatorem idem pati iubet, eius poenam exigere, quod fecisset, non quod facere voluisset. Fingamus tamen non hoc pauperem captasse, quod accidit, cui debet imputari exitus, qui de calumniae tuae fluxit errore? Vultis scire, iudices, aliud quaesitum, quam quod lex, quae mori iubebat? accusavit me eo tempore, quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, non ego effeci, ut occiderentur liberi tui, et aude civitatis illud vocare facinus: non tamen ullis efficies artibus, ut non potius miserear reipublicae meae: non minus et illa facinus est passa, quam pater: coacta est liberos imperatoris vincentis occidere. Fallitur, iudices, quisquis ullum facinus in rebus humanis publicum putat. Persuadentium vires sunt quidquid civitas facit, et quodcumque facit populus, secundum quod exasperatur, irascitur: sic corpora nostra motum nisi de mente non sumunt, et otiosa sunt membra, donec illis animus utatur. Nihil est facilius, quam in quemlibet affectum movere populum: nulli, quum coimus, sua cogitatio, sua mens, ulla ratio praesto est, nec habet

Quae iubet) *Quae iubent*, Voss. pr. Lucas.

Quod fecisset) *Quae fecisset*, W.

Aliud quaesitum) *Aliquid*, Voss. pr.

Iubebat) *Iubeat*, W. Leid. et Voss. omn.

Non ego effeci) *Non ego profeci*, Voss. pr. Forte, quia mox *efficies* sequitur, *perfeci*. Ter. Eun. prol.: *Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia*. Cicer. II de Div., 54: *Perficit, ut quodcumque accidisset, praedictum videretur*. Et ita ille et alii scriptores saepius. BVRM.

Liberi tui) *Filii tui*, Voss. pr.

Et aude) *Et vide*, Voss. sec.

Non tamen ullis efficies artibus) Ov. XIII Met., 64: *Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen Esse rear nullum* — —.

Exasperatur) *Exasperabatur*, W.

Donec illis) *Donec illius*, Leid. pr.

Quam in quemlibet) *Quam quemlibet*, Voss. sec.

Nulli, quum coimus) *Nullum quum c*. W.

Vlla ratio) *Sua ratio*, W. Quod volebat Francius. *Aut ulla ratio*, Gryph. Colin. Vidov.

ulla turba prudentiam singulorum; sive quod minus publicos capimus affectus; sive negligentior est, qui se non putat solum debere rationem: et multi fiducia facimus omnium. Quam non possit rempublicam turbare, confundere, si quis repente proclamet, prodidit vos imperator vester, addixit: et nunc ille liberos habet? si mehercle post hanc, inimice, vocem templa monstrasses, sacrilegum continuo flagrasset incendium, si convelli simulacra voluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia: vis scire tuum esse quidquid civitas fecit? gloriareris illo, si prodidissem.

VIII. Non est, iudices, quod vos a gravitate iustitiae dolor ultionis abducat, quod mortem suam inimicus offert: non petit illud, nisi quisquis ipse non debet occidi. Seposita igitur paulisper lege mei doloris, hoc tantum ab affectibus vestris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti poenae praestetur arbitrium. Infinitam, iudices, sceleribus aperitis audaciam, si poenam licet eligere condemnato; nec iam ullam mortalium innocentiam trepidatione contineas, si patitur deprehensus quisque, quod maluit: levat omnes cruciatus, omnem dolorem, praeparata mentem composuisse patientia: fallitur quisquis humana tormenta sola nominum

Si quis repente proclamet) *Qui repente proclamat*, W. *Quis rep. proclamat*, Voss. pr.

Fiducia) *Fiduciam*, Colb.

Sive negligentior) *Sive quia neg.* W.

Prodidit) *Perdidit*, W.

Addixit) *Adiunxit*, W.

Ille liberos) *Iste l.* W.

Inimice) *Inimici*, Leid. pr.

Sacrilegum flagrasset incendium) Nescio an hoc recte dicatur; et non melius legeretur, et *sacrilego flagrasset incendio*, ut volebat Cl. Schultingius, vel *flagrassent*, scilicet *templa*, vel *sacrilegum conflasset incendium.* Scilicet populus, turba. Bvrm.

Dolor ultionis) Forte, *et dolore*; vel *color ultionis*, id est ultio non vera, cuius pater semet offerens praebet occasionem. Schvlt.

Nisi quisquis) *Vbi quisquis*, Colb.

Lege mei doloris) *Legē ei d.* Leid. sec.

Affectibus vestris) *Aff. nostris*, Luc.

Si patitur) *Si pariter*, W.

Praeparata) *Praeparat*, Leid. pr

atrocitate metitur; nulla poena est, nisi invito: non habemus ullum, nisi ab impatientia dolorem; et ut aliquid crudele, saevum sit, metus facit. Supplicium quisquam vocat, ad quod prosilitur? quod exposcitur? quod circa se non habet moras? illo, per fidem, illo trahite damnatos, quo non sequantur: tunc est poena, quum periturus trepidat, haeret, quum restringit supremo vincula conatu: volo perituri prius videre pallorem, audire gemitus; volo circumspiciat; volo queratur. Fidem vestram, iudices, ne nocentibus supplicii sui contingat electio: minus iniquum est, ut evadat nocens poenam, quam ut contemnat: mortem vero damnatis quisquis praestat, indulget; nec sunt alia beneficia poenarum: fallitur quisquis illam velut omnium suppliciorum summam putat: occidi, non est poena, sed exitus: neque enim habet impatientiam aut dolorem, quod possis adspicere quasi fatum. Quid si liberos relinquas, immo si serves? quam felix exitus est, plenusque laetitiae? lucrifacit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur.

IX. Me, inquit, occidite. Non habet liberos, inimice, non habet, quisquis hoc te velle miratur: saeve, crudelis, ego tibi permittam mori? at quid iam mihi melius optem? vides quantum feceris nefas? idem pro liberis meis offerre non potui. Tu vero parvulos tuos tene, ut in isto potius moriantur amplexu: tu nunc quoque non

Metus facit) *Metus faciunt*, W. Leid. et Voss. omnes Lucas.

Supplicii sui contingat electio) Haec desunt W.

Sed exitus) Posuit hic *exitum*, pro modo moriendi, et lenta morte per tormenta, ubi sentiunt se mori, ut Tiberius volebat; sic Flor. IV, 6: *Exitus foedi, truces, miserabiles*, Iustin. XIV, 4: *Tales vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis*; et mox his terve noster. Ipsa ergo mors non est poena, sed genus mortis, et exitus. BVRM.

Quid si liberos) *Quid si liberos omnes*, Voss. pr.

Immo si serves) Malebat Schullingius, *aut serves*.

Permittam) *Permitto*, Voss. pr.

At quid) *Vt quid*, Leid. et Voss. omnes.

Vt in isto) *Vt* ignorat Voss. sec.

evades, non effugies: quacumque te duxerit orbitas, sequar; effundam, si quod paraveris, venenum; subtraham omne ferrum; incidam, quoscumque strinxeris, nexus; ab omni revocabo praecipitio: etiam occisis liberis tuis, non idem patieris, inimice, nisi vixeris. Nec vereor, iudices, ne putetis utriusque nostrum orbitatem simili esse ratione tractandam: admovebuntur ecce contra lacrymas meas liberi, quos nemo noscet: patris innocentis occisi sunt parvuli, quos nunc circa templa ferretis, circa quos se celebraret vestra laetitia. Facinus est, iudices, minorem esse transactarum mortium miserationem: non invenio quemadmodum liberis prodesse debeat odium patris: perierunt etiam illi, quorum nec pater debebat occidi. Me miserum, quod sic quoque multa habiturus es, quibus ego, qui vindicabor, invideam! osculaberis ante perituros; alloqueris; accipies suprema mandata, et moriturum te continuo promittes: exonerabis gemitus tuos, quum eorum sepulcra numerabis: siccabit oculos, quod meam nunc quoque respicies vacuam domum.

X. Me miserum! pauperis tantum solatium futurum est, quod pares sumus. Quid? quod in ipsa comparatione mortis non idem patientur liberi tui? occidentur uno fortassis ictu, et erit ultio manibus contenta carnificis:

Strinxeris) *Struxeris*, Voss. pr.

Ab omni revocabo) *Ab omni te rev.* W.

Admovebuntur) *Admoventur*, W. Leid. et Voss. omn.

Ecce) *En ecce*, Voss. sec.

Noscet) *Posset*, Leidens. et Voss. omnes.

Ferretis) *Feretis*, Voss. pr.

Etiam illi) *Etiam illis*, Voss. pr.

Debebat occidi) *Debuit*, W. *Debeat*, Leid. sec. Voss. sec.

Suprema mandata) *Summa m.* Leidens. pr.

Te continuo promittes) *Te continuo te promittes*, W.

Quum eorum sepulcra) Forte, *meorum*. SCHVLT.

Siccabit oculos) *Siccabis o.*, W.

Meam nunc) *In eam nunc*, W.

Vacuam) Vide decl. 1, 2.

Occidentur) *Occiderunt liberi tui*, *occiderunt uno*, Leid. pr. *Occiderunt uno*, Voss. pr. sec.

parvulos meos occidit quidquid fuit tota civitate telorum, omnis sexus, omnis aetas, omnis infirmitas: nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit; et solus hic exitus est, a quo non est nec cadaveribus salva reverentia. Hoc me nunc complorare tantum putatis, quod non sum liberis meis ante satiatus? miser ego, nec ad cadavera accessi; non in sepulcra maiorum meis manibus intuli; nec licuit super ipsa corpora proclamare; non feci. Qualem ego illum, patria, perdidi diem, quum duces ab explicito bello revertuntur! non me laetae cinxere legiones; non effusi obviam cives triumphali circa currus meos exsultavere laetitia: sequebar captivos meos tristior victor; moestus undique claudebat exercitus, occurrentium lacrymae propinquorum, et erubescentis circa me populi timida solatia. O successuum quoque nostrorum misera conditio! ergo ego victoriam meam non narrabo sine fletu, nemo amicorum propinquorumque coram me de bello meo loquetur.

XI. Nihil est crudelius calamitate, quam gaudia reducunt: quoties redierit ille laetus vobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte vestes; renovate, servuli, planctus; parate solatia, propinqui: nulli liberi impatientius desiderantur, quam qui propter patrem videntur occisi. Sed verum, iudices, fatendum est: timeo mehercle, ne

Et solus) *Solusque*, Voss. pr. *Est* etiam deest Lucae.

Non sum) *Non sim*, Lucas.

Quum duces) Lege, *quum cives*. Nam mercenario non utebantur milite, aut lege, *quum dux reverterer*. SCHVLT. Forte, *quum reduces*; vel nihil potius muta.

Cives triumphali) *Cives, non triumphali*, Colb.

Non me) *Non me, me*, Lucas.

Timida) *Tumida*, Leid. pr. Voss. prim.

Nostrorum) Ignorat Leidens. sec. *Successuum animorumque nostrorum*. W. Forte, *successuum armorumque nostrorum*.

Propinquorumque) *Propinquorum*, W.

Laetus vobis) *Laetus nobis*, Leid. prim.

Parate solatia) *Parate solamina*, W.

par solatiis meis non sim, ne me iste, quo pro liberis irascor, affectus, in media ultione destituat: sed adiuvate, miseremini propinqui; adiuvate, amici; et si forte defecero, tu ultionem meam, popule, consumma: timeo, mehercle, ne quum carnifex propius accesserit, subito proclamem; iam malo patrem. Sed, si quis est pudor, oculi, differte lacrymas; abite, gemitus; horridum, trucem debeo preparare, et miserum. Deprehendam igitur, omnium mortalium callidissime, hunc, quem simulas, quem nunc imitaris, affectum; tunc sciemus, quo animo rogaveris, ut potius ipse morereris: sed si bene novi capax omnium malorum scelerumque pectus, inimice, vives et libenter, et fortiter, et quasi vindicatus.

Adiuvate) Deest W.

Vltionem meam, popule) *Vltionem meam consuma*, Leid. pr.

Praeparare, et miserum) *Praeparare, ut miserum deprehendam omnium*, Voss. sec. Gronovium malle, *praeparare animum, et miserum affectum*, Schultingius notavit. Forte, *debeo me parare*, de quo ad Calpur. decl. 32. *Parâre* et *praeparare* vidimus confusa ad lib. VI Inst., prooem. BVRM.

Deprehendam igitur) *Igitur* deest W. Leid. et Voss. omnibus.

Morereris) *Moriaris*, W.

Quasi vindicatus) Lege *quasi vindicaturus*. SCHVLT.

DECLAMATIO XII.

PASTI CADAVERIS.

ARGVMENTVM.

Quum civitas fame laboraret, misit ad frumenta legatum, praestituta die, intra quam rediret. Profectus ille emit, et ad aliam civitatem tempestate delatus duplo vendidit, et duplum frumenti modum comparavit. Illo cessante, corporibus suorum pasti sunt. Reversus ad praestitutam diem reipublicae laesae accusatur.

PRO CIVIBVS CONTRA LEGATVM.

Cap. I. Quamvis, iudices, innumerabiles me indignandi causae initio statim actionis strangulent, quia nec dicere universas semel possum, nec gregatim erumpentes differre gemitus (levior est enim dolor, qui disponitur); primum tamen ille sibi asserit locum, qui est ex hoc iudicii tempore et tam lentae vindictae dilatione ortus, animi mei prope dixerim furor, quod hominem tam sceleratum, ut nos quoque fecerit nocentes, legibus arcessimus, quod defendi patimur, quod

Pasti cadaveris) *Cadaveris pastu*, Leid. pr. legerem, *pasti cadaveribus.*

Misit) *Mittit*, W.

Profectus) Forte *Praefectus.* Alm.

Et ad aliam) *Et aliam*, W.

Modum) *Modium*, Leid. pr.

Pasti sunt) *Pasti filiorum*, W.

Indignandi) *Indignandae*, Colb.

Actionis) *Accusationis*, Leid. pr. pro var. lect.

Strangulent) Ita Ovid. Trist. V, Eleg. 1: *Strangulat inclusus dolor, atque exaestuat intus.* Burm.

Vniversas) *Vniversis*, W. *Vniversa*, Leid. sec. Lucas.

Semel) Francius volebat *Simul.*

Qui disponitur) Schult. notat Gronovium malle, *qui distincte exponitur.* Sed recte etiam adscripsit, *disponere* esse dispensare; sic enim *disponere diem*, Suet. Tib. cap. 11. *Disponere scelus*, Senec. Thyeste. *Disponere usum divitiarum*, Fabius VI Inst. 2. *Disponere vices*, 2 decl., 2. Burm.

Accersimus) *Arcessimus*, Colb. Leidens. pr. *Arcessi*, W.

ut puniatur precamur, quod damnatus quoque vel morte defungetur, quam nos in illa funestissima fame, dum sepeliri licuit, optavimus: vel exsilio, quod hic quantopere contemnat, apparet, qui tam lente in patriam revertitur. Quamquam de quo exsilio loquar? quantalibet ignominia dimittite domo notatum; habet quo eat. Non publicis manibus exeuntem discerpsimus, non (quoniam semel consueveramus, et bona fide ferarum esse civitas coeperat), hic primus nobis ex tam tardo commeatu placuit cibus? sic enim istum laniari, sic confici, sic consumi oportuit iure nostro. Quis credat? ego me ab hoc abstinere potui, quum et esurirem, et irascerer?

II. Sed frumento occupati sumus, nec quidquam aliud videmus. O quanta es fames, quae tam grandem iram vicisti! at ego, etiamsi talis ultio contigisset, si me a nefario grassatore reipublicae, non lingua, sed dentibus vindicassem, nihil tamen irae, nihil vindictae praestiteram: hoc et meis feci. Aestuant adhuc intra pectus se-

Contemnat) *Contemnebat*, Leid. pr.

Dimittite) *Dimittere*, W.

Notatum) *Noxium*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Colb., sed Leid. prim. pro Var. Lect. habet, *notatum*. Malim etiam, *domi notatum*.

Exeuntem) Deest W. et certe ego mallem, *redeuntem*: nisi intelligamus *exeuntem* ex navi, ut *egredientem e navi*, dixit Ter. Heaut. I, 2. BVRM.

Consueveramus) *Consueramus*, Leidens. sec. Voss. pr. sec.

Bona fide) Male Badius explicat, *venia publica*, quum liceret fortiori debiliorem occidere et edere. Formula enim illa *bona fide*, idem notat quod omnino, haud dubie, extra controversiam, Flor. II, 1: *Quum P. R. bona fide adolevisset*; et II, 3: *Bona fide cessantia arma*. Quod recte contra Gentilem explicat Freinshemius in indice. Eodem enim fere sensu Ovid. VI Trist., 41, dixit, *fideliter ponere iras*, et Flor. III, 4: *Parum fideliter exstincta incendia*. Ut et Ov. Remed., 643, dixit: *Sed meliore fide paulatim exstinguitur ignis*. BVRM.

Placuit cibus) *Placuit ei*, W. *Placuit civibus*, Voss. pr. sec.

Iure nostro) Id est consuetudine, quae in ius quasi transiit. Vid. Salm. ad Flor. I, 17; Gronov. ad Senec. de Tranq. Anim. 3, et nos ad Petron. cap. 78. Inf. cap. 9: *Postquam ius factum est*. BVRM.

Ego me de) *Ego* deest W.

Quum et esurirem) *Et* deest W.

Nihil tamen) *Nihil tantum*, Lucas.

pulta ventribus nostris cognata viscera, et tumescere intus atque indignari videntur, et sera poenitentia redundant: iam enim vacat nobis lugere; iam cibos nostros efferimus, viscera cremamus; nam cetera nobiscum sepelientur. O fames inaudita, in qua levius est, quod esurimus! ignoscite tamen, violati manes meorum, hic vos alloquor, ignoscite quod ora temeravimus, quod ab homine descivimus: non ut infelicem animam sustineremus, non ut invisum spiritum produceremus, fecimus; una causa mortem distulimus, quod, si exspirassemus, idem timebamus. Et ego quidem me consumptis excuso, qui mihi ipse irasci non possum; at iste interim stat, ut videtis, longa via saginatus et satur, atque abundans publico commeatu: ad mentionem ciborum nostrorum plenum fastidio vultum trahit, et exsangues ac pallidos ad calculum vocat; quasi ego non confitear illum etiam nimium multum attulisse tam paucis: rari per vias interlucent, et quamvis odio eversoris no-

Redundant) Vt mox dicit, *in os agunt*, et *seri vomitus*. SCHVLT.

Nam cetera) *Iam cetera*, Leid. pr. Colb.

Tam violati) *Tamen violenti*, Voss. prim.

Alloquor, ignoscite) *Alloquor id quidem ignoscite*, Leid. pr. Francius volebat, *sic vos all.*

Ab homine descivimus) *Ab homine non deseravimus*, W. *Non descivimus*, Voss. pr.

Animam sustineremus) Id est mortem differemus: vide ad Ovid. Epist. I, 114.

Vt invisum) *Vt visum*, Voss. pr.

Ego quidem) *Quidem* deest W.

Me consumptis) *Meis consumptis*, Vidov.

Ipse irasci) *Ipsi*, Leid. pr. Voss. sec. Colb.

Non possum) *Pon possunt*, Leid. a m. pr.

Vt videtis) *Invidetis*, Voss. pr.

Quasi ego) *Quare ego*, W.

Multum attulisse. Tom pauci) Distingue et scribe: *quasi ego non confiteor illum etiam nimium attulisse tam paucis. Rori per vias interlucent.* Significat enim maiorem partem fame periisse. GRON. Sequitur hanc distinctionem Obrechtus. *Attulisse iam pauci*, Leid. pr.

Per vias interlucent) Forte *inter lucem*. Vt *inter coenam* et similia, quia amant tenebras miseri. SCHVLT.; Nihil muta: *interlucere* enim proprie de rara turba et minime densa dicitur. Ita Front. II, 3, 16: *intervolla expeditis velitibus implevit, ne interluceret acies*, ubi vid. Tennulium. BVRM.

stri evocatus e latebris suis populus, subsellia non implet: pauci sceleribus pasti, alienis mortibus salvi, quod vivunt, ipsi sibi rei, graves aegra et tabida membra in publicum protulerunt. Hae sunt civitatis reliquiae, quas videtis: sic tabuimus, ut miseri nec vivos habeamus, nec mortuos: hic est populus, hae vires, hae spes, hae opes. Nisi tandem ad vadimonium, legate, venisses, non multorum dierum commeatum habebamus.

III. Quo nunc tantum frumenti? quo classem commeatu gravem? multum hercle negotiatione tua actum est! frumentum habeo; populum non habeo: nusquam prodest, nusquam opus est; iam licet vendas: dum tu salutis publicae nundinator proximum quemque emptorem dimittis, dum aut funera nostra vendis, aut scelera: dum populo tuo fame moriente, alienae civitati legatus es factus, nos interim cibos ex malis invenimus; et fames se ipsa pavit; et miseriae nostrae crudeles factae sunt: patiamur te defendi, si absolvi saltem nos possumus. Haec nunc, iudices, ego solus queror? ad me magis pertinent? aliquid proprie passus sum? non communem dolorem ac-

Ipsi sibi rei graves) *Ipsi rei graves*, W. *Ipsi sibi graves*, Leid. pr. Colb. distingue cum Gryph. Colin. et aliis, *quod vivunt ipsi sibi rei*, *graves aegra* etc. Accusantes se quod vivunt. Non graves rei, id est molesti, ut Badius quoque exponit. Sed *graves protulerunt membra*, id est tardi. Vt ita *vulnere gravis*, Vell. Paterc. II, 55; Val. Flac. VI, 65. *Gravis aevo*, *annis*, *vino* etc. Virgilius et alii passim. BVRM.

Et tabida) *Et rabida*, Leid. pr. a m. s.

Habebamus) *Habeamus*, W.

Classem) *Classes c. graves*, W.

Frumentum habeo) *Habeam*, Leid. pr.

Vendas) Deest Voss. pr. *iam licet non. Dum*, Colb.

Nusquam prodest) Omisit Gryph.

Emptorem dimittis) An *admittis?* an, *dum te s. p. nundinatorem proximus quisque emptor non dimittit?* vel an, *emptorem dimittis*, scil. cum frumento? SCHVLT.

Aut scelera) Id est frumentum, quod divenditum, causa funerum scelerumque futurum erat. SCHVLT. ad Senec. Contr. XVI, p. 217.

Civitati) *Civitatis*, Leid. pr.

Se ipsa) *Se ipsam*, W. Leid. pr. Voss. pr. Lucas.

Absolvi saltem) *Saltem* deest W.

Aliquid proprie) Francius malebat

cusator habeo cum iudicibus? quisquam in hac vindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi mendicitas una fuit? nisi quia funestas epulas et nefarios invenimus cibos, non putamus famem fuisse: in omnes gentes, in omnia ventura secula proscripti sumus; omnes haec prodigia narrabunt; omnes exsecrabuntur, nisi qui non credent. Famem ipsam infamavimus, et, quod miseris ultimum est, miserationem quoque perdidimus: adhuc tamen una defensio fuit, quod videbamur in haec omnia istius opera impulsi: si hic innocens est, nostra culpa est. Etiamne publica mala narrabo, et miseriis nostris convicium faciam? exibunt verba? subsequetur sermo? non alligabitur lingua? plane nihil non possumus.

IV. Exponamus ordinem cladis nostrae, et simpliciter omnia indicentur: decet ista nostro ore narrari: sed

proprii; perperam, ut puto. Sic Livius saepe hac voce utitur lib. XXV, 33: *Ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris, suarumque proprie virium in castris habeant.* Lib. XXXVIIII, 37: *Quia ipsi proprie adversa pugna in ea gente evenerat.* Lib. XLIV, 22: *Prudentes, et proprie rei militaris periti.* Ita recte Lipsius Velleio reddidit lib. II, 9: *Mucius iuris scientia, quam proprie eloquentiae nomine, celebrior fuit.* Apud Quint. l. III Inst., 7 ex MSS. quoque Bernensi legendum: *in Deis generaliter primum Maiestatem ipsius eorum naturae venerabimur, deinde proprie vim cuiusque.* Hoc exigit τὸ *generaliter*, male vulgo, *propriam*. BVRM.

Cum iudicibus) *Cum iudice*, W. Leid. et Voss. omn. Lucas. Ita mox, *iudex doceri non debet.*

Non putamus) *An putamus*, sed superscriptum, *non*, Leid. pr.

Narrabunt) *Narrabant*, Voss. pr. Et, *execrabantur*, sed *execrabunt*, Leid. pr.

Quod videbamur) *Quo videbamur*, Leid. sec.

Miseriis nostris) *Miseris*, Voss. pr. *Miseriis meis*, W.

Alligabitur) *Obligabitur*, W. Inst. XIII, 7: *Aristaeus, cui nomen Batto propter linguae obligationem fuit.*

Exploramus) Forte, *explicemus*, vel *exponamus*. GRONOV. *Exponamus*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. Lucas. Badius vero *expromamus* legisse videtur: saepe certe *expromere* et *exponere* commutarunt librarii. Ita apud Catull. Ep. LXVI, 3; Ovid. III Fast., 725; Lucan. VIII, 280, et alibi. BVRM.

Indicantur) *Indicentur*, W. Leid. pr. Voss. sec. Colb. Lucas. Gronovium *vindicentur* maluisse notat Schultingius.

novimus, et nimium meminimus; iudex doceri non debet, opinor; reo indicanda sunt, qui a malis publicis abfuit, qui hoc certe maximum debet patriae suae beneficium, quod a fame solus dimissus est. Audi itaque, audi, frumentum istud, quod lucrifecisti, quanti nobis constet: aliquis fortasse, iudices, miratur, etiam si huius feralis anni fructus cessavit, quod tamen illa superior longi temporis beata fecunditas tabuerit; et secum iste dubitat, quid sit in causa, cur civitas opulenta quondam nihil frumenti, nisi in spe, habuerit. Sic fit; ubi vicinis civitatibus vendimus, et undecumque offulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in vacuam possessionem fames venit: etiam, si quid residui erat, ut carius quidam venderent, ad annonae incendium suppressum est. Testor tamen conscientiam vestram, non sumus questi, quamdiu duplo emebamus: non enim vulgaris illa labes frumenti fuit; nec, qualis alias ab agricolis accusari solet, perfidia terrarum, et ingratae messis irritus labor: nova et inaudita et abominanda lues, quae nihil homini reliquit praeter hominem! aut adstricta citra conatum sata sub ipsis tabuere sulcis; aut levi rore evocata radix in pulverem incurrit;

Indicanda sunt) *Non dicenda sunt*, Colb.

Abfuit) *Afuit*, Voss. sec.

Lucrifecisti) *Lucri nobis fecisti*, W.

Aliquis fortasse) *Aliqui*, Voss. sec. *Aliqui f. mirantur*, Leid. sec.

Secum iste) *Secum ista*, Voss. pr.

Affulsit lucrum) *Effulsit*, Leid. pr. Voss. pr. *Offulsit*, Leid. sec. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. Vide ad declam. 9, cap. 7. BVRM.

In vacuam possessionem) Dominam agit, ubi frumentum non est; paulo post de fame: *Quum semel intrarit impotens domina, feras etiam et ingentes belluas subigit.* SCHVLT.

Illa labes) *Illa tabes.* Vt paulo ante *tabuerit*; et mox iterum, et confundere has voces librarios docet summus Gronov. ad Liv. XXXIII, 38, et Drakenb. ad Silii VIII, 21. BVRM.

Nec, qualis aliis) *Qualis nec aliis*, Gryph. Vidov. Colin. *Nec qualis alias*, Lucas. Obr. quos sequor.

Ab agricolis) *Ab* deest W.

Et abominanda) *Et* deest Leid. pr. Voss. sec. Locae.

Citra) Omittit Leid. pr.

aut perustis torrido sole herbis moribunda seges impalluit: nullus imber sitientis soli pulverem tersit, nulla super arentes campos saltem umbra nubium pependit, calidi spiravere venti; maturitatem praecepit aestus; etiam sicubi forte ieiunae herbae solum vicerant, vanis tantum aristis spem fefellerunt, et inanes culmos tristis agricola iactavit ventis nihil relicturis.

V. Levia queror; prata exaruerunt, perierunt frondes, germina non exierunt: nuda terra et rudes glebae, et aridi fontes erant: nisi haec omnia inter scientes dicerem, poteram videri falso questus de hoc anno, quo tantum frumenti vendidimus. Vtinam saltem nobis rudem victum silvae ministrassent, et carpere arbusta, concutere quercum, legere fraga licuisset: et quaecumque primi mortales ante traditos divinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt, pestifer annus reliquisset! non eram delicatus. Sed o tristis recordatio! funesta necessitas, nihil habuimus quo viveremus, praeter

Moribunda seges impalluit) *Palluit*, W. Leid. et Voss. om. Lucas. Sed *seges* omisit et Leid. sec.

Sitientis soli) *Sitienti*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb.

Tersit) *Torsit*, Voss. pr.

Maturitata) *Maturitatem*, W. Leid. pr. Voss. sec. et ita Ascensius, Gryph. Colin. Vidov. et puto rectius. Aestus sive calor nimius effecit, ut ante tempus flavescerent, et viderentur maturae segetes, sed revera inanes et vanae erant aristae. Est ex Virgilio desumptum, qui Ecl. III: *Si lac praeceperit aestus*. BVRM.

Ieiunae herbae) *Vivae herbae*, Gryph. Colin. Vidov.

Vanis tantum) *Vanis tamen*, Leid. pr. Franciu dubitabat, an *vacuis*.

Levia queror) *Leviora q.*, Leid. pr.

Rudes glebas) Vt Virg. I Georg., 94: *Glebas inertes* dixit, quas explicat Servius, *pigras*, *nihil creantes*. SCHVLT.

Inter scientes) *Interficientes*, Voss. sec.

Vendidimus) *Vendimus*, Voss. pr.

Ministrassent) *Ministrabunt*, Leid. pr.

Carpere arbusta) *Capere*, Leid. pr. Voss. sec.

Nihil habuimus quo viveremus, praeter famem) Aestuat in his explicandis Badius. Sed videtur velle auctor, nihil superfuisse, unde viverent, praeter cadavera ex fame mortuorum; licet durius dictum sit, quasi fames suppeditaret commeatum superstitibus. Simile quid Florus dicit II, 18: *Placuit eruptio; sic conserta manu plurimi occisi, et, quum urgeret fa-*

famem : nec tamen in totum queri de numinibus possumus, maria certe secunda experti : si voluisset servare legatus diem, quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre. Vt primum tanti mali sensus in civitatem percrebuit, quum iam urgente inopia quotidie malum arctius premeret, et praesente fortuna peior tamen esset futuri metus, apparuit nullum ex propinquo esse praesidium, quum finitimas quoque civitates incendium nostrum adussisset : erat quidem aliquid in vicino adhuc frumenti, sed iam nemo vendebat : ergo ut vidimus salutem publicam trans mare petendam, se in curiam quisque cogunt.

VI. Vt arma bello, ut aqua incendio inclamari publice solent, ita uno quodam consensu, non aetatibus spectatis, non honoribus, pariter retulimus, probavimus, decrevimus, pedibus manibus ivimus in sententiam necessitatis, nec ordo nos officiorum moratus est. Legationem multi pollicebantur ; nec innocentiae iste beneficio, vel auctoritatis meritorumque respectu electus est ; una causa nos movit, quod se cito rediturum pollicebatur : pecuniam sine numero infudimus ; frumentum

mes, aliquantisper inde vixere. Vbi vid. Freinsh. Apoll. II carm., 513 : *Qui cogente fame cognata cadavera mandens Vixit morte sua.* Et ita dixit mox cap. 7 : *Iam fames desinit ;* et supr. cap. 3 : *Cibos ex malis invenimus, et fames se ipsa pavit ;* et cap. 4 : *Abominanda lues, quae nihil homini reliquit praeter hominem.* Et quae plura argute dicta in hac declamatione occurrunt. BVRM.

De numinibus) *De muneribus*, W. Flor. II, 6 : *Nec de Diis possumus queri.* III, 11 : *Nec de Fortuna queri possumus.* BVRM.

Possumus) *Possimus*, Voss. pr.

Servare) *Servari*, Colb.

Frumentum) Deest W. Leid. pr. Voss. pr. et Lucae, qui nec *bis* habet.

Percrebuit) *Percrebruit*, Leid. sec.

Futuri) Malebat Francius, *futurae*.

Adussisset) *Adduxit*, W. *Adsisset*, Leid. sec. *Aduxisset*, Leid. pr.

In vicino) *In quo*, W. *In vicinio*, Leid. pr.

Quisque cogunt) *Quisque coëgit*, Leid. pr. male. Vid. Gronov. ad Liv. VII, 19 ; Heins. ad Ovid. II Amor., 11, 21.

Solent) *Solet*, Leid. pr.

Spectatis) *Exspectatis*, Leid. pr. Voss. pr. sec. Colb.

Electus est) *Delectus est*, Leid. pr. *Est* W.

sine modo mandavimus, quantum potuisset afferret; festinaret modo: hoc una voce supplices acclamabamus, ac ne moraremur, ne hoc quidem diu rogavimus: una tantum vox fuit, quam iste pro quodam praeiudicio amplexus est: nihil agis afferendo frumentum, si post illum diem veneris. Nostris manibus legatum in navem tulimus, ac ne quid morae esset, pro sua quisque portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus; et litus ingressi classem publicis manibus impulimus: inde fugientia vela longo visu prosequuti, facilem emptionem, secundos ventos, placidum mare, non secus ac si ipsi navigaremus, precati sumus. Quis credat hoc de tam miseris? omnia a diis impetravimus scilicet: unum superest, ut pro aliena civitate vota solvenda sint: cito pervenit; cito emit; cito rediit, quo voluit: quid prodest exspectare? alia civitas prior est, et sane religiosus legatus diem exspectat. Nos interim coacta primo ex agris pecora diripuimus; et ne venturo saltem anno prospici posset, non reliquimus, qui ararent, boves: iam servis fugas imperavimus: iam procumbentes ante limina principum pauperes in ipsis precibus exspirant: plorantibus liberis legatum promittimus: iam tantum sibi quisque cura est: nihil tamen horum etiam nunc in invidiam legati queror, adhuc prior cursus est.

Sine modo mandavimus) *Sine modo emi mandavimus*, Leid. pr.

Afferret) *Auferret*, Voss. pr. *Afferret modo festinaret*, Leid. pr.

Ne moraremur) *Ne moreremur*, Colb.

Fugientia vela) Imitatio Oviliana ex Epist. V, 55: *Prosequor infelix oculis abeuntia vela*. Vbi et unus codex Regius *fugientia*, et sequentia, *pro aliena civitate vota solvenda*, ex Ovidianis expressa. BVRM.

Visu) *Nisu*, Colb.

Non secus ac si) *Non secus ipsi*, Leid. pr. Voss. omnes.

Vnum superest) *Vnum restat*, Leid. pr. *Vnum superestitit*, W.

Ex agris) *Ex sacris*, Colb.

Prospici) *Conspici*, W.

Exspirant) *Aspirant*, Leid. pr.

Quisque cura) *Quisque* deest. W.

Nunc in invidiam) *Nunc invidiam*, Leid. pr. Voss. pr.

VII. Hactenus nostra mala tulimus, in reliqua legatus nos vicarios dedit. Si quidquam tibi humani sanguinis superest, nisi nimia saturitate alienae fortunae cogitatio excidit, respice patriae casum; respice necessitatem gravissimam. Miseri te misimus; exspectant pallidi exsanguesque cives tui; et quidquid extremi spiritus adhuc superest, spe tui trahitur: figura tibi exesos vultus, decrescentem populum, iam praemortuas vires: nec quidquam horum potes ignorare, si quid tibi credimus, fame laborantem civitatem vidisti: festina, dum supersunt, quibus legationem renunties: festina, dum mori ultimum est; frumento digni sumus. Quid in nos convertis etiam alienae civitatis famem, quatenus nobis computandum est, propter te duplum mali tulimus: tu super frumentum publicum stertis; et omnes maris circumvectus oras, litora portusque cognoscis: tu inter duas civitates fatorum arbiter, alienae conditor, tuae eversor, salutem nostram peregrinis admetiris; et secunda tempestate in patriam ferente, cou-

Respice patriae casum) *Respice patriam*, Leid. pr.

Necessitatem) *Fortunam*, W. Leid. Voss. omnes Lucas. *Famem*, Victor.

Figura tibi) *Fortuna*, W. Nisi saepius iam hoc verbum occurrisset in his declamationibus, legerem, *forma tibi*. Sed nihil moveo. BVRM.

Credimus) Quum peteres legationem, et ut praeferreris aliis diceres, quia video patriam fame laborantem, quam citissime revertar. SCHVLT.

Festina dum) *Festinandum* Hic et mox iterum Voss. pr.

Legationem renunties) Vide ad lib. VIII Instilut., cap. 4.

Festina dum mori) Aut distinguendum post *festina*, aut legendum, et *frumento digni sumus*. SCHVLT.

Convertis) In hoc verbo desinebat codex Wittianus.

Quatenus nobis computandum est) Id est quia ad calculos nos vocas, ut supra dixit, ut te lucratum esse probes, et duplum frumenti attulisse, nos ideo duplum mali tulimus. Sic *computare cum beneficiis*, dixit declam. 9, 19. *Sollicitus articulis computare*, Ovid. II ex Ponto, 3. Vide ad Petron. cap. 44. BVRM.

Tu super) *Tu supra*, Leid. et Voss. omnes.

Ferentes habens) *Habens* ignorant Leid. et Voss. omnes et Lucas. *Ferente*, etiam Leid. pr. Colb. et Lucas, et recte mea sententia; secunda tempestate ferente in patriam, optas contrarios ventos.

trarios ventos exoptas. Nos per arentes effusi campos, morientium herbarum radices vellimus, eo quidem fortius, ut si fieri possit, in venenum incidamus, subeuntes insolitos cibos; et sicubi forte uberius pauld pabulum contigit, de pascuis rixa est: amaros fruticum cortices, et ramorum male arentium pallidas frondes decerpimus: morbida quidquid fames coëgit, corpus admisit: iam passim moriuntur; et pestilentium more pecudum subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis procumbit: crebrior quotidie interitus, et latior strages; et, me miserum! iam fames desinit.

VIII. Quos testor deos? superosne, quos per tantum nefas fugavimus? an inferos, quos nobis permiscuimus? an nostram malam conscientiam, omnia nos ante fecisse, quae nemo praeter nos fecit? pecora cecidimus; campos evulsimus; silvas destruximus; novissime nihil

Herbarum radices) *Herbarum radices, omnes radices vellimus*, Leid. et Voss. omn.

Insolitis) *Insolitos cibos*, Leid. pr. Edit. Pith. *Insolicitis*, Voss. pr. *In solidis* legi etiam docent Ascensii notae. Gronovium voluisse, *obeuntes insolitis cibis*, notat Cl. Schultingius. Mihi placet, *subeuntes insolitos cibos*, ut *subire pericula*, et similia dicimus, ita subibant cibos insolitos fortius, ut inciderent in venena, quae miseram vitam finirent. Sic *subire dominum* declam. 9 fin. posset et legi, *fodientes insolitos cibos*, ut *subire* et *fodere* confundunt MSS. apud Stat. X Theb., 269. Burm.

Decerpimus) *Decerpsimus*, Voss. pr.

Morbida) *Morbi*, Voss. sec. *Morbinam*, Voss. pr. Lucas. Mallet Gronovius et Schultingius, *Decerpimus morbidi. Nam quidquid.*

Desinit) *Deserit*, Leid. pr. Voss. pr. Colb. Lucas. Desinit, scilicet tot morientibus, ex quorum cadaveribus superstites pascuntur; ut et supra vidimus ad cap. 5; male Badius explicat propter advectum frumentum. Cl. Schult. malebat, *nec me m. iam fames desinit. Desinere* vero pro *deserere* passum occurrit. Vid. ad Ovid. II Art. Amat., 726. Burm.

An nostram) *Ad*, Leid. et Voss. omnes.

Cecidimus) *Occidimus*, Voss. pr.

Evulsimus) Barbarum est, et *evellimus* dicendum; licet diversum sentiant multi Grammatici, qua veteres, qua recentiores: vide Heins. ad Ovid. Ep. VI, 104; et VIII Met., 584. Burm.

Silvas destruximus) *Destrinximus* volebat Ampl. Caper. IV Obs., 5 et hoc se Cl. Schultingiu probasse scribit, et intelligit de ramis solum et cor-

relictum est praeter esurientes et mortuos. Si qua est fides, libenter hanc partem accusationis subinde differo: adeo ubi tantum nefas narrandum est, etiam exigua temporum lucra sectari libet, et necesse est reo indicare, qui a malis publicis abfuit, quam multis non ad diem venerit. Ignoscite, dii hominesque, sceleri quidem ultimo, sed tamen quod fecisse miserrimum est: non habitant una pudor et fames; et quum semel intrarit impotens domina, feras etiam et ingentes belluas subigit: terram morientes momorderunt: memetipsum, si nihil fuisset aliud, comedissem! Sed confitendum est, legati beneficio non defuit. Postquam omnem patientiam vicerat ignea fames, postquam spes quoque, quae miseris ultima est, omnis abierat, et frumentum toties sibi frustra promissum animus iam ne cupere quidem audebat, subiit furor, et alienatio mentis, et tota sui arbitrii fames facta est: animus malis diriguerat; os insolitis cibis stupebat; feris invidere coepimus. Primo tamen furtim, et intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum; et si paulo citius venisses, potuisset hoc ne-

ticibus, de quibus hac declamatione toties: ego nihil muto. BVRM.

Libenter hanc) *Libenter ac*, Voss. pr.

Et necesse) Malim, *at*. SCHVLT.

Qui a malis) *Quia malis p. affuit*, Voss. pr. *Qui malis*, Leid. pr.

Non habitant) Color petitus ex Ovidii II Met., 846: *Non bene conveniunt, nec eadem sede morantur, Maiestas et amor.* BVRM.

Et quum semel) Francius volebat, *et qua*.

Memetipsum) *Me, me ipsum*, Voss. sec.

Legati beneficio) Badius legebat, *non legati beneficio, non defuit*, ut sit si non defuit, non defuit beneficio legati, qui morabatur, sed mea providentia, aut beneficio deorum. Forte, *legati beneficio mens defuit*, quia, ut sequitur, per famem alienatio mentis sequuta est, quae impulit in cibos humanos. Si vulgata retinenda est, subintelligendum est, *non defuit alimentum*, vel *cibus*, scilicet ex cadaveribus, quo nos compulit furor, per legati moram (quam *beneficium* vocat, quia non intelligebant scelus humanam carnem pascentes) iniectus; vel *beneficio* ironice capiendum pro scelere. BVRM.

Ignea) Francio placebat, *ingens*; mihi non: nam mox *eturere* dicitur. BVRM.

gari. Si quis ex strage corporum defuerat, sepultum putabamus; nec tamen indicavit quisquam, nec deprehendit aliquis: nemo ut hoc faceret exemplo impulsus est; se quisque docuit; omnes scire coepimus, postquam omnes fecimus. Quoties tamen, antequam inciperem, in portum cucurri, quamdiu in altum intentus, si quae essent in conspectu naves, oculos fatigavi? tibi, legate, tempus differre facile est, qui tuam tantum partem non vendidisti: tu quem habeas diem videris; ego septimum exspectare non possum.

IX. Ergo rabidi super cadavera incubuimus; et clausis oculis, quasi visus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus consumpsimus: subit interim horror ex facto, et taedium, ac detestatio sui, et planctus: sed quum ab infaustis fugimus cibis, urit iterum fames; et quod modo ex ore proiecimus, colligendum est. Nunc mihi illa foeda videntur, nunc abominanda, laceri artus, et nudata ossa, et abrepta cute intus cavum pectus:

Si quis ex strage) *Si quid*, Voss. sec.

Corporum) *Corpus*, Leid. sec.

Se quisque) *Si quisquam*, Leid. pr.

Septimum) *Septimum et exspectare*, Voss. pr. Lucas. Respicit hic locus (ut et alter infr. cap. 16: *Si innocentes essemus, populum septem diebus perdidisses*) ad Medicorum opinionem, qui tradunt, *quibus inedia mori consilium est, septimo demum die mortem oppetere*. Gell. III, 10. Sed Plinius, *non utique homini letale esse* scribit, *septimo inedius durasse*. Lib. XI, cap. ult. et exempla hominum, qui diutius omni cibo abstinentes vixerunt, habet Amplis. Tulpius Obs. Medicar. lib. I, cap. 43. Burm.

Rabidi) *Rapidi*, Leid. pr.

Non possum) *Non* deest Leid. sec.

Clausis oculis) Proverbii formam habet, pro nullo respectu honesti aut aequi. Petron. cap. 71: *Nemo Iovem pluris facit, sed omnes opertis oculis bona sua computant*. Burm.

Morsibus) *Morsu*, Voss. pr.

Quod modo) *Quomodo*, Leid. sec. Voss. pr.

Canum pectus) *Cavum pectus*, Leid. et Voss. omnes, et editi omnes, quos vidi, ante Leidensem: qui errore, credo, operarum *canum*, quod sequuti tamen Obrecht. et Oxon. *Cavum* est fame et longo ieiunio vacuum, ut recte Ascensius. Ita *inanem ventrem* dixit Horat. I Sat., 6. Et mox noster cap. 13: *Cavum macie caput*. Burm.

nunc occurrunt effusa praecordia, et lividae carnes, et expressum dentibus tabum, et exhaustae ossibus medullae: quantulum enim corporis fames relinquebat? nunc illud horreo tempus, si quando aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique, quod hominem propria nota signat: nunc cibi succurrunt, quos imponere in mensam non ausus sum. Confitendum est enim, devoravimus homines, et quidem avide, qui diu nihil ederamus: et tamen coepisse difficillimum fuit. Postquam ius factum est, postquam nemo erat in civitate, quem confiteri puderet, tum vero iam in posterum prospicimus, et funera horreis condimus: retro aguntur exsequiae, aut citra, aut ad rogos pugna est. Heres cadaver cernit: novum et incredibile, nisi nossemus, monstrum habuimus, sine rogis pestilentiam. Mortium ratio non constitit: perisse cives scio tantum, quia inter viventes non video.

Incidit.) Deest Leid. sec.

Signat) *Signet*, Colbert.

In mensam) *In mensa*, Leid. sec.

Ius factum est) Id est consuetudo, mos, illa sine horrore et metu sceleris admittendi, factus est: ita illa Lucani I, 2, cape, *iusque datum sceleri*, quae male Barth. 9 ad 10 explicat; est enim, scelera tam impune et frequenter facta, ut quasi iure facta viderentur: idem lib. IV, 82: *Ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense.* Et IX, 1073: *Ergo in Thessalicis Pellaeo fecimus arvis Ius gladio?* Senec. de ira I, 8: *Nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, iusque illi aliquod voluntate nostra datum est.* Hoc eleganter Albinovanus ad Liviam V, 54, exprimit: *Iniustum ius sibi ubique facit.* Ibi plura dicemus. Ita et illa locutio *iure suo*, de qua egimus supr. ad cap. 1. BVRM.

Tum vero iam in posterum) Illa particula *iam* hic incommoda videtur, et legendum puto, *tum vero fami in posterum prospicimus.* Litera i adhaesit sequenti voculae *in*, ita remansit *fam*, unde *iam* fecerunt. BVRM.

Cadaver cernit) Vt hereditatem: Badius hic ridiculam huius locutionis rationem dat, forte, inquit, quia heres ductus ad funus, ubi eum vidit, et se illius heredem probavit, statim possedit. Tu certiora, lector, pete a Clarissimo Perizonio, in dissertatione de hoc verbo *cerno.* BVRM.

Sine rogis) Verum monstrum: nam alii, et praesertim poëtae, in pestilentia ligna ad rogos defuisse saepe dicunt. Ovid. VII, 613: *Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.* BVRM.

Mortui ratio non constitit) Scribe: *Morti ratio non constitit.* In Morti.

X. Aegri assidentes timebant, et labentem animam supremis domesticorum oculis reducebant: primo tamen nihil rogabant suos, nisi totam sepulturam. Vt maior urgere necessitas coepit, beneficium factum est exspectare, dum moritur: nemo adeo affinis fuit, nemo tam coniunctus, quem pietas abstineret: nostros comedimus; nostros! nam si alienos vellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil est tamen quod indignari velitis, narravi vobis lucrum vestrum: frumentum duplo

vel Libitinae rationes veniunt, qui efferuntur et cremantur. Quum igitur tot homines defuncti rogis imponuntur, quot moriuntur, *constat Morti*, vel Libitinae *ratio*. At his, quia vivi absumpsere cadavera mortuorum, *Morti non constitit ratio*, quae magnam partem eorum, quos suffocarat, non accepit rogo impositam. Seneca in Hippolyto: *Constant inferno numerus tyranno*. Decl. 10: *Constet licet utrinque mortium numerus*. Adde quae ad M. Senecae controv. secundam diximus. GRONOV. Recepit Obrechtus emendationem Gronovii; in scriptis est *mortui*, praeterquam in Leid. primo, ubi totidem literis, est *mortiū*, linea superducta, quod est *mortium*, et hoc verum puto: ratio, calculus mortium, id est quot mortui essent fame, non constitit. Et hoc rectius dici puto, quam *morti*, id est libitinae. Vt enim dicimus *impensarum ratio constat*, et similia, ita *mortium*. Passim vero *mortes* hic pro mortuis ponit declamator, ut cap. 12: *Tu es causa mortium*. 13: *Tecta mortibus gravia*. 14: *Tamen cadavera mortibus annumerare non possumus*; quod idem est atque hic, *mortium ratio non constitit*. BVRM.

Supremis domesticorum oculis) An *osculis*, id est propter oscula, unde colligebant sibi domesticos fore fidos? An *subducebant*, ut intelligamus ipsa oscula domesticorum, quibus animam excipiebant, suspecta, quasi de devoraturorum, habuerunt, et aversati sint. An *abnuebant?* Ita infra, *velut infaustae aves supra exspirantes stamus*. SCHVLT. *Osculis* legendum esse minime dubito; sed praeterea puto, *animam a supremis dom. osculis reducebant*, ut fugientem retraherent, quasi timerent iam cadaveris sui devorationem. Ita *reducere* pro retrahere poni docuit Heins. ad Ovid. Met. VI, 107, et nos ad Instit. lib. X, cap. 3. BVRM.

Rogabant) *Rogitabant*, Leid. pr.

Quo pietas) *Quem*, Leid. et Voss. omnes, quod cur repudiamus non video, quem pietas a cadavera edendo abstinebat. Ita sup. cap. 1: *Ego me ab hoc abstinere potui*, et sic saepe Livius loquitur, ut *se abstinere*, XXXIV, 35. Ovid. I Art. am., 327: *Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore*. Et passim alii. Vide ad Petron. c. 112. BVRM.

Nemo credebat) *Nemo* deest Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucae, in Leidensi primo, *cedebat* etiam inductum erat.

Comedimus; nostros) *Nostros* non habet Lucas.

vendidimus, et callidissimus legatus vicinae civitati imposuit: plena nunc horrea, bonae rationes, onustae naves sunt; et quo magis gaudeamus tanto bono, pauci sumus: nam quod ad temporis excusationem pertinet, nihil est opinor quod aestuet: in desertum non incidit populum; nec sane fuit, cur festinaret; etiam nunc exspectare poteramus: sola est nostra civitas, quae fame perire non possit. Dissimulaturum me putatis istius patrocinia? confiteor, venit ad ultimum diem: attulit frumentum; gratulemur, quod iam nulla civitas fame laborat. O si vires sufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus residuae vocis exiret, quanta indignatione opus erat, ubi pro omnibus dolendum est? Quod quum ita sit, universi qui adsumus, proclamemus, haec tota concio in unam vocem consentiat, non esset tamen futura par crimini invidia, ut omnes accusemus, quota pars queritur? secum quisque reputet quae tulerit, quid admiserit: plane immanis bellua est, et non tantum necessitatis causa per nefas pastus, qui quod comederit hominem, non irascitur.

Vendidimus) *Vendimus*, Leid. sec. Voss. pr.

Et quo magis) *Ex quo m.*, Leid. sec.

Ad temporis) *Ad tempus*, Colin.

In desertum) *In deserto*, Leid. pr. Francius volebal, *In desertum, non populum incidit.*

Etiam nunc) *Etiam ne*, Leid. pr.

Dissimulaturum me) *Dissimulatorum ne*, Leid. pr.

Istius patrocinia) *Actoris pat.* Lucas.

Vbi pro) Quid si *cui?* Francius.

Quod quum ita sit, universi) Gronovius, *quod quum sit illi qui adsumus, proclamemus.* An, *quod quum fit, illi qui a., pr.* Ita conveniet sequens, *aut omnes accusemus, q. p. queretur.* Sed tamen malim, *quod quum fit, universi, qui adsumus, proclamemus: haec tota concio in u. v. consentiat. Non est futura par crimini invidia, ut omnes accusemus. Quota* etc. SCHVLT. *Ita* non habent Leid. et Voss. omnes, nec Lucas. *Sit* quoque deest Voss. sec. *Aut omnes accusemus*, etiam omnes scripti; ego mallem, *quod quum ita sit, si universi q. a. p., si haec tota c. i. u. v. c. non esset t. f. p. c. invidia. Vt omnes* etc. BVRM.

Tota concio) *Nota concio*, Gryph.

Queritur) *Queratur*, Voss. pr. Lucas.

Necessitatis causa) *Nec. causas*, Leid. pr.

XI. Succurrite dolor et seri vomitus, et ultrix poenitentia: ades longi ieiunii imperiosa necessitas; et vos intus implicitae, si quid potestis, admonete animae, et a ferali ventre prorumpite, dum commissum nefas devoto capite expiamus, et quasi lustrata urbe, feralem victimam violatis manibus mittimus: decent nos tales hostiae. In iudicium perduxi publicum scelus, et infamatae civitati quaero velamentum: nemo non commisit aliquid; habetis tamen, si vultis, unum, et pro omnibus nocentem; reipublicae laesae accuso. Mirari vos certum habeo hanc verbi segnitiem, quum civitas tota consumpta sit, quum populus in se tabuerit, quo perstricta tantummodo patria, et levi, quod aiunt, manu offensa intelligi possit. Sed ferenda est, ut in ceteris, haec quoque rerum naturae iniuria, quod non tam immanibus factis paria verba accommodavit: et

Admovete) *Admonete*, Leid. pr. Voss. omnes, Lucas; et recte, ut ante *succurrite*, *ades*, quae non de auxilio, ut Badius, capio, sed memoria, quasi praesentes succurrite, ades, admonete nos sceleris, et in hac declamatione saepe *succurrere* et *occurrere*, ita posuit. Nam *admovere* ita simpliciter poni posse, non puto. Et hoc formula, *si quid potestis*, notat, quae idem vult, quod alia, *si quis sensus manibus*, et similes formulae. Francius tamen malebat, *huc movete* vel *venite*: et deinde *e ferali*. BVRM.

Decent nos) An *vos?* Francius.

Devoto capite) *Capite* deest Leid. sec.

Perduxi) *Produxi*, Leid. pr. sec.

Quaero velamentum) Ita decl. 13: *Pudoris velamentum*; et hac Declamatione cap. 20: *Mendacii velamenta*. Hic tamen legendum videtur *levamentum*. Quae vox et restituenda l. 52, §. 2, ff. pro socio, et alibi apud Festum, hoc loco sumi videtur pro digna poena, quae lege talionis infligitur, qua nefas expietur, et infamia pensetur, ut apud ICtum pro hostimento, compensatione. SCHVLT.

Hanc verbi segnitiem) *Hanc verbi*, *quum civitas* etc. *Tabuerit segnitem*, Leid. pr. Voss. pr. Est vero rarior locutio, quam capio, ut decl. 3, 4, *Segnem silvam*, quae opponitur uberi; et ita hic verbum non sit satis efficax, non producat quasi ex se significationem huius sceleris.

Quo perstricta) *In quo*, Leid. pr. *Quo perstructa*, Leid. sec. *Perstricta*, est leviter vulnerata.

Et leviter, quod aiunt, manu offensa) Lego: et *levi*, *quod aiunt*, *manu offensa*. Vt apud Ciceronem, *levi brachio*, *molli brachio*. GRONOV. *Leviter*, Leid. pr. Voss. sec. *quo aiunt*. Leid. pr. Voss. pr. sed *levi*, *quod aiunt manu*, rectum est. Vid. ad lib. II Instit. Orat., c. 4. BVRM.

fames nostra, fames dicitur; et cibi nostri, cibi vocantur; et respublica nunc laesa: nec scilicet, nisi peracto legitimo ordine, reus punietur. Omnia, rogo, scrupulose agantur: videte, ut iure irascamur, qui contra ius viximus: immo etiam, si libet, defensionem audiamus, et iam nunc nos moretur. Neget laesam rempublicam; quia plus quam laesa est: non enim discussos alicnius operis angulos, nec recisas lucorum frondes, nec publicarum aedium dispersos parietes obiicimus: ac si videbitur, adiiciet forsitan non esse rempublicam, quae perierit: id enim superest, ut iam hoc nomen exstinctum audiamus: procedet eousque fortasse, ut esurisse nos neget!

XII. Non inficior autem parum proprie hoc legis verbo nefas istius signari non posse: maiores enim ne laedi quidem rempublicam impune voluerunt: ideoque existimo etiam hoc esse comprehensum: nemo autem verebatur, ne absolvi posset crimen lege maius. Quid? quod actionem reipublicae laesae tentat in legem male gestae legationis deflectere? eligit reus crimen, hoc est, noxius crucem optat. Non sustineo, iudices, in tanto animi motu argumenta conquirere; nec impetus irae meae in digitos descendit; hoc tamen scio; non cadit in formulam publicus dolor: nec si adeo iudicibus quid

Laesa nec.) Legendum videtur, *laesa, ne, scilicet, n. p. l. o. r. puniatur. Omnia ergo s. agantur.* Licet et vulgata possit defendi. SCHVLT.

Reus punietur) *Reus non punietur*, Voss. sec.

* *Videte*) *Vide*, Leid. pr.

Scrupulose) *Scopulose*, Voss. pr.

Vt iure) *Et iure*, Leid. sec.

Nos moretur) *Vos moretur*, Leid. sec.

Adiiciet) *Adiicit*, Leid. pr.

Nos neget) *Non neget*, Leid. pr. Voss. sec.

Non inficior) An legendum, *non* (vel *num*) *inficiatur autem parvum pr. h. l. v. istius nefas signari posse?* vel si interrogatio retinenda, lege, *nisi parum proprie.* SCHVLT.

Existimo) *Aestimo*, Leid. pr.

Etiam hoc) *Etiam* deest Voss. pr.

In digitos descendit) *Descendis*, Voss. pr.

passi sunt exciderit, ut has ferant cavillationes non diluentes crimen, sed differentes, populus quoque impunitum nefas sine lapidibus praeteribit. Non praescribes: te accusare malae gestae legationis possum. Age porro, si occisos obiecero homines, non tu es causa mortium? si violata sepulcra, non propter te rogos fraudavimus? sed legatus fuisti; quod tamen ipsum, quid est aliud quam rempublicam tractare? rempublicam autem qui male agit, ut arbitror, laedit. An existimas hanc legatis dari peccandi licentiam, ut quaecumque scelera in eo officio commiserunt, cum his omnibus hac una lege decidant? O nimium invidendam huius legationis conditionem, si tibi et famem remisit et legem! sed erraverim sane, et quia nullum in foro nostro iudicium fuit, desuetudine ipsa iura exciderint: quomodo legem meam effugis?

XIII. Nam nisi malis stupeo, duo sunt omnino, quae

Passi sunt) *Passi sint*, Voss. pr., et ita Francius corrigebat.

Diluentes) *Diluentis*, et *differentis*, Voss. sec.

Non praescribes) Non repelles populum ista tua exceptione; ita leg. 3, §. 1, ff. de praevaric.: ita decl. 13, quoque legendum videtur, *iam privatum veneni praescriptio est*. An vero legendum hic: *Num praescribis, quod te accusare* etc. SCHVLT. *Perscribes*, Leid. pr.

Quam rempublicam tractare) *Quam rem ipsam tractare*, Leid. pr. *Quam rem tractare*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Nihil muta, ita *tractare regna, imperia*, Iust. I, 2; et II, 4.

Rempublicam autem) *Rem autem qui male agit*, et pro var. lect. *tractat*. Leid. pr. *Rem autem q. m. agit*, Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. *Sed rempublicam agere* recte et eleganter dicitur; vide Gronov. IV ob., 14. Ita *imperium agere*, Iustin. lib. XI, 5. BVRM.

Cum his omnibus) An non rectius dixisset, *de his omnibus cum hac una lege decidat*, decidimus enim proprie non cum sceleribus, sed cum iudice, adversario, lege, creditore etc. de debitis et criminibus. Ita paulo post *cum tempestate decide*; vid. Graev. ad Cic. ad Att. I, 8; et Gronov. II Obs., 6. Qui tamen hunc locum adducens, nihil mutat, quare nec nos aliquid movemus. *Decidere cum creditore*, dixit ICtus l. 44, ff. de Pactis. BVRM.

Hac una lege) *Hac vita lege*, Leid. pr.

Quia nullum) *Nullum* deest Voss. pr.

Legem meam) *Legem nostram*, Oxon. quod unde habeat nescio, *lex mea*, est de qua ago, ut *homo meus*, *legatus meus*, et similia; inf. cap. 18.

in eiusmodi crimine quaeri soleant; an laesa sit respublica? an ab eo, qui arguitur, laesa? in quibus si quid tibi fiduciae fuisset, non a criminibus crimina appellares, nec ad alteram poenam transfugeres, sed te ab hac, quae intenditur, tuereris. Dico laesam esse rempublicam: oratione hic opus est, aut reliquorum more accusatorum hoc nunc mihi querendum, quomodo res verbis aggravetur: adeo infirmata est calamitatum memoria! quae si posset excidere, non tamen narranda nobis, sed ostendenda erat ruina publica. Agedum, si videtur, extra portas prospicite squalida arva, et spinis obsitas segetes, et semesos arborum truncos: viduis cultore agris, errant a fame nostra innocentes ferae, inanes villae sunt, et deserta horrea in ruinam procumbunt: nullus inversis aratro glebis campus nitet, nullum solum opere renovatur: iam et in sequentem annum famem timeo. Redite in domos vestras, videbitis noxios focos,

Si quid tibi) *Tibi* deest Voss. pr.

Crimina appellares) *Ad crimina app.* Leid. pr.

Accusatorum) *Accusantium*, Leid. pr.

Infirmata) *Infirma*, Leid. et Voss. omn. *Infamata*, Oxon.

Calamitatum) *Calamitatium*, Voss. sec. Ita et supra declam. 6, et alibi.

Narranda nobis) *Vobis*, Leid. pr. Voss. sec. rectius, ut puto: ad iudices enim sermo est, quibus non opus erat narrare, quae ipsi passi erant, sed si exciderant, ostendenda adhuc praesentia argumentá stragis. Burm.

Squalida arva) *Sq. rura*, Leid. pr. pro var. lect.

Semesos arborum truncos) Mallem, *ramos*. Ita infr. *Destrictos ramis cibos*, et supr. *Ramorum male arentium pallidas frondes decerpsimus*. Nisi ad cortices hic adspectum, ut supra, *campos evulsimus, silvas destruximus*. Id est, ea quae campi, quae silvae esui ubicumque accommodatae erant. Sch. Forte, *ambesos arborum truncos*, ut cortices intelligat. Burm.

Nullis inversis) *Nullus inv.*, Leid. pr. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. et recte, sequitur enim, *nullum solum*.

Nitet) *Viret*, Gryph. Colin. Vidov. quae perpetua fere est horum verborum permutatio. Ovid. Fast. IV, 126: *Vere nitent terrae, vere remissus ager.* Vbi et *virent* quidam codices; et V, 430: *Pictaque dissimili flore nitebat humus*. Virgil. VI, 679: *At pater Anchises penitus convalle virenti Inclusas animas* etc. Et ibi *nitenti* in quibusdam, hic vero *nitet* requirunt sequentia, *inversis glebis*. Burm.

Renovatur) *Innovatur*, Leid. pr. pro var. lect.

et ignes tabo cadaverum exstinctos, et tecta mortibus gravia, quum maxime inferimus in tumulos ossa insepulta, ducimus opertas exsequias, et ad sepulturam residua conferuntur, et tandem cadavera igni permittimus. Vbi vero universas familias fames exstinxit, quae pars maxima est, inanes domus situm ducunt, iacent relictae sine herede sarçinae: invenitur interim clusa domo conditus dominus, si cuius mors famem evasit, quem rimantes non invenere proximi, qui inter suos ultimus decessit. Quo vos mitto? ipsam intuemini concionem, unius deficientis speciem tota civitas habet, cavum macie caput, et conditos penitus oculos, et laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, et destitutas genas, et inanes faucium sinus: prona est cervix, tergum ossibus inaequale, infernis imaginibus similes, foeda etiam cadavera: aut si quis talis non est, confiteatur se usque ad saturitatem comedisse.

XIV. Sua quisque consulat misera praecordia, suum ventrem conscientia gravem. Dic nunc, legate, innocens sum, quod ad illum diem veni: at ego propter te nocens sum, quod ad illum diem vixi. Quae comparata nobis mala, non delicatas lacrymas habent? aliquem populum hostilis exercitus intra portas cogit, solet venire ultima obsessis inopia, sed everti certe licet: victor captivum aut occidet, aut pascet: tormenta quidam piratarum

Mortibus gravia) Francius malebat, *gravida*, ut in fine, *uterum funeribus gravidum*. Sed nihil opus, *gravia* enim sunt plena, referta cadaveribus, ut passim ponitur; mox *ventrem conscientia gravem*; et ita Florus II, 2: *Gravis triumpho classis*; III, 5: *Gravis apparatu belli*, et passim. BVRM.

Ad sepulturam) *Ad sepulturas*, Leid. pr.

Inanes domus situm ducunt) *Inanes domos situs ducunt*, Leid. pr. *In domos situm ducunt*, Voss. pr. An, *inanes domos situs obduxit?* BVRM.

Concionem) *Condicionem*, Leid. pr.

Cavum macie) *Canum*, Leid. pr.

Conditos) *Conditus*, Leid. pr.

Prona est cervix) *Est* deest Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucae.

Cogit) *Coëgit*, Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas.

Aut pascet) Legendum, *aut parcet*.

tulerunt, felices, quibus contigit innocentia. Mors certe finis est, nec saevitia ultra fata procedit: aut etiam si quis adeo hominem exuit, ut ibi poenam quaerat, ubi sensus doloris non inveniat, nempe tamen cadavera feris obiiciet. Circumdati sunt quidam flammis, ipsa tamen poena habuit sepulturam: nos incendii cinerem perdidimus; nostra etiam ruina tabuit: nostra mala non latent; non ignis defunctos cremavit; non ferae laceraverunt; non aves attigerunt; et tamen cadavera mortibus annumerare non possumus: citra spem convalescendi afflicti sumus, immo etiam citra votum. Gravior in dies facti poenitentia est, pudet vitae, lucem ac sidera intueri non audeo, quotidie felices mortuos clamo, et malae conscientiae facibus agitatus, nihil fortunatius in aeterna sede utcumque compositis puto; adeo mors pla-

Vel deest unum membrum, *occidet*, *aut vendet*, *aut pascet*. SCHULT. *Pascet* antiqua scriptura posset sumi, pro *pareet*, vide Festum in *pascito*: et Colv. ad Apulei. IX Met., p. 130. Sed malo hic sumere, pro alet; vid. ad Petron. cap. 57. BURM.

Obiiciet) *Obiicit*, Leid. pr.

Tabuit) Videtur melior lectio *torduit*: *tardescere* enim dixit Lucretius, estque tantundem, ac si diceret dilata est ruina. ALMEL. Male, sensus est, cadavera nostra ab aliis comesa, quae *ruinam* vocat, tabuerunt, et in nihilum redacta sunt; ut non potuerunt in rogis cremari. BURM.

Non latent) *Nunc latent*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Tunc latent*, Leid. pr.

Cadavera mortibus annumerare possumus) Scribe: *et tamen cadavera Morti annumerare non possumus*; quia sc. ipsi consumpsimus, et sic cum morte conturbavimus: non possumus pariare. GRON. Fortassis, *et tamen cadavera mortuis annumerare possumus*, quasi diceret cadavera, licet a feris non sint lacerata, aut ab avibus dilanista, tamen mortuis annumerare possumus, usque adeo macie sunt absumpta. ALMEL. Cl. Schult. ad Senec. Suasor. II, p. 20, legit: *mortuis annumerare non possumus*. Ego nihil muto, idem enim est, quod supra dixit, *mortium ratio non constitit*, quia cadaveribus devoratis, non potuit numerus mortuorum iniri. Male vero *non* omiserunt Gryph. et Leid.: *Nec tamen c. m. a. possumus*, volebat etiam Schult., et ita Oxon. BURM.

Fortunatius) *Fortuno*, Voss. pr. *Fortuna tuis*, Lucas.

In aeterno) *Et in aeterno*, Leid. pr. *aeterna sedes* est sepulchrum, in quo conditos beatos existimat. Male Badius de seda, in qua sedent damnati apud inferos, capit. Vide ad Petron. cap. 71; et hoc vox *compositis*, quae de sepulchro proprie dicitur, ostendit; v. ad Petron. c. 114. *Positis* vero est in Voss. sec. quod et ipsum ver-

cet! iam etiam cibis nostris invideo; praeterita differo; ipsa ex nimia cupiditate nocet abundantia; desideratos diu cibos avide haurimus, et lassam famem saturitate strangulamus: morimur adhuc etiam frumento tuo.

XV. Atqui ceterae reipublicae partes, quae sunt ad usum populi comparatae, et leviore cum damni sensu pereunt, et facile remedium accipiunt, quum reparari possit amissum. Opera restituam; aerarium replebo; naves, arma reficiam: hic vulnus altissime penetrat; hic ipsa vitalia feriuntur, ubi populus ruit, ubi continuis funeribus omnis sexus atque aetas semel sternitur: exhausta est civitas, et desolatae domus; triste florentis quondam fortunae indicium, laxi muri. Quam multi in civitate nostra perierint, quaeritis? minima quidem portio superest, sed etiam ex hoc intelligi potest, esurienti populo satis fuerunt. Plurimum tamen interest, quomodo perierint: felix pestilentia; felix proeliorum strages, denique omnis mors facilis: fames aspera vitalia haurit, praecordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, durissima necessitatum, deformissima malorum: haec ad humile opus nobiles manus mittit; haec alienis pedibus mendicantes prosternit; haec saepe sociorum fidem fregit; haec venena populis publice dedit; haec in parricidium pios egit. Adhuc tamen unum videbatur remedium, non exspectare mortis diem, et tabescentem quotidie spiritum supervenientibus ma-

bum de sepultis dicitur; vid. Barth. ad Stat. VIII Theb., 651; Heins. ad Ovid. III Art., 740. Burm.

Ex nimia cupiditate) *Eximia cupiditate*, Leid. pr.

Lassam) *Laxam*, Leid. pr.

Ceterae) *Cetera*, Leid. sec.

Feriuntur) *Feruntur*, Voss. pr.

Pereunt) *Pereunte*, Leid. pr. sec.

Laxi) *Lapsi*, Voss. pr.

Perierint) *Periere*, Leid. pr. *Perierunt*, Voss. pr.

Superest) *Est*, Leid. pr. Voss. om. Lucas.

Fames aspera vitalia) *Fames valida vel aspera v.*, Lucas.

lis subducere: nam in fame nemo quidem mortis immunis est. At non tua culpa fames coepit, sed vulneratum iugulasti, titubantem stravisti, fumantem incendisti: ne quid inique faciam, divisa sunt mala: primam famem fortunae imputo, ultimam tibi: moram tuam itineribus separo: denique ex eo inopiam tibi obiicio, ex quo propter te tuli: itaque caritas annonae, rarum frumentum, caedes ac direptio pecorum, fuerint fortunae, fuerint anni, fuerint temporum: aliam conditionem habent civium mortes, et cadaverum dira laceratio, et peiores inopia cibi: haec fames iam tua est.

XVI. Puta me in praesenti nihil adiicere, nisi hoc unum, tardius quam potueras venisti: nondum tibi obiicio duplicata tempora, nec remensum toties mare, nec graves ancoras, nondum tantam moram, quanta legationi satis esset. Si innocentes essemus, populum septem diebus perdidisses: angustos humani spiritus terminos fames fecit: morimur, deficimus: festina misericors, omnes excipe auras; etiam si tota secundis flatibus

Mortis immunis est) *Mortibus im. est*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Nihil opus, nam et genitivus iungitur huic nomini; Ovid. IV Trist., 11, 62: *Immunes tanti nec sinit esse boni*; Vellei. Pater. II, 7: *Immunis delictorum paternorum*. Burm.

At non tua) *An non tua*, Leid. pr. *At non tu*, Leid. sec.

Divisa sunt) *Dividenda sunt*, Leid. et Voss. omnes, Colb. Lucas.

Itineribus) Francius volebat, *ab itineribus*. Nihil opus. Vell. Pater. I, 16: *Animalia separata alienis*. Burm.

Tuli) *Tulisti*, Voss. pr.

In praesenti nihil) *Nisi in praesenti*, Voss. pr.

Dira laceratio) *Dira latrocinia* Gronovium maluisse, notabat Schullingius.

Nihil adiicere) *Nihil obiicere*, Leid. pr.

Graves ancoras) *Quid si sacras*, ambigue, vel *graves* nostrae cogitationi. Schult.

Nondum tantam) *Necdum t.*, Lucas.

Si innocentes) *Sic innocentes*, Leid. pr.

Deficimus) *Defecimus*, Voss. pr.

Excipe auras) Velis scilicet, quod Ovidius puellarum tunicis tribuit, III Art. am., 300: *Haec movet arte latus, tunicisque fluentibus auras Excipit*. *Concipere ventum* dixit Quintil. XI Inst., 3. Burm.

tetenderint vela venti, tamen remis adiuva: salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas, omnium nostrum in ista classe navigant animae: iuramus per tuum reditum, effusi per gradus templorum vota suscipimus; tendimus manus: nam quas feriamus hostias, non habemus. Quid spem publicam ad ancoras alligas? non stat interim dies, et plenis velis mors venit. Festina, merita tua non conditores aequaverint, non ipsi dii plus praestiterint: tibi nos, tibi liberos nostros, tibi quidquid homini iucundum est, tibi debemus, quidquid vicinae civitati praestitisti. Non dico illa, quae poteram, puta caeruleus imber in naves ruit; classis inter fluctus latet; nec inter canentes collisarum aquarum spumas vela dignoscimus; egerit ex fundo arenas mare; micant ignes; intonat caelum; scissis rudentibus tempestas sibilat; denique sidus hibernum conditur: tu tamen persevera; frumentum vehis; nihil horum necesse est feliciter naviganti; festina: quererer, si naves commeatu tardasses, dum velocitatis ratio haberetur; mallem accipere dimidium.

XVII. Non delicati sumus, non luxuriae quaeritur abundantia, sed unde spiritum sustineamus, unde mortem differamus in praesentia quantulumcumque: si plus opus fuerit, redibis: siccae fauces sunt, aeger anhelitus

Tetenderint) *Tenderint*, Leid. pr. Voss. pr.

Omnium nostrum) *Omnium nostrorum*, Voss. pr.

Caeruleus imber) *Caerulus*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. parum refert.

Inter canentes) *Inter caussantes*, Victor. *Candentes*, Lucas.

Dignoscimus) *Dinoscimus*, Voss. sec. Gryph. Colin.

Nihil horum necesse est) Lege, *nihil horum necesse est; feliciter navigasti: Festina* etc. Feliciter navigasse apparet, quod saepe remensus sit mare, quod omnes circumvectus oras, quod vicinam civitatem locupletavit frumento, quod duplum attulit etc. quare nihil horum necesse est dicere de tempestate. SCHVLT.

Sed unde) *Sed* deest Leid. et Voss. omnibus. Lucae.

Differamus in praesentia) Forte, *differamus. In praesentia quantulumcumque, si plus opus f. r.* SCHVLT. *Quantulum*, Voss. pr.

ostendit: iam frustra in sinu parentum liberi plorant, et nondum editi conceptus intra uterum famem sentiunt: iam nemo dives est: auras captamus, et rore vescimur, et iam sperare tormentum est, quotidie vires deficiunt: iam non imus in litus, sed redimus: in editis scopulis populus sedet, dum naves exspectat, in pascua non redit: aquas ingredimur, et unus ad te spectantium rictus est, et quum defecerunt omnia, exspirant: te, te exspectantes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt: quoties sole percussa nubes refulsit, navem putamus, quoties fractus vento fluctus incanuit, vela interpretamur. O mobiles miserorum spes! ad unaquaeque solatia, ab unoquoque quomodo nutant? haec certe navis est, ecce vela panduntur, propius appellitur, et accedendo crescit, nostra est, suos in utramque partem ventos habuit, nostris votis gubernati flatus sunt: haec dicimus, at illa interim transvolat: fletus inde et desperatio, et lucis odium: nihil enim gravius, quam destitutae spes torquent. Ne interrogare quidem licuit, aut quaerere nemo applicabat: ergo incerti omnium rerum pependi-

Os tendit) *Ostendit*, Leid. pr. Gryph. Colin. Vidov. *Os tendet*, Voss. sec.

Parentum) *Parentium*, Leid. sec. Ita et lib. I Inst., 2.

Iam nemo) *Iam nemo, nemo*, Luc.

Sed redimus) Gronovium malle, sed *resedimus*, notavit Cl. Schultingius.

Rictus est) *Redditus*, Lucas.

Incanuit) *Incanduit*, Leid. pr.

Ab unoquoque quomodo) *Ab unoquoque commodo*, Leid. pr. unde Gronov. *Incommodo*, Cl. Schult. *Ad unaq. solatia, ad unumquodque incommodum nutant*; vel *mutant*, pro *mutantur*; ut infra, *ad singula momenta temporum mutabantur animi.*

Ne interrogare) *Nec int.*, Voss. pr.

In utramque partem ventos) Badius explicat, in itu et reditu, sed rectius Cl. Schult. ex illo Catulli carm. 4: — — *Laeva sive dextra Vocaret aura, sive utrumque Iuppiter Simul secundus incidisset in pedem*; ubi videndi commentatores, et Salm. Exerc. Plin. p. 112; ubi et poteris videri, quid significent illa, quae paulo post occurrent: *Nihil potuerunt obliquata vela deflectere.* BURM.

Torquent) *Torquet* malebat Francius, sed nihil opus est; et iam Badius hanc elegantiam non ignoravit.

mus, nihil quisquam cognovit: saltem si scire licuisset, ubi frumentum vendidisses, ipsi petissemus: iam quomodo ad singula momenta temporum mutabantur animi? bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos venti ferunt, iam veniet.

XVIII. Pendet interim fames, et illud, quod iamdiu cogitat, differt, ita tamen, ut subinde computet, quot dies ad mortem supersint: nam quid profecit? Meministis, quum contrarii venti flare coepissent, et in altum fluctus a terra volarent, quanta comploratio, quanti planctus fuerint, retinebitur, stabit, laborabit. At, si diis placet, legatus noster tum maxime bene navigabat: nos in hac fortuna, in tam gravi casu, in eiusmodi cogitationibus sumus, tu sinus maris circumis, et per omnes curvatorum litorum ambitus terram legis: sic fit ut te iuvet diu navigare: nullus amoenus praetermittitur portus, nulla celebris civitas invisitata transitur: mentior, etiam ad esurientes applicas. Dein si quam timoris iniuriam quereris, non feram te morantem: quo-

Nihil quisquam) *Nihil quisque*, Leid. pr.

Ad nos venti) *Ad nos iam venti*, Leid. pr.

Iam diu) *Tam diu*, Lucas.

Nam quid profecit) *Nam quidem*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Profuit*, Leid. pr. GRONOV. *Nam nihil quidem profecit*, Schult. *Num quid profecit?* sed Lucas ita distinguit: *Nam quid profecit meministis.* Cum.

Fluctus a terra) *A contra*, Leid. sec. *Ac terra*, Voss. sec.

At, si diis) *Ac, si diis*, Leid. pr.

Circuis) *Circumis*, Leid. pr.

Curvatorum) *Curmatorum*, Leid. pr.

Dein si quam) Malim *denique*; ut Flor. I, 16: *Denique bis floribus vernat.* SCHVL.

Si quam timoris iniuriam) Legendum forte, *dein si quem timorem iniuriae*; ut mox, *timui, ne raperet, et ita utique occupare voluisti, ut nobis iniuriam faceres*, vel capiendum, ut aliquando apud nostrum; sic declam. 10: *a dignitatis dolore secedens*, pro a dignitate doloris; decl. 11: *Iustitia vindictae*, pro vindicta iustitiae; decl. 13: *Mediocritatis infirmitas*, pro infirmitatis mediocritas, vel legendum quis suspicari posset. *Dein quam tu mortis iniuriam verearis*, vel *subverearis*, mortis iniuria metuebatur in undis, ubi animam exstingui credebant. Vox *quam* dicit istius sententiae incertum. SCHVLT. *Si quam temporis iniuriam*, Obrecht.; forte, *si, quam tu maris iniuriam quereris, non feram te morantem, quomodo* etc. Si

modo satis accusabo vendentem? Spiritus nostros transcribis, salutem nostram exponis: quae diu inaestimabilis fuit, innocentiam publicam vendis: frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio: lucro perimus. Tempestas quoque aliquam navem in medium litus impingeret, et ex classe numerosa omnes fluctus exhausisset: periit, periit frumentum, quia classis venit in portum. Ita nos alienae civitati legatum misimus, et vilia ac devota capita vicinorum deliciis morimur: nobis nihil iam residui spiritus superest, nos in conspectu mortis stamus, nos legatum frumentumque nostrum ore aperto exspectamus, classis nostra vecturam facit, et vicinarum civitatum copias reconducit. Paene a con-

ego non desisto a te eriminando propter moram, quam tu in turbatum tempestate mare confers, quanto magis accusabo te vendentem, ad quod nullà tempestas te coëgit, sed aviditas lucri. Si enim tempestatis esset culpa, aliqua navis etiam naufragio in litus eiecta esset, et levasset inopiam, nunc omne frumentum periit, quia tu portum alienae civitatis tenuisti; ceterum, quereris est in Voss. sec. Posset et legi, *tumoris iniuriam.* Vt *tumor* pro superbia, et inde nato tumultu, et ira civitatis, qua ad diripiendum frumentum fertur, capiatur. Vt ita mox cap. 20, de eo agens, *refer nobis iniuriam nostram.* Ita bella *tumere* etc. dicuntur, apud Ovidium, Val. Flacc. Claudianum, ad quos de eo verbo saepius Heinsius, qui et *tumorem* pro ira poni docuit ad Claud. Ep. I, 7, ubi etiam *timor* ante legebatur. BVRM.

Spiritus nostros transcribis) Explicat Badius ex illo Virgilii V Aen., 750, *Transcribunt urbi matres*, ubi de colonis diei notat Servius, de quo vide Gronov. ad Senec. Thyest. 13. Sed rectius a pecunia, quae transcribitur, duci mihi videtur. Vt Servius ad illa Virgil. VII Aeneid., 422: *Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis.* Et ita Ovidius VII Met., 172: — — *Ergo ego cuiquam Posse tuae videar spatium transcribere vitae.* Vide Savaron. ad Sidon. Carm. 2, 463; et Brisson. lex. Iurid. in *transcribere.* Ita *rescribere*, Ter. Phorm. V, 8, et alii; est ergo idem, quod vendis, et ita mox *exponis*, est venalem offers, ut vulgo notum. BVRM.

In medium litus) *In meum*, Leid. sec. Voss. sec. non absurde.

Omnes fluctus exhausisset) *Omnes fructus*, Leid. pr. sec. Voss. pr. sed Cl. Schult. legit, *nec ex c. n. o. fluctus hausisset*, recte, ut puto. BVRM.

Periit) *Perit*, Leid. pr. sec. Voss. sec.

Civitati) *Civitatis*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Nostra vecturam) *Nostram v.* Voss. pr. sec. Leid. prim.

Reconducit) Ignotum lexicographis verbum, non ideo tamen damnandum temere, quamvis latere aliquid ulce-

spectu nostro vela conversa sunt, quantulo minus quam congesti frumenti pulverem vidimus? tantum iam temporis transivit, ex quo pecuniam contulimus, legatum creavimus. Iam dinumeratis temporibus, quae secundi venti breviora fecerunt, quotidie spero, et sane prope est: at legatus meus ad emendum modo proficiscitur.

XIX. Tibi ergo tot civium mortes imputo, tibi stragem populi, tibi liberorum parentumque miserrimas poenas, tibi quidquid passi sumus, tibi, quod gravius est, quidquid fecimus: et, scilicet, speras, ut tantam sceleris invidiam ab animis nostris duplae pecuniae strepitus avertat? nescis quam multa vendideris. Duplo vendidi: itane infelicitas mea negotianti tibi lenocinata

ris putem. An *pretio* vel *mercede conduoit?* Ita Petron. cap. 101: *Onus deferendum ad mercatum conduxit. Hic est enim, cui vecturam debemus.* Vbi vides *conducere* esse de eo, qui pro vectora merces suscipit huc vel illuc vehendas; sic et l. 10, ff. ad L. Rhod. de iactu: *Si vehenda mancipia conduxisti, pro eo mancipio; quod in nave mortuum est, vestura tibi non debetur.* Vide ad Phaedr. IV, 24. *Vecturam* vero facere dictum est, ut *medicinam, scriptum* etc. *facere.* BVRM.

Quantulo minus, quam) Elegans locutio, pro quam fere vidimus? aliquid, sed paululum defuit, ne plane videremus; ita *paulo minus*, Suet. Tib. 26: *Civilem admodum inter initia ac paulo minus, quam privatum egit;* ubi vide Casaub. cap. 39: *Quod paulo minus utrumque evenit.* Id est, evenit, excepta aliqua parte, non omne evenit, sed eius pars; et ita *plus uno*, de quo vide Gronov. ad Liv. V, 30, et Schult. ad Senec. Contr. 27, pag. 579, nos quoque aliquid ad Ovid. I Art. Am., 644, adnotabimus. BVRM.

Congesti) *Comesti*, Leid. et Voss. omnes. *Congesti*, est ex nave in acervum collati.

Frumenti) *Frumentum*, Leid. sec.

Legatus meus) *Meus*, hic non a me legatus, sed quem ego accuso, de quo cum maxime ago, ut ante, *legatus noster.* Ita *Homo meus* apud Phaedr. V, fab. 7, ubi vide, Petron. 41. *Interpres meus*, decl. 10, 14. *Iuvenis meus*, decl. 15, 6. *Tua venefica*, supra cap. 13. *Lex mea* etc. BVRM.

Fecimus) *Facimus*, Leid. pr.

Duplae pecuniae) *Duplex p.* Leid. prim.

Itane) *Ita*, Leid. et Voss. omnes.

Negotianti) *Concionanti*, Leid. pr. Voss. pr. sec. *Concionati*, Colb.; ut infr. 21, *Diu concionatus est*, vel *cotionatus.* Vbi vide Gronovii notas. Sed volgata sana est; mea infelicitas, quia ego egebam, tibi lucrum addidit negotianti, et quasi leno fuit, qui conciliavit emptores: et induxit, ut carius ideo emerent. De verbo *lenocinari* vide Cl. Schulting. ad Senec. Contr. I, pag. 74. BVRM.

est? Quod fame perire cives meos patior; quod ut vestram civitatem servem, meam everto; quod a tam vicinis litoribus classem torqueo; quod ad diem redire non possum, quod pretium constituitis, quod occultum datis? duplum. Patrocinio meo quantulum lucror? at nos inepti ac vesani de fame querebamur, gravis nobis inopia, intolerabilis et misera arcessita mors videbatur. Non agimus gratias industriae legati? respublica nostra locupletior perit: sacrosanctus mercator opportunum, opinor, invenit mercis exactum: miror hercle,

Quod a tam vicinis) *Quod tam v.* Leid. pr. *Quo datum*, Leid. sec.

Quod pretium constituitis, quod occultum datis? duplum) Verba sunt legati, elicicotis ab emptoribns maiorem pecuniam. Non ipsa tantum merx aestimanda est, sed augers pretium debet, quod ea meos defraudo: quod nt vos iuvem, meos eives perdo etc. Pro his igitur, agite, *quod pretium constituitis?* Pergit: *quod occultum datis?* quod scilicet in sinum condam, et non referam in sersrium civitatis. *Duplum patrocinio meo tantum lucror.* Hoc est quod duplum offertur, id me non reddet ditiorem, sed id lucror reipublicae et patrocinio meo, nt nimirum apud illsm excusatus sim. *Occulto* infra componit *apertum: Solent hi negotiatores, praeter aperta pretia, privatum aliquid et proprium stipulari.* De patrocinio etiam: *Sed mihi credite, color iste patrocinii est, et diu in saturo otio cogitata defensio.* Rursus: *Veniit fortasse frumentum lucro, redemptum est patrocinio.* Gron. *Quod prope civium constitit discrimen, quod occultum datis,* Voss. sec. *Quod occulto datis*, Gryph. Colin. Vidov. deinde *quantulum lucro*, Voss. pr. Vnde apparet corruptum esse locum, et longe aliam lectionem fuisse in aliis codieibus. Neque illud *occultum duplum dare* admodum placet. Neque illa diversitas significationis voculae *quod*, qnac aliud notat in prioribus membris, aliud, si legamus, *quod occultum datis.* Forte, *quod prope civium conspicio discrimen, quod ex occulto, quantum datis? duplum. Patrocinio meo quantulum lucror?* ut *duplum* sit responsio vicinornm: et ita distingunnt Lucae et aliae editiones; *ex occulto* referendum ad *conspicio;* quia prope, et ex occulto eonspieio discrimen civium, qusntum datis. Terent. Eun. IV, 7: *Vt, tu illos procul hinc ex occulto caederes.* Sie, *in occulto iacere*, paulum alio sensn, Plaut. Trin. III, 2, 38. Vide Davics. ad I. Caes. de Bell. Gall. I, 31. Burm.

Mercis exactum) Vt Graeci ἐξαγωγήν; sie *exigere fructus* Livius lib. XXXIV, cap. 9. Vbi vide notas nostras. Gronov. *Exactus pecuniae*, etiam auctore Cl. Graevio restitutus est Ciceroni lib. V ad Fam., 20. Cl. Schult. maluisse ideo videtur, *mercedis exactum*, id est praemii, quo inductus erat pnblicam salutem vendere, et *opportunum*, facilem interpretatur. *Mortis exaptum*, Colb. Burm.

si tam bene negotium gesseras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo vendidi: decepisti vicinam civitatem, circumscripsisti, itaque queritur: duplo vendidi; hoc enim unum supererat, ut devectum tantidem venderes: habita est itineris ratio, habita usurarum. Ego vero malo, quod tam magno vendidisti: apparet enim te nihil coactum. Sed si semel ponis hastam salutis, si redemptores vitae admittis, et nos admone: melius vendes: nos quidquid in domibus habemus, quidquid in templis, quidquid civitas suum vocat, congerere parati sumus: frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem vicina civitas polliceatur, plus non potest.

XX. Prosit mihi, quod apud negotiatores solet, in antecessus dedi: triplum, quadruplum, quantum poposceris, accipe, et illa pecunia frumentum licet vicinis afferas: si nobis nihil de commeatu nostro partiris, nos

Duplo vendidi) *A duplo v.* Leid. sec. *O duplo v.* Voss. sec. *Duplo vendidisti, decepisti*. Leid. pr.

Supererat) *Superat*, Leid. prim. Voss. pr. sec. *Hoc enim suum supererat*, Ed. Pith. unde Cl. Schult. *summum*.

Tantidem venderes) Lege, *tanti divenderes*. Haec plena ironiae, ut quae sequuntur, *habita itineris* etc. Omnes numeros mercatoris implesti, vel si ex persona Legati capiendum, habita est in duplo exigando ratio impensarum in iter, usorarum etc. SCHVLT.

Malo, quod) Scilic. frumentom, quod t. m. vendidisti malo, quam illud duplum.

Nihil coactum) *Nihil*, pro non, ita lib. VI Inst., 1: *Nihil vultu commotus*. Vide Barth. ad Stat. IX Theb., 610, et alios. BVRM.

Melius vendes) *M. vendis*, Leid. et Voss. omnes, Lucas.

Ponis hastam) *Potus h.* Leid. pr. *Ponas*, Colb.

Redemptores) *Redemptorem*, Leid. prim.

Addicimus) *Adiicimus*, Lucas.

Remetiamur) *Remetiemur*, Obr.

Dedi) In servitutem scilicet: vulgatius vero est, *in antecessum*.

Et illa pecunia) *Ex illa p.*, Leid. pr. recte, ut puto.

Vicinis) Deest Leid. sec.

Si nobis nihil) An est scribendum, *si nolis*, (vel *non vis*) *nihil de nostro frumento partiaris*, *aut largiaris*. SCHVLTING. *Si nobis nihilo*, Leid. sec. Voss. pr. *Nos vendemus*, id est

vicinae civitati vendemus: liceat servire, ubi frumentum est: non exigua res est, pro vita, pro sepultura, pro innocentia licemur: non potest hic commeatus tam care emi, quam exspectari. Sed nisi vendidissem, inquit, fame laboranti civitati, timui ne raperet: et ita utique occupare voluisti, ut nobis iniuriam tu potissimum faceres. Multum mehercle vos fallit opinio, iudices, si ullam causam ita evidentem deferri posse in forum putatis, cui nulla, ne mendacii quidem, velamenta contingant: opinione sua defenditur: et quae res minime coargui potest, utitur se teste: ne nos periremus, non timuisti; ne repetiti commeatus post diem nostrae mortis applicarentur; non timuisti. Nostris certe malis quamquam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter metus tempestatum, et ancipites incerti maris casus, confiteor, ne frumentum salva classe perderemus, non timuimus. Non dico, ut maxima vis parata sit, ut more immanis latrocinii turba raptorum litus premat, vel repugna, vel fuge, vel roga: incensurum naves depressurumque minitare potius, quam totum frumentum utique populo pereat: partire vel gratis, dum nobis aliquid, quo respiremus, afferas: illud, quo certe nihil asperius accideret, rapi patere: faciat fortuna quod voluerit, legatus a praecepto non recedat.

nos ipsos, ut recte Badius. *Vendemur*, Lucas.

Licemur) *Litigemus*, Victor.

Et ita utique) Francius volebat, *id ita utique.*

Vos fallit) *Suos fallit*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb. et ita fuit in Leid. pr. sed correctum *vos.*

Repetiti commeatus) Clar. Bestius malebat, *recepti.*

Populo pereat) *P. ne pereat*, Colb.

Vt maxima) *Vt maxime*, Voss. sec.

Incensurum naves) Cl. Beslius, qui Londinensem editionem habere *censurum*, notat, cap. 14, de ration. Emend. leges, legit, *roga. Accensurum naves depressurumque minitare. Potius quam t. f. utrique populo pereat, partite vel gratis* etc.

Minitare) *Imitare*, Colb.

Respiremus) *Respiremur*, Leid. pr. Colb.

Faciat) *Faciet*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

A praecepto) Francius volebat, *a praescripto.*

XXI. Refer nobis saltem iniuriam nostram, mitte nuntios: ira famem differemus, rapiemus furentes arma, et se in obsidionem civitatis inimicae sine delectu populus effundet: vastabo interim fines, hoc est, per aliena prata pascar: si qua in villis deprehendero pecora, diripiam, bellum me alet: citius ad frumentum perveniemus, quam tu cum frumento redibis; adiuvabunt pugnantem iusta sacramenta: si contigerit aequum fortunae iudicium, non meos tantum commeatus recipiam: si minus, certe dabitur bene mori. Liceat et manum conserere, in acie confligere: condant se postea licet muris, longius obsidio eat, interim certe hostium potius cadaveribus vivemus: sed nulla vis fuit, nulla exterior iniuria, tuum certe commeatum nemo rapuit: iure miseri sumus, et ex stipulatu legati nostri perimus: vendidit quantum voluit, quanti voluit: et ut hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu concionatus est: omnis cum fide per-

Ita famem) Elegans lectio Leid. pr. et Voss. pr. et Culb. *Ira famem differemus.* Obliviscemur ad tempus prae ira famis, et furentes arma rapiemus. BVRM.

Et se) *Et in obs.* Leid. prim. Cl. Schult. dubitabat an, *se in ultionem*, praestaret.

Sine delectu) *Sine dilectu*, Leid. sec. Voss. pr. *Sine delictu.* Voss. sec.

Per aliena) *Per alia*, Voss. pr.

Perveniemus, quam tu cum frumento) Haec deerant Voss. sec.

In acie) *In aciem*, Leid., et Voss. omnes, Colb. mallem, *acie confligere;* ut *acie concurrere*, Vell. Paterc. II, 70. *Acie fundere*, idem I, 111. BVRM.

Obsidio eat) *Obsideat*, Leid. sec.

Quantum voluit, quanti voluit) *Vendidit quantum voluit, vendidit iudices, potuit non vendere, et ut*, Leid. pr. hoc autem proverbii speciem videtur habere; nam et ita Petron. 143: *Vendidit vinum quantum voluit*; ubi Schefferus et Heins. volunt *quanti.* Sed forte hinc supplendus Petronius, et legendum, *vendidit vinum quantum voluit, et quanti voluit.* Nam primum ad ubertatem et bonum proventum, alterum ad caritatem pertinet, quae nisi concurrant, nullum est lucrum. BVRM.

Fortasse diu concionatus est) Valde placet Salmasii *contionatus est.* Sed de origine ac vi verbi vide, quae scripsimus ad Plauti Asinariam I, 3, 51. GRONOV. Vide Salmas. de Vsuris, p. 345, et seq. Egregie ita explicat *Mercurialem*, apud Horat. II, Sat. 3, 25 Porphyrio, *lucrosum, qui cocio appellatur, omnes enim caciones lucro student.* Recepit et hanc emendationem Obrechtus. Cl. Schult. coniiciebat *auctionatus.* BVRM.

soluta pecunia est. Hoc qui colligo? qui quanti vult, vendit, iudices, potest non vendere: nam, per fidem, si rapere alienum frumentum et possunt, et volunt, quid ita duplam pecuniam solvunt? nam quomodo in magna inopia quidquid emi potest, vile est; ita quum possis habere gratuitum, duplo carum est. Sed mihi credite, color iste patrocinii est, et diu in saturo otio cogitata defensio: non potest similis usquam fames fuisse.

XXII. Nos grave huius anni sidus afflavit, nostrum hoc fatum fuit, quos non tantum sata, sed etiam empta fallunt: qui nostra pecunia, nostra classe, nostro legato, nostro vento, felicissimo cursu, commeatum tamen perdidimus. Nos a frumento longius sumus, ad illam civitatem potuit frequenter accedere negotiator, saepius applicari onusta classis: itaque non misere legatos, nullus illis commeatus longius petendus fuit: quod felicissima annona, affluentibus copiis, fortunatis opibus contingit, nihil emerunt, nisi devectum: quare nulla causa istius, quem fingis, metus fuit, nulla utique vis: forum legisti, et quia adhuc superaret tempus, obiter negotiatus es. Rapturos putavi: quid dicis scelerate? et quum hoc timeres, applicabas? onustus viator apud latrones hospitaris? commeatum publicum in scopulos annonae impingis? et plenae frumento classis ancoras ad famem ducis? Non praecides medium mare?

Qui quanti vult) *Qui quanti voluit*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb.

Non tantum sata) Ita omnes scripti et editi; Leidensis vero inepte *fata*. Proprie enim sata, segetes, agri et similia *fallere* dicuntur, ut vel pueri norunt.

Onusta classis) *Navis*, a. m. pr. Voss. sec.

Contingit) *Contigit*, Leid. et Voss. omnes Colb. Gryph. Colin. Vidov.

Superaret) *Supererat*, Leid. pr. Voss. sec.

Ducis? non praecides) Vtraque insolens locutio: *ducere ancoras*, et *praecidere medium mare*, ideoque corruptum locum et parte sua defectum puto; nam quod Bodius dictum putet, sicut qui praecidendo nemora, viam sibi faciunt, ita qui navibus scindunt obstantes fluctus, praecidere mare, ineptum est; *praecidere* vero

non velut inhospitales syrtes, aut voracem Charybdim praeterveheris? non tota in fugam vela torquebis? nusquam est periculosius legationis tuae naufragium. Tu, ut cogi posses, tu, ut auferri frumentum posset, effecisti : tantum habituri sumus, quantum reliquerit pudor esurientium. Quid te duplo frumentum iactas vendidisse? potuerunt nihil solvere: quod refers, alienum beneficium est. Alterum confingitur hoc loco mendacium: tempestate, inquit, appulsus sum.

XXIII. Ita plane : infelix navigator es, et cuius votis aurae non respondeant? Nescimus te duplo melius navigasse, quam speraveramus? nescimus singulis commeatibus bina itinera confecta? nescimus in una legatione ventos quater secundos? sat erat verbo negare,

ancoras, usitata Ciceroni et aliis est locutio; Cl. Schultingium etiam sollicitum habuit hic locus, sed quae coniecerat iterum induxerat, ideoque non operae est referre, nisi unam eius coniecturam, quae probabilis satis: *Non praecidis? medium en mare.* Sed ego mallem, *ancoras ad famem figis? non praecidis* (nam *praecedis* est in Leid. et Voss. omnibus) *ut medium mare teneas?* vel, *ut in medium mare evadas*; vel simile quid. Sed non plane mihi ipse satisfacio, et si quis vulgatam velit servare, ita explicarem, ut, *ducere ancoras*, sit navem ea mente dirigere in certum locum, ut ibi in ancoris statuamus. *Praecidere* vero *medium mare* sit per brevem cursum et compendium quasi ire recta ad locum petitum; ut opponatur τῷ *legere terram*; et ut supra exprobravit iam legato: *omnes oras maris circum vectum, litora portusque cognovisse*; et, *sinum maris circumire, et per omnes curvatorum litorum ambitus terram legere*; et ita posset illustrari illo Plinii lib. VIII, 22: *Inter auguria* (Lupi) *ad dexteram commeantium praeciso itinere, si pleno id ore fecerit, nullum omnium praestantius.* Et ita omnia *praecisa* dicuntur brevia, concisa, abrupta; v. Vavassor de vi et usu quor. verbor. p. 48. Sed nihilominus omnes scrupuli de hoc loco mihi nondum exempti sunt. BURM.

Non tota) *Non* deest Leid. et Voss. omnibus, Colb. Lucae.

Posses) *Posset*, Leid. sec. Voss. pr. *Posses et tu*, Leid. pr.

Vendidisse) *Vendidisses*, Voss. pr.

Quod referre) *Quid refers*? Voss. pr. sec. Leid. pr. Colb. Lucas.

Confingitur) *Configitur*, Leid. pr.

Ita plane: infelix) Voss. sec. distinguit *ita plane: infelix nav. es.* Francius volebat, *ita sane*; parum interesse puto. Sed sequor tamen Vossiani codicis distinctionem, est enim, ironiae elegans formula, qua et declamatione sequenti bis ita utitur.

quod verbo ponitur: remove hanc spem eludendae mendacio civitatis. Quo damno probas tempestatem? quid amisisti? frumentum certe totum venit in portum, nec laborasti: quamquam nimium onustas naves simulaveris, duplum afferre poterant: non vexata armamenta, turbatosque funes, aut scissos velorum sinus quereris: classis statim exiit, et quod magnum integrae signum est, cito rediit. Porro tempestas in unum agebat angulum, nihil potuerunt obliquata vela deflectere: non potes ultra procedere, citra applica: effuge raptores, effuge non dimissuros: si aliud fieri non potest, cum tempestate decide, naufragio in desertum litus impinge. Quid evitata procella prodest? quid subducta nubibus nimiis classis? in portu naufragium fecimus, et frumentum ad ancoras perdidimus. Ego vero, inquit, attuli, et quidem duplum: o nos felices! rumpamus saturitate praecordia, pascamur in praeteritum, et famem cruditate pensemus. Frumentum attulisti: quid? quod me-

Verbo ponitur) *Verbo opponitur*, Lucas.

Quamquam) *Tanquam*, Leid. et Voss. omnes; distinguit Obrechtus: *laborasti. Quamquam* etc. *Laborare* proprie de illis, qui tempestatibus vexati et in locis periculosis versantur; Horat. I, od. 27: *Quanta laboras in charybdi.* Vide ad Petron. cap. 115. BURM.

Vexata) Proprium de tempestatibus verbum, quod in Virgilio reprehendisse quosdam Gellius II, 6, et Macrob. II, 6 notant; sed et Horatius II, od. 9: *Aut mare Caspium vexant procellae*; Claud. I Stil., 182, de navi: *Nubilus Aegaeo quam turbine vexat Orion*; et ita passim. BURM.

Obliquata) Haec supra cap. 16 illustrata sunt.

Decide) *Decede*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Vide quae modo notavimus, et aptissime omnium ex Iuvenalis Sat. II, 33: *Decidere cum ventis* adscripserat Cl. Schultingius. BURM.

Evitata) *Devitata*, Leid. pr. Voss. om. Lucas.

Nubibus inviis) *Nimis*, Leid. et Voss. om. Luc. Vnde Cl. Schultingius Gronovium, *nimiis* fecisse notat, ut homines impotentes *nimii* dicuntur; vid. Gron. ad Senec. Agam. 84, Heins. ad Claud. bel. Get. 118, 1; et certe *inviae nubes* huc nihil faciunt. An vero *nigris*? BURM.

In portu) *In portum*, Voss. pr.

Crudelitate) *Cruditate*, scripti et Gryph. Colin. Obr. ita saepe in Institutionibus et declamationibus erratum.

dicina mortuorum sera est? quid? quod nemo aquas infundet in cinerem? quid? quod exstincto populo etiam novendialis tarde venit? quid? quod iam ego frumentum non desidero? naufrago tabulam abstulisti, mortuo applicas navem: duplum est, infunde in sepulcra, et admetire tumulis: ibi sunt, qui mandaverunt: quid aliud effecisti afferendo frumentum, quam ut nos, quod adhuc fecimus, poeniteret? nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comedisse.

XXIV. O nefas, in quo me scelere commeatus deprehendit? siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus: quis autem unquam pensabit necessaria supervacuis? duplum attulisti, sed illis, qui perierunt, nihil. Sed non possumus iam non fecisse quod fecimus: sed plerumque sera pro nullis sunt, et temporum ista momentis aut pretiosa fiunt, aut vilia. Vis scire quantum inter hoc tempus et illud intersit? tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio vendere. Superest adhuc unum patrocinium, in quo spes omnis profligatae causae consistat: ad diem veni: state hic certe, iudices, nam ferri non potest, exundat altius dolor, pudorem publicum, quamvis proiectum, et iam olim sepultum, hucusque protrahis? cur non exspectavimus? cur famem non ad constitutum distulimus? cur

Novendialis) *Novendial* malim, ut intelligatur coena, de qua Lipsius ad Tacit. VI ann., 19. SCHVLT. Sacrificulum, qui novendiale sacrum; facit, intelligit Badius. *Novendi alias*, Leid. pr. An, *novendialia tarde veniunt*; vid. ad Petron. 65. BVRM.

Ibi sunt) *Vbi sunt*, Leid. sec.

Adhuc fecimus) *Adhuc facimus*, Leid. pr.

Commeatus) Id est classis frumentum devehens; vide Casaub. ad Suet. Aug. 96. SCHVLT.

Deprehendit) *Deprehenderet*, Voss. pr. *Deprehendet*, Leid. sec. Voss. sec. Lucas.

Paria fecimus) Vide ad declam. 9, 16.

Sera pro) *Sed sera pr. n. sunt et temporum*, Leid. et Voss. nm. *Sed plerumque sera*, et *pretiosa sunt*, Lucas.

State hic) *State hoc*, Voss. sec.

Cur famem nunc ad constitutum diem talimus) Sic nunc passim editur. At olim: *Cur famem non ad constitu-*

ad tantum nefas accessimus? In hac lance publica causa, iudices, pendet, aut iste tarde fecit, aut nos cito: hoc videlicet exspectasti, et ne captiosum esset officio tuo maturius redisse, ex industria tempus trivisti: non tempestas in causa fuit, non vis ulla vicinae civitatis: una ratione moratus es, nondum erat tempus. Adeone nobis miseriae publicae exciderunt? adeo insperato frumento obstupuimus, ut haec audienda sint? ultimum omnis memoriae reum una vox innocentem facit? populatorem eversoremque civitatis nisi ad supremum damnabo, absolvatur: publicus reus rediit.

XXV. Illum, respondet, diem dedimus. Tu tamen,

tum distulimus? Quod mihi multo elegantius; vide Observ. I, 1. Gron. Ita omnes scripti Leid. Voss. Colb. Luc. Gryph. Colin. Vidov. et antiquiores. Sed Coloniensis, Pith. Parei et Leid. depravatam lectionem exhibent, quos miror sequutum Obrechtum. Francius volebat *protulimus*. Sed *distulimus* potest defendi satis ex Liv. XXXIX, 18: *Cogerentur praetores res in diem trigesimum differre*; ubi etiam, ex solemni formula, Gronovius malebat *proferre*, sed nullo codice auctore. Burm.

Hoc videl. exspectasti) Malebat Cl. Schult. *Spectasti.*

Ne copiosum) *Ne captiosum*, Leid. et Voss. om. Colb. Gryph. Colin. Vidov. Colon. Parei. et recte, ut puto, ne quis hoc praetextu accusaret, quod maturius quam debebat rediisset, quasi hac festinatione, ut recte Badius, auram popularem captasset, et ita viam ad Tyrannidem sibi muniret. Burm.

Trivisti) *Tribuisti*, Leid. sec.

Vna vox) *Vna nox*, Gryph. et ita Badius legit; sed male: *una vox* est illa, *ad diem veni.*

Vltimum omnis memoriae) Nec hoc obvium loquendi genus. *Vltimos* quidem saepe pessimos et deterrimos dici invenimus. Ita Liv. XXVI, 6: *Vltimus Campanorum;* XXXIV, 18: *Vltimi militum*, et ita alii; vide Ferrar. I, Elect. 19. Sed *ultimum omnis memoriae*, quis dixerit, praeter huius declamatoris auctorem, non invenio. Cl. Schult. explicabat pro summo, ut ita, *summa* dies contra, pro ultima ponitur; sed nec hoc valde placet. Sit ergo inter singularia declamatoris, ut alia multa, etiam hoc. Burm.

Ad supremum) Forte, *ad supremam*, id est diem mortis, et pro sceleribus letalem. An vero respicit ad horam iudicii? vide Gron. ad Plaut. Asinar. III, 3, 4. Schult. *In supremum*, pro in vesperam usque dixit Iust. XXXI, 2. Burm.

Publicus reus) Ovidius Trist. I, 1: *Et peragar populi publicus ore reus*; Lucas distinguit, *absolvatur publicus. Reus.*

si interpellatus tempestatibus serius venisses, excusares mare, et ambiguos flatus, et tibi bonam causam habere videreris, quum diceres, ante non potui: et nos haec cogitavimus, his casibus ampliavimus tempus: nos illum tibi diem dedimus: sed quia illud citius emisti, quam speravimus, supra votum nostrum navigasti, ad proximum litus mature classis applicata est. Ego tibi possum satis irasci? felicitatem nostram perdidisti: ergo, quantum in te, tempus consumptum est, dies excessit, peius pati nihil possumus, sed pessima diu patimur. Imputa nobis propitios ventos, et secundum mare, et civitatis opulentae liberalitatem, quae tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis satis esset: quantumlibet velocitate tua glorieris, computa, si placet, quando primum conterminos portus onusta classe comprehenderis, quam tarde a vicina civitate venisti. At etiam, si diis placet, animo defenditur, et quam causam vexandae civitatis habuerit, quaerit. Istud ego interrogare debueram: non ubique, iudices, morandum est: alioqui si quid requirere vellem, multa occurrissent. Solent hi negotiatores,

Si interpellatus) *Si* deest Leid. pr.

Excusares mare) Dictum, ut *excusare valetudinem*, et similia, de quibus vid. Vallae Eleg. lib. V, c. 67, et Vorst. ad Iustin. XVII, 7; et Valer. Max. VI, 4, 1. Burm.

Nos illum) *Non illum*, Voss. sec.

Diem dedimus) *Diem redimus*, Leid. pr.

Nos haec) *Nos hoc*, Leid. pr. sec. Voss. sec.

Quia illud) *Quia ad illud*, Voss. sec. *Qui illud*, Leid. sec.

Ego tibi) Volebat Francius, *egone tibi*.

Ergo quantum in te) *Ergo tantum quantum in te*, Voss. sec.

Imputa nobis) *Imputas nobis*, Leid. et Voss. omn. Colb. Lucas.

Opulentae liberalitatem) *Opulentiam*, Leid. pr.

Conterminos portus) *Conterminatos portus*, Leid. pr. Voss. pr.

Comprehenderis) *Comprehendetis*, Leid. pr. *Deprehenderis*, Voss. sec. et haec rarior vocis significatio; *prensam tellurem* a nautis dixit Ovid. II am. 9; Horat. I, od. 14: *Occupare portum*; alii passim, *tenere*, *tangere*, *capere* etc. dicunt. Burm.

Venisti) Malebat Francius, *Veneris*.

Diis placet) *Displicet* Voss. pr.

Hi negotiatores) *Huiusmodi neg.* Leid. pr.

praeter haec aperta pretia, privatum aliquid ac proprium stipulari, utique quum alienam rem vendunt: potest fieri, ut primo lucrari voluerit pretium, serius deinde subvenerit reddendae rationis dicendaeque causae cogitatio: vaeniit fortasse frumentum lucro, redemptum est patrocinio.: potest fieri, ut aliquam gratiam speraverit a civitate servata: occulta quaedam in civitate sua odia, quae plerumque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit.

XXVI. Multa succurrunt; sed (si qua est, iudices, dicenti fides) ego nihil invidiosius reputo, quam quod civitatem suam sine causa perdidit. Quaecumque ratio, quodcumque propositum fuit, audi quae passi sumus, postquam redire potuisti: transeo tormenta nostrae inopiae, maciem corporis, vulsos terra, destrictosque ramis cibos, quod aris altaria non imposuimus, quod po-

Voluerit) *Voluerint*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Lucro) Id est, propter lucrum, *patrocinio*, est propter patrocinium, ut haberet quod sibi patrocinaretur, quare et duplum allatum; Curt. lib. IX, cap. 3: *Non luxuria laboramus, sed bello.* SCHVLT. Vide eundem ad Senec. controv. p. 76.

Redemptum est) *Redempto e patrocinio*, Leid. et Voss. omnes; *redempto est p.* Luc. male. *Redemptum*, hic est iterum emptum; priore vendito, alterum frumentum emit. Ita et supra usus hoc verbo.

Odia habuerit) Hanc locutionem illustravimus ad Petronii cap. 84. BVRM.

Dicenti fides) *Dicendi fides*, Leid. et Voss. omnes, Lucas.

Sine causa) An, *non sine causa*, quia ita quaecumque passa erat civitas et admiserat, sibi adscribere debuerat, quae offenderat iniuste legatum, cuius iusta ultio. SCHVLT.

Vulsos terra) *Vulsos a terra*, Voss. pr.

Destrictos) *Destructos*, Editio Pith. sed monstrum lectionis, iudice Schultingio, qui adscripsit ex Livio XXIII, *Herbis, et radicibus, et corticibus teneris strictisque, rubis vixere*; vide Ampl. Cuper. IV Obs., 5, et Scheffer. ad Phaedr. II, 5. *Destractosque*, Voss. pr. vid. supr. cap. 8. BVRM.

Aris altaria non) *Altaria* deest Leid. et Voss. omnibus. Ascensius explicat, quod aris, quibus inferis diis sacra fiebant, non imposuimus altaria, quibus superis sacrificabatur, quae distinctio quidem inter *aras* et *altaria* notissima est, nescio tamen an hoc velit. Nam quis unquam legit ita factum fuisse? quum vero: *aris imponere honores, victimas, thura, dona* et similia passim dicatur, ego

pulus corporibus suis vias stravit, quod mendicus, quem rogaret, non habuit: non obiiciam tibi famem. O tristis recordatio, o tormentis omnibus conscientia gravior! rumpe ferreum pectus, et ardentia scelera, viventesque intus epulas excute: luctantur intra viscera animae, et uterum funeribus gravidum mortes agunt: credibiles fabulas fecimus, felices miserias, scelera innocentia. Omnes, quascumque clades fama vulgavit, solatia hinc petant: hinc audient occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est Cyclopas, Lestrygonas, Sphingas, aut inguinibus virginis latratum Siciliae litus et quaecumque miser didici domi, comites quaero, hinc argumentum, hinc fidem accipiant. Quaedam

hic tale quid desiderari poto; forte, *quod aris donaria non imposuimus*; haec enim vox etiam in MSS. Locani lib. IX, 516 in *altaria* mutata a quibusdam librariis. Cl. Schult. adscripserat locum Prudentii περί στεφανῶν, quem poto esse ex hymno XIV, 49: *Altaris aram funditus pessumdare*; ubi vide Giselin. BVRM.

Ardentia) Malim, *rodentia*. Nisi ardentia sint ardere cupientia. Ita supra: *aestuant adhuc intra pectus* etc. mox: *meum sane conscientia urunt animum intus scelerum faces*; Senec. Thyest. 1041: *Volvuntur intus viscera, et clausum nefas sine exitu luctatur*. SCHVLT.

Excute) *Discute*, Voss. pr. Leid. pr. Lucas.

Mortes agunt) *In nos agunt*, Leid. pr. *In os*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. Quod capiebat Cl. Schult. ut supra, *tumescere* et *redundare*, dixit; et conferebat Senecam in Thyest. 999; nam eo respiciunt fabulae, quos credibiles fecisse se ait; vide Clariss. Schult. ad Senec. contr. p. 76. BVRM.

Hic audient) *Hinc audient*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colin. Vidov. quod praefert Cl. Schult.

Aut inguinibus) Francius malebat, *sub inguinibus*, ex Ovid. Amor. II, 16: *Nec quae virgineo portenta sub inguine latrant*.

Didici domi, comites) Legam in parenthesi (*ad quaecumque domi didici comites quaero*) dulce scilicet est comites habuisse malorum, quos nunc ex fabulis quaerit. *Domi discere*, ut *domo doctus*, est qui ipse expertus est; Plaut. Merc. II, 3, 20; Milit. II, 2, 37. Nisi pro *domi*, *olim* legendum, et tunc (*comites quaero*) in parenthesi. SCHVLT. *Didici dum mihi comites quaero*, Obrecht. sed ego cum Claris. Schultingio facerem, nec illud *domi* motum vellem; sed mallem, *si quis mentibus* etc. et *quaecumque miser didici domi*, *omnes*, *quaeso*, *hinc argumentum*, *hinc fidem accipiant*; vel *omnes*, *credo*, *hinc* etc. nam *quaero* et *credo*, confundi solere vidimus ad lib. XII Inst., c. 11: *Domi discere*, *domi nasci* et similia illustravimus ad Petron. 38. BVRM.

plane falsa sunt: sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorum viscerum epulas diem vertit: vidit nos vulneribus pastos, et ad eviscerata corpora illuxit. Publice monstra commissa sunt, et inexpiabile nefas uno ore civitas fecit: poenis nostris iam ne fames quidem satis est: hoc non omnes ferae faciunt: et quamvis sensu careant muta animalia, pleraque tamen innocentibus cibis vescuntur, uti quaeque consuerunt.

XXVII. Inter homines etiam si qua alienis membris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abstinent: nec est ulla super terras adeo rabiosa bellua, cui non imago sua sancta sit. Nos, quibus divina providentia mitiores cibos concessit, quibus sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis animisque cernere datum est, visa non ante nos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadaveribus impressimus, et inter horrorem ac famem restrictis labris morsus abrupimus: cadavera rogis de-

Falsa sunt) Quid si, *falsa sint*. SCHVLT.

In ortu suo) *In ortus non*, Leid. sec. Voss. sec. *In ortis non*, Voss. pr.

Vulneribus pastos) Inepte dictum, ut inepte a Badio explicatum, quod vidit Cl. Francius, qui legebat, *cadavere pasti*. Sed legendum, *funeribus pastos* id est cadaveribus, ut *funeribus gravidum uterum*, paulo ante; et mox, *ad funera, tanquam ad naves, concurrimus*; simile mendum sustulimus lib. VI Instit. Orat.; c. 1, ubi vide; et ita contra decl. 258. Obrechtus pro *funus*, recte *vulnus* restituit. BVRM.

Vti quaeque) *Vtique quae*, Leid. pr.

Inter homines etiam si qua) Intelligit mansueta animalia, canes, feles, vel lege: *ut quaeque consuerunt inter homines. Etiam* etc. Ita distinguit Voss. sec. et *quaeque* est quaecumque. SCHVLT.

Super terras) *Supra*, Leid. pr. Voss. sec.

Visa non ante nos) *Iuxta non fecimus*, Leid. pr. *Ius an nos fecimus*, Leid. sec. *Vis annos*, Voss. pr. sec. *Vix animos fecimus*, Colb. *Non annos*, Lucas.

Restrictis) *Restrinctis*, Voss. sec. *Restricta labia*, sunt hic repressa, et quasi retracta a morsu; ita Iuvencus lib. II, 398: *Et mox restricto viguerunt sanguine venae*; et ita *stricta labia*, possent dici, ut *stricti ungues*, el *manus*, paratae ad invadendum, de quibus Bentl. ad Horat. I, od. 6. BVRM.

voluta sunt, et ad funera, tanquam ad naves, concurrimus. Deficit aliquis extremo iam spiritu pendens, tamen durat, quia prius moriturum alterum putat: invicem exspectant: et si spei figuratione tardius cadit, morsibus pugnat. Non in omnibus mortes exspectantur, pater liberos esurit, et oppressa decimo mense mater sibi parit, redit in uterum laceratus infans. Cludunt domos, ne quis funus eripiat: solae sunt divitiae mortium: velut infaustae aves supra exspirantes stamus. Secreta miseri petunt, in solitudinem fugiunt: et ubi nulla spes vitae superest, mortes suas abscondunt: iam morituri ad feras confugiunt.

XXVIII. Dehisce terra, et hanc noxiam civitatem, si hoc saltem fas est, haustu aliquo ad inferos conde. Caelestes auras contaminato spiritu polluimus, et sideribus ac diei graves, invidiam seculo facimus. Nullas iam spero fruges, propitios deos non mereor: quomodo me a scelere meo divellerem? in quas ultimas terras, quae inhospitalia maria conderem? meum sane conscientia urunt animum intus scelerum faces: et quoties facta reputavi, flagella mentis sonant: ultrices video furias,

Concurrimus) *Cacurrimus*, Voss. pr. et ita Francius volueral.

Cadit) *Cadet*, Leid. et Voss. omn.

Ne quis funus) *Ne quis laceratum funus*, Leid. pr.

Exspirantes) *Aspirantes*, Leid. pr. Voss. pr. sec. *Supra sperantes*, Leid. sec. forte, *supra adhuc sperantes*. Sed *super* retinendum; vide ad Phaedr. II, 27; ubi Schefferus hunc locum oportune adducit. BVRM.

Iam morituri) *Iam et morituri*, Leid. pr.

Terra, et hanc) *Terra hanc*, Leid. pr. vide Senec. Thyest. 1013; et ibi Gronov.

Auras) *Aures*, Leid. pr. Voss. pr. *Taures*, Colb.

Diei graves) Ita Senec. Phoen. 7: *Et hoc nefandi capitis aspectu levet Caelum atque terras* —. SCHVLT.

Et invidiam) *Et* deest Leid. et Voss. omnibus; neque opus eo est; adscripsit Schult. illa Ovidii VIII, 296: *O nostri infamia secli* —.

Non mereor) *Non mereri*, Leid. pr.

Sane conscientia) *Sine consc.* Leid. et Voss. omnes, Lucas, quid si *gravi consc.*? Notabat Cl. Schult.

Intus) *Intra*, Leid. pr.

Mentis sonant) Coloniensem habere, *mentis solutae sonant*, notavit et probavit Schultingius.

et in quamcumque me partem converti, occurrunt umbrae meorum: habitant nescio quae in pectore meo poenae: et ne morte saltem hos metus effugiam, occupant gravia apud inferos supplicia, volucris rota, et fugacibus cibis elusus senex: adeo ne apud inferos quidem ulla poena est fame maior; et ille haec patitur, qui hominem apposuit epulandum. Nobis imminet saxum, nobis strident ferreae turres, nostris causis urna iam stetit, nobis vivax ipsum crescit iecur, quia illic quoque viscera tantum aves laniant. Excipiunt nos in proximo litore inhumatae nostrorum animae: miserum me, verane haec sunt, an mens adspicit; laceros video manes, et truncas partibus suis umbras. Quid hoc est? non de sepulcris insurgunt, non aliquo terrarum hiatu procedunt umbrae nostrorum: de populo exeunt. Illuc ite, illi taedas intendite, illum anguibus petite, et tam longae morae exigite rationem: vobis dicat, duplum attuli: vobis dicat; ad diem veni: ego, si huius poenam videro, possum reddere rationem, quod vixi.

Occurrunt) *Accurrunt*, Lucas.

Habitant) *Habitat nescio quae* (*qua* Voss. sec.) *in p. m. poena*, Leid. et Voss. omnes, Lucas.

Occupant) Praeveniunt iam me, et in me irrumpunt. SCHVLT.

Adeo ne) *Non audeo ne apud*, Voss. sec. sed recte Leid. pr. *Adeo ne apud.*

Ille haec patitur) *Ille hoc*, Leid. pr. Lucas.

Epulandum) In Gronovii esse, *diis epulandum*, Schult. notat, quod verum puto.

Stridunt) *Strident*, Leid. pr. Voss. sec. vide Heins. ad Ovid. Met. IX, 161. *Turres* vero apud inferos vidimus, decl. 10, 8.

Vrna) De Belidum urna capit Badius, Cl. Schultingius de *urna*, quam Minos movet apud Virgil. Aeneid. VI, 432, et Horat. II, od. 3: *Omnium versatur urna sors*; et Propert. IV, eleg. ult. dubito; media hic enim inter alia apud inferos poenarum genera ponitur. BVRM.

Verane haec) *Vera haec*, Leid. pr. *Haec vera*, Voss. pr.

De sepulcris) *De sepulcro*, Leid. pr.

Hiatu) *Haustu*, Leid. et Voss. omn. Lucas.

Illuc ite, illi taedas) *Illum taedis incendite*, omissis prioribus, Gryph. *Illuc ite, illuc tedas intendite*, Leid. pr. *Illuc ite, illi tedas incendite*, Voss. sec. *Illuc ite, illum tedis incendite*, Colin. Voss. Sed *intendite* rectum, pro *intentate*, quod frequentius.

DECLAMATIO XIII.

APES PAVPERIS.

ARGVMENTVM.

Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper et dives in agro vicini erant iunctis hortulis. Habebat dives in horto flores, pauper apes. Questus est dives flores suos decerpi ab apibus pauperis. Denuntiavit ut transferret: illo non transferente, flores suos veneno sparsit. Apes pauperis omnes pereunt. Reus est dives damni iniuria dati.

PRO PAVPERE CONTRA DIVITEM.

CAP. I. Credo ego, iudices, plerosque mirari, quod homo tenuis, etiam, antequam, quod habebam, perdidi, pauper, ausus sim iudicio lacessere divitem, utique vicinum, eumque notae impotentiae, expertae crudelitatis, in tantis fortunae viribus perniciosum inimicum, etiam si venena non habeat: neque ipse hoc periculum ignoro, expertus non levi documento, quanti steterit mihi quod semel imperata non feci. Sed neque illud, iudices, damnum tolerabile est pauperi, quum tam parvis etiam divites moveantur: et mihi, quamquam pro-

Hic iterum incipiebat codex Wittianus.

Sit actio) *Fit actio*, Leid. pr. Voss. pr.

Etiam, antequam) Lego: *homo tenuis et iam antequam, quod habebam, perdidi, pauper, ausus sim.* GRONOV. *Perderem*, Leid. pr. Gronovium sequitur Obrecht. Cl. Schult. mallet, *et antequam* etc. *pauper; et antequam*, W.

Vtique vicinum) Id est haud dubie, ut saepe, nisi legendum sit, *undique*. Id est ut mox, *undique vallo divitiarum clusi sumus* et quae ibi plura. SCHVLT.

Impotentiae) *Impatientiae*, Leid. pr.

Perniciosum) Mallem, *periculosum*: nam sequitur, *periculum*. SCHVLT.

Damnum est tolerabile) *Damnum* deest W. Voss. pr.

pe nihil iam relictum est quod perderem, si tamen ista impune sustinenda sint, solatium erit iram potius quam contemptum pati. Nec sane vitae causa iam superest; si ad ceteras humilitatis nostrae contumelias hoc quoque accedat, ut si habemus aliquid, migrandum sit: si perdidimus, tacendum: unum oro, ne cui minor dignitate vestra videatur causa litis meae: ante omnia enim non debetis exspectare, ut pauper magna perdiderim, sed quantulum est, quod abstulerit mihi dives, minus est, quod reliquit: et tamen quis indignatur apes formula vindicari, quum venenis etiam flosculi vindicentur? Quod tamen, iudices, quamquam eversus, et ab omni spe tuendae paupertatis exclusus, aequiore animo tolerarem, si cuius culpae etiamsi iniustam poenam, meri-

Sustinenda sint) *S. sunt*, Leid. pr. W.

Iram potius quam contemptum) Ex communi pauperum sensu, quia semper, ut Terentius ait, Adel. IV, 4: *Quibus res sunt minus secundae, magis sunt, nescio quo modo, suspiciosi; ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter suam impotentiam se semper credunt negligi:* immo etiam bonis, ut Florus ait I, 7: *superbia gravior est ipsa crudelitate*; et Alexandri milites apud Iustin. XII, 12: *Orant, suppliciis suis potius saturet se, quam contumeliis.* BVRM.

Causa iam superest) *Iam* deest Leid. pr.

Si perdidimus) *Si vero perd.*, W.

Omnia enim) *Enim* deest Leid. pr.

Si habemus aliquid) *Aliquid* deest W. et ita *habere* simpliciter positum esset pro possidere, divitem esse, de quo vid. ad Phaedr. fab. 85; sed quia *perdimus* sequitur, retinendum puto. BVRM.

Non debetis exspectare, ubi pauper magna) Scribendum, *at pauper magna perdiderim.* GRONOV. *Vti pauper* Obr. Cl. Schult. malebat, *non debetis id spectare, pauper ut magna, nec quantulum sit, quod*; ut *ironia* interrogantium in *quantulum*, exprimatur. In Leidensi pr. erat, *pauper ut m. p. nec quantulum est. Vt pauper*, Lucas.

Formula apes) Gronovius malebat, *formula hac apes*, teste Schultingio. *Formula*, est actione, iure publico, quum dives non legibus, sed privata auctoritate et impotentia veneno flores, non ad victum, sed ad voluptatem consitos, vindicaret. BVRM.

Quod tamen) *Quid tamen*, Leid. sec.

Animo tolerarem) *Animo omnia tolerarem*, W. Leid. et Voss. omn.

Si cuius culpae) *Si cuius mihi conscius culpae*, W. Leid. et Voss. om. Colb. Lucas, quod probat Cl. Schult. et *cuius* pro *alicuius* positum vult; et legebat ita: *Quae tamen iudices etc, Aequiore animo omnia tolerarem, si cuius mihi conscius culpae.* Sed distin-

tam tamen iram tulissem: sed circumspicienti omnia nihil mihi obiici potest a divite, nisi quod vicinus sum.

II. Est mihi paternus, iudices, agellus, sane angustus et pauper, non vitibus consitus, non frumentis ferax, non pascuis laetus, ieiunae modo glebae, atque humiles thymi, et non late pauperi casae circumiecta possessio: verum mihi vel hoc fuit gratissima, quod non fuit digna, quam dives concupisceret. In hoc ego vitae meae secreto remotus a tumultu civitatis, ignobile aevum agere procul ab ambitu, et omni maioris fortunae cupiditate constitui, et dum molesta lege naturae transiret aetas, vitam fallere: hoc mihi parvulum terrae, et humilis tugurii rusticum culmen aequitas animi regna fecerat, satisque divitiarum erat, nihil amplius velle. Quid prodest? sic quoque me latentem invenit invidia. Nec ab initio, iudices, vicinus divitis fui: pares circa me habitavere domini, et frequentibus villis concors vicinia parvos limites coluit: quod cives pascebat, nunc divitis unius hortus est: postquam proximos quosque re-

gue, *si, cuius mihi conscius* (sc. *essem*) *culpae, etiamsi* etc.

Non frumentis) *Non frumenti*, Voss. pr. recte, vide Heins. ad Ovid. II Amor., 16, 7. Badius etiam iam *Frumenti* maluerat. BVRM.

Humiles) *Humilis*, Leid. sec. Voss. sec. Lucas, ut referatur ad *possessio*; et ita distinguatur, *laetus: ieiunae modo glebae, atque humilis thymi* etc. *possessio*. *Ieiunas herbas* dixit declamatione praecedenti. BVRM.

Vel hoc fuit) Gronovius malebat, *vel haec fuit gratissima, q. n. f. digna ut dives concupisceret*; sed *hoc*, est hanc ob causam, ideo; vide ad Vellei. Pater. I, 9. BVRM.

In hoc ego) *Ego* deest Leid. pr. *In hoc ergo ego*, W.

Mea regna) Alludit, ut saepe in hac declamatione, ad illa Virgilii Ecl. 1: *Pauperis et tuguri congestum caespite culmen, Post aliquot mea regna videns mirabar aristas?* Quod notavit iam Badius. Idem Maro III Georg., 476: *Nunc quoque post tanto videat desertaque regna Pastorum*. Imitatus et Lucanus lib. IX, 458: *Regna videt pauper Nasamon errantia vento*. Et Martialis XII, 57: *Petilianis delicatus in regnis*. Vt Raderus explicat. BVRM.

Vnius hortus est) *Est* deest omnibus Leid. et Voss. Lucae. *Vnus hortus* etiam Leid. pr. sec., et ita Badius legit.

vellendo terminos ager locupletis latius inundavit; aequatae solo villae, et excisa patria sacra, et cum coniugibus parvisque liberis, respectantes patrium larem, migraverunt veteres coloni: et laetae solitudinis indiscreta unitas facta est, postquam ad apes meas divitis fundus accessit. Namque ego, iudices, dum fortius opus permisit aetas, terram manibus subegi, et difficultatem labore perdomui, et invito solo nonnihil tamen fecunditatis expressi: Cito labitur dies, et proclivis in pronum fertur aetas: abiere vires, census meus, defectaque la-

Inundavit) Audacior figura, tanquam diluvio occupavit: malim vero, *proximos quosque inundavit* coniungere, quam *proximos revellenda terminos*, hoc modo, *postquam proximos quosque, revellenda terminos, ager locupletis latius inundavit.* BVRM.

Fortius opus) Malebat Cl. Schult. *Fortior opus permisit aetas*, nec male: opus enim simpliciter rusticos notat labores, vid. super decl. 9 in fine.

Difficultatem labore perdomui) Eo pertinet, quod frequenti et quotidiano labore efficitur, quo minus difficultatem laboris, et ipsam adeo lassitudinem sentiamus, ita difficultas et lassitudo quasi victae et domitae videntur. Plaut. Capt. V, 4, de lapicidinis; *Illic ibi demum est locus, ubi labore lassitudo omnis est exigenda ex corpore.* SCHVLT. Quum varia sit significatio vocum *facilis*, *difficilis* et inde derivatorum, ego hic, cum Bodio, de ipsa terra *difficili*, quae, ut ante dixit, *ieiunae glebae* et sterilis, negabat victum, capere malo, quam difficultatem labore perdomui. Ita capio illa Valerii Flac. VI, 323: *Tu qui faciles, hominumque putasti Has, Argive, domus, alium hic miser adspicis annum Altricemque nivem.* Vbi pluribus haec illustrabimus. Ita *difficile nascitur*, dixit Palladius Ianuar. tit. 7. *Subigere* vero, *domare* et *exprimere*, et similia passim occurrunt de rusticis, qui *imperare* arvis, et illa contra *parere*, dicuntur, in primis apud poëtas. BVRM.

Nonnihil tamen) *Tamen* deest Leid. pr.

Vires, census meus) *Sensus*, Lucas et aliae editiones; perperam, sunt vero per appositionem capienda, ut illa Terent. Phorm. II, 3: *Pauper, cui opera vita erat;* Ovid. III Met., 588: *Ars illi sua, census erat;* infra *quotidianum censum* dicit. Ita et Cl. Schult. cepit, qui et ex decl. 252 adscripsit: *Perdidit honorem pretiosissimum, pauperum censum*, et Senec. contr. 22: *unus Miltiadi census inventus est, Cimon filius.* BVRM.

Defectaque labore senectus) *Defectusque*, Leid. pr. *Defectoque*, Leid. sec. Vass. pr. sec. *Defessaque* hic malebat Gronovius et Cl. Schult. quia durior videtur locutio. Sed egregie illam contra Fabrum vindicantem Schefferum, ad Phaedr. I, 21; vide, ubi et hunc locum laudat. *Senectus defecta labore*, est, quae amplius labori non sufficit, quae propter praeteritos labores est debilis, deficit, et laborare non permittit amplius, idem

bore senectus, magna pars mortis, nihil mihi reliquit, nisi diligentiam.

III. Circumspicienti quod conveniret opus invalidae senectutis curae, succurrebat sequi pecora, foetuque placidi gregis paupertatem tueri: sed ex omni parte circumiectus divitis ager vix tenuem ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam: undique vallo divitiarum clusi sumus: hinc hortuli locupletis, hinc arva, inde vincta, hinc saltus, nullus terrae datur exi-

quod *invalida*, ut mox vocat; similiter, licet de navi vetustate putri et inutili, Val. Flac. II, 285: *Visa ratis, saevae defecta laboribus undae.* Germanic. Phaen. 65: *Haud procul effigies inde est defecta labore.* Et ita in genere *defici* omni re dicimur, qua caremus, quam amisimus, qua non possumus uti, ut mox, *defecta nisu volandi;* vide et Salmas. ad Capit. Maxim. cap. 22, et nihil certe ridiculum magis est, quam, ut Scioppius, et alii saepe fecerunt, locutiones, quae nobis, ex vernaculis linguis omnia aestimantibus, durae videntur, Philosophica quadam ratiocinatione damnare: usus et consuetudo spectanda sunt. Sic et *senectus magna pars mortis* huic agricolae seni dicitur, quia non potest laborare, opus facere, ut iuvenis solebat. Ita nequam ille apud Petronium 129: *Funerata est pars illa corporis*, ubi vide quae notavimus; et eleganter Ovidius III am., 7. *Praemortua membra*, quia iam in iuventute, senectutem sentiebat, et videbat membra praemori, et ita magnam partem mortis experiebatur. BVRM.

Nihil mihi) *Nihil* deest Voss. pr.

Nisi diligentiam) Id est studium tuendae rei familiaris, licet tenuis, et modicae; vide ad Petron. cap. 67. BVRM.

Vix tenuem ad gressus meos) Scribe, *ad egressus meos*. Sic Tacito, *duorum egressus soli*. GRONOV. Probat Schultingius ex seq.: *Nullus terrae datur exitus.* Et firmatur haec lectio ex Wittiano codice, et posset etiam adstrui ex vulgata olim apud Ovidium lectione II Art. Am., 31: *Dixerat haec; sed et haec, et multo plura licebat Dicere: at egressus non dabat ille viro.* Sed ibi rectius *regressus* ex MSS. Heinsius legit: quare et hic melius puto, vulgatum servari, *ad gressus meos;* ut tam angusta semita fuerit, ut vix homini iter esset, nedum pecori; et ita respicit ille distinctionem ICtorum inter *iter*, *actum* et *viam*, de quibus vide Menag. Amoen. iur. c. 36. BVRM.

Quid agimus?) Formula solliciti et inopis consilii hominis. Terent. Eunuch. IV, 7, 41: *Quid nunc agimus?* et ita passim apud poëtas. *Quid agat; quid faciat.* Petron. 73: *Quid facimus homines miserrimi et novi generis labyrintho inclusi.* BVRM.

Arva) *Arma*, *cum vineto*, W.

Nullus terrae datur exitus) Puto *terra*, id est, per terrestrem viam. GRONOV. Recte, ut colorem ex illis Daedali apud Ovidium II Art. Am., 35 et 52, sumpserit: *Aera non potuit Minos, alia omnia clausit.* BVRM.

tus. Quaeramus animal, quod volet; nam quid apibus invenit natura praestantius? parcae, fideles, laboriosae: o animal simile pauperibus! Et sane dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei; est namque positus ad ortus solis hiberni, apricus, omnibus ventis medius: fusus ex proximo fonte rivus, trepidantibus inter radiantes calculos aquis, utrinque ripa virente praeterfluit: satis consiti flores, et viridis quamvis paucarum arbo-

Nam quid apibus) *Quid nam apibus*, Leid. pr. unde Cl. Schultingius *et quidnam*.

Ad ortus solis hiberni) Ita praecipit et Columella lib. IX, cap. 7, alveos collocari: *Ipsa domicilia, quamvis aedificio protegantur, obversae tamen ad hibernum orientem componi debebunt, ut apricum habeant apes matutinum egressum, et sint experrectiores*; vide et Varron. de R. Rust. III, cap. 16. Illud vero quod sequitur, *omnibus ventis medius*, vix capio. Badius exponit, ad quem possunt omnes venti accedere, sed temperati, non importuni, ut solet in regionibus, ubi unus ventus regnat. Sed eum Virgil. IV Georg., 8, sedes et stationem vult poni, *quo neque sit ventis aditus*, et Pallad. lib. I, c. 37: *Statio sit in horti parte secreta, et aprica, et a ventis remota*. Ego credam scripsisse auctorem, *omnibus ventis viduus*, vel *vacuus*, quas voces a librariis saepe in codicibus Ovidii confusas, quum *medius* deprehendi; vid. epist. XIX, 158, 111; amor. X, 2, 1; Trist. III, 92, et alibi. Burm.

Fusus ex proximo fonte rivus) *Fusus proximo*, W.; at hoc, ut plurima, ex Virgilii IV Georg., 18, et aliorum disciplina. Burm.

Crepitantibus) Dubito an satis eleganter *crepitare* aquae dicantur. Si *strepitantibus* legeretur, posset satis defendi ex Horat. IV, od. 12, 3; et Ep. 2, 27. Sed quia agitur de apibus, quibus omnem crepitum et strepitum abesse volunt rei rusticae doctores; quis non amplectatur hic omnium Leidensium at Vossianorum codicum scripturam *trepidantibus*: hoc enim proprium de rivo prono, et cum parvo murmure cursum suum quasi festinante. Horat. II, od. 3: *Et obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo*; I, ep. 10, 21: *Quam cum per pronum trepidat cum murmure rivum*. Et ita de omnibus rebus, quae tremulo agili et inquieto motu aguntur, hoc verbum poni docuit omnis elegantiae arbiter Broukh. ad Tibul. II Eleg., 2, 17; ubi etiam pro *strepitantibus alis*, reposuit, *trepidantibus*. Sic ap. Ovid. XIV Met., 196, pro *elisi trepidant sub dentibus artus*, quidam codices habent *crepitant*. Plura reperies apud diligentissimum Drakenborch. ad Sil. XIV, 310, et quos ille adducit. Burm.

Satis consiti flores) Admodum aestuavit in hoc loco Cl. Schultingius; modo *consitos* explicabat densos, multos, ut et Badius fecit, modo formabat, *prata consita floribus*, nunc, *suaves consiti flores*, et *satis consciti*, quod Gronov. volebat, vel *commixti*, etiam *manu consiti*, ut mox *consitae manu arbusculae*, et nescio quae; nusquam vero acquievit. Nec mihi sen-

rum coma, nascentibus populis prima sedes, unde ego frequenter consertum novae iuventutis agmen ramo gravescente suscepi. Nec me tanta capiebat voluptas, quod fluentia ceris mella conderem, quod ad sustinendas paupertatis impensas deferrem in urbem, quod divites emerent, quam quod adversus omnia lassae taedia aetatis habebam senex quod agerem. Iuvabat aut lenta vimina vernis foetibus texere, et ne aestivus ardor aut hiberna vis gravidam penetraret alvum, hiantes rimas tenaci linere fimo, aut fessis apibus ultro prae-

sus satis patet. Badius *satis* capiebat pro inter *sata*. Forte legendum, *satis consiti floris*; pro *florum*, ut dicat, sufficere flores, quos ipse sevit, apibus. *Consitum* vero *florem* recte dici docebunt notae Heinsii et Drak. ad Sil. X, 533, et Broukh. ad Prop. I, 14; et IV, 3, omnia, quae pueito de semine surgunt, *seri* dici ostendit. Memini al Ampl. Cuperum olim mihi per literas significasse, se credere etiam arbores, quae ex surculis propagantur, *seri* et *conseri* posse dici. Idque ex acuto Siculi illius apud Ciceron. II de Orat., 69, dicto, *amabo te, da mihi ex ista arbore, quos seram, surculos*. Sed ibi malim *feram*, scilicet in meum agrum. Aliter de Senectute 7: *Serit arbores, quae alteri seculo prosint*; sed haec iam nimia. Bvrm.

Consertum) Vt Virgil. II Aeneid., 347: *Quos ubi consertos audere in proelia vidi*. Schvlt. Sed ibi alii *confertos* legunt, nescio an melius: *consertum* enim est densum, de quo verbo in curis secundis latius agit Heins. ad Ovid. XIV Met., 166; ita et apud Stat. VI Theb., 261. Lutatius *Consertos* exponit, *in cohortem densatos*. Bvrm.

Iuventutis) Ita et infra cap. 16, et Columel. IX, 9: *Duces procedunt cum sua iuventute*: unde Horatius traduxit, *recens iuvenum examen*; I od., 35. Bvrm.

Nec me) *Me* deest Leid. sec. *Nec me tantum*, W.

Fluentia ceris) *Fluentia cellis*, Leid. pr. non probo: nam ita *infundere ceris* Phaedr. III, fab. 13; quare *fluentia* ceris, sunt sic abundantia mella, ut effluant ex ceris. Bvrm.

Deferrem) *Differam*, Voss. sec. nil muta: est enim proprium verbum de mercibus, quae venum exponuntur; vide quae Gronovius ad Liv. XXXIV, 9, et nos ad Petron. 12. Bvrm.

Lassae) Malebat Gron. *Lassatae*.

Et ne aestivus) *Et* deest Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas. *Vel aestivus*, Voss. sec. unde Cl. Schulting. *ne vel aestivus*.

Vis gravidam) *Vis grandinis*, Voss. pr. Ceterum haec omnia fere ex Virgilio adumbrata. Manue viri docti in margine Gryph. Ed. malebat, *gravidum penetraret alveum*. Sed aeque *alvum* dici, licet librarii saepe mutaverint in *alveum*, multis docuit summus Gronov. ad Plin. XXI, 12, et Gudius ad Phaedr. III, Fab. 13. Bvrm.

Linire) Lege, *linere*; vid. mox ad cap. 5.

bere mella, aut fugiens examen aere terrere, aut bella sedare pulveris iactu: tum ne quid periculi saltem singulis esset, avidas longe fugare volucres, et arcere parva dictu animalia: reclusas interim scrutari apium domos, ne per vacuas alvos foeda pestis insidiosas texeret plagas.

IV. Dederam laboribus meis iustam senex missionem, habebam quae pro me opus facerent. Quo non penetras livor improbe? quidve scabrae malignitati clausum est? invidit pauperi dives: quum evocasset me subito trepidum, totoque fortunae suae strepitu circumstetisset, Quid tu, inquit, non potes imperare apibus tuis, intra privatum volent? ne hortorum meorum floribus insidant? ne in meo rorem legant? remove, transfer. Impotentissime tyranne, quo? numquid tam latum possideo agellum, ut illum apes transvolare non possint? neque tamen tantum inerat pectori meo robur, ut non perturbarer denuntiatione notae impotentiae: volui relinquere avitos lares, et conscios natalium parietes, et ipsam nutriculam casam, iamque pauperem focum, et fumosa tecta, et consitas meis manibus arbusculas trans-

Parva dictu) *Prava*, W. Francius coniiciebat, *parva victu*.

Foeda pestis) *Saeva*, W. et mox, *Vt intra privatum*, W.

Insideant) *Insidant*, W. Leid. et Voss. sec. melius: ita enim Virg. VI Aeneid., 707: *Vti apes aestate serena Floribus insidant variis*. Ita et legendum ex MSS. apud Lucan. III, 407: *Illis et volucres metuunt insidere ramis*. Nunc *insistere* legitur; ita *sidere* pro *sistere*, *considere* pro *consistere*, de avibus. Vid. Heins. ad Ov. I Met., 307, et II, 63, de confusione vero orta ex verbis *sedere* et *sidere*, et eorum compositis, vide ad Institut. Orat. II, 1. BVRM.

Impotentissime) *Impudentissime*, W. Leid. pr. pro Var. Lect. ita saepe in his declamationibus vidimus turbatum; et ita mox W. habet, *notae impudentiae*.

Numquid) *tam latum*) *Numquid vel latum*, W.

Denuntiatione) *De annuntiatione*, Voss. pr.

Fumosa tecta) Ita pauperum erant, Ovid. V Fast., 505: *Tecta senis subeunt nigro deformia fumo*. Rationem reddidi ad Petron. cap. 135. BVRM.

Consitas m. m. arbusculas) *Consita m. m. arbuscula*, Leid. pr. quod non temere reiiciendum, Gloss. θάμνος *arbuscula*, *arbusculum*; *consitas* an-

ferre destinatus exsul decreveram. Volui, iudices, decedere volui, sed nullum potui invenire agellum, in quo non mihi vicinus dives esset: nec tamen licuit diu quaerere. Forte serenus pura luce fulserat dies, et hilaris matutini solis tepor ad quotidiana opera laetius solito agmen effuderat. Quin ipse spectator operis, praecipua namque haec mihi voluptas erat, processeram, sperans fore, ut viderem quemadmodum aliae libratae pennis onera conferrent, aliae deposita sarcina in novas prorumperent praedas, et quamquam angusto festinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obstaret intrantibus, aliae militaribus castris pellerent vulgus ignavum, aliae longum permensae iter fatigatae anhelitum traherent, haec ad aestivum solem porrectas panderet pennas.

V. Miserum me, ignoscite modo gemitibus meis, non flosculos perdidi, nec caduca folia proximo lapsura vento; apes, quum volarent, suffugium tenuitatis meae, solatium senectutis amisi: nunquam me alias pauperem putavi: triste me excepit exspectatque silentium, et

tem *arbusculas* Columellae lib. IX, 5, debet noster. BVRM.

Transferre) Deest hoc verbum W. et Voss. omnibus, et repetitum videtur ex praecedentibus, *remove, transfer*, et certe quomodo fumosa tecta, et arbusculas transferret, vix capio, quare, eo expuncto, repetatur a praecedentibus *relinquere*. Cl. Schulting. legebat, *destinatus exsul deserueram*, ut sit pro *deseruissem*. BVRM.

Destinatus) *Destinatis*, Leid. sec.

Non mihi) *Mihi* Deest Leid. sec.

Libratis pennis) *Pinnis*, Leid. a m. pr. Solemnis illa permutatio. Hinc posset vulgata apud Ovid. II Amor., 6, 11 adstrui: *Omnes qui liquido libratis in aëre pennas*. Vide de verbo *librare* Cl. Drakenborch. ad Sil. XV, 429, et supra Cl. Schulting. ad decl. 1, 10. BVRM.

Prorumperent) *Prorumperet*, Leid. prim.

Lapsura) *Laxura*, Voss. pr.

Apes) *Vento aspexi: K apes*, Voss. sec. quae litera K saepe in illo codice interposita conspicitur, nec quid velit, potui exputare, sed doceri cupide vellem, an pro *corrige, apes?* ut sit correctoris glossa.

Suffugium) *Effugium*, W. Leid. pr. Lucas.

Exspectatque) Deest W. Voss. pr. sec.

Silentium) Ita paulo post, *noctemque modeste silentio trahunt*. SCHVLT.

inanis alvi inchoata tantum opera, et rudes cerae. Vos, iudices, aestimate quatenus recipiatis hunc affectum meum: Libenter bibissem, si invenissem, venenum. Hoc mihi damnum non brumae glacialis penetrabilis rigor, non suppressi longa siti flores indixerunt ieiunam miseris famem, non aviditas iniusta domini nihil mellis reservantis: non aequalis fessas morbus invasit: non

Penetrabilis) *Penetralis*, W.

Induxerunt ieiunam miseris famem) Lege *indixerunt*. Vt Suetonius Caligula cap. 26: *Ac nonnunquam horreis praeclusis, populo famem indixit.* Deinde turbata videntur membra orationis, sic forte in ordinem restituenda: *Hoc mihi damnum non brumae penetrabilis rigor, non aviditas iniusta domini nihil mellis reservantis?* (hic excidit aut subauditur, *dedit*) *non suppressi longa siti flores indixerunt ieiunam miseris famem: non damnatis* etc. Gronov. Probavit haec Cl. Schult. et *indixerunt* est in Voss. sec. ita decl. 19, 10: *Impatientiae meae velox vulnus indixi*, et vide de eleganti huius verbi usu Gron. ad Senec. Oed. 17. Quae paterna si capere et probare voluisset Gronovius filius, non apud Minut. Felic. c. 17, corrupisset sanam lectionem, *vel quod arandi metendique tempus indicant*, sed ablatus studio obloquendi, ut semper, conspiranti amice cum parente eius Heinsio, quia ille *indicant* praeferebat, etiam patrem oppugnat, quum tamen *indicant* in Minucio necessarium sit: non enim, sicut crepuscula *inducunt noctem*, ita astrologi *inducunt* arandi et metendi tempus, sed *indicunt*, ut solent magistratus indicere festa et similia: calumniam vero puerilem, quasi *indicere* semper amet appositum dativum, discutit ipse Pater, adducto Lucani loco ex lib. IV, 5, 4, *Indixitque nefas.* Quid? non et Suetonius in Claud. 22: *Observavit sedulo, ut quoties terra in urbe movisset, ferias, advocata concione, Praetor indiceret.* Vbi laudant interpretes Macrobii locum I Sat., 16: *Imperativae feriae sunt, quas consules vel praetores indicunt;* cur non et illi *populo* addunt; et quis dubitat, quin millies ita apud veteres occurrat hoc verbum, sed si quis talia in adversaria referret, praevidere deberet huic verbo aliquem controversiam moturum minutarum observationum iactatorem. Ceterum transpositione nihil opus esse puto, si cum W. Leidens. pr. Voss. pr. et sec. et Luca legamus *reservavit.* Hoc modo, *hoc mihi damnum non brumae penetrabilis rigor, n. s. l. s. flores indixerunt miseris* (scilicet apibus) *famem: non aviditas iniusta* (vel *iniusti*) *domini nihil mellis reservavit, non aequalis* etc. Ita omnia plana; scripti vero et editiones Gryph. Colin. Vidov. et aliae distinguunt ita, *Flores induxerunt. Ieiunam miseris famem* etc. Vt repetant *induxit*, sicut fecit Badius. Burm.

Non aequalis) Cl. Schultingius coniiciebat, *non lethalis*, egregio, ut puto, nam quamvis *aequalem morbum* interpretari possimus, pro eo, qui omnes aeque invadit, durius tamen dici puto. Burm.

damnatis sedibus suis avias fuga petiere silvas: apes pauper miser in opere perdidi. Paravit homo nefarius ante omnia tantum veneni, quod posset et divitis hortis satis esse, et livit flores maleficis succis, et in venenum mella convertit: sparsit omnibus floribus mortem: et quanto plura interim corrupit, quam quae apes ab-

In opere) Deest Voss. sec.

Omnia tantum) *Omnia tamen veneni, quod posset in divitis* etc. W.

Lenivit) Non ex usu elegantis latinitatis hoc esse arbitror, sed legendum puto *livit*, nam ita veteres pro *levit*. Vide Diomed. Gramm. lib. I, pag. 359, et Prisc. X, pag. 898, qui *levi* dicit, ab antiquo *leo*, unde *deleo* et *delevi*, et sic differentia esset inter *levi* verbum et *livi* nomen, id est *Livii*, nomen proprium, ut puto: posteriori vero aetate et *linii* et *linivi* dixisse patet ex multum inferiore Grammatices doctore Beda de Orth. p. 2338, et Casaub. ad Spart. Adrian. 4, promiscue *linire* et *linere* dixisse scribit. Voss. de Analog. lib. III, c. 29 *lini* etiam legi posse ex declam. 1, 15 putat: sed illum locum nihil ad hoc stabiliendum facere ibi obiter notavimus. Deinde idem Vir doctissimus *linivi* a *linio* derivat cap. 35, quod tamen verbum nos inferioris aevi et inductis librariorum calamis debere puto; certe apud Colum. VI, 17. In codice S. Germani est, *circumlinendus erit oculus pice*, non *circum liniendus*. Idem paulo ante, pro *circumlinita*, habet vitiose, *circum levata*, pro *circum levigata*, ut Heinsius putat, ego pro *circumlita*; in editione principe Bononiensi est *conlevata*; in Aldina et Gryph. *conlinita*, et ita pro *linire*, *linere* ibidem puto scribendum; sic quoque ex Propert. lib. III, eleg. 10, 11: *Neve tua medicae liniantur caede sagittae.* Profertur, quum omnes, quas vidi editiones, *laetentur* praeferant, nec quidquam mutent editores. Potuissent et ex Columell. XII, 39, adducere: *Passum secundarium statim vasis oblinitis includere.* Sed et ibi optimus codex Sangermanus *oblitis* habet; et ita ubique puto corrigendum, et illud verbum *linire* post obfuscatum linguae latinae nitorem ortum, et confusum cum *lenire* (unde etiam *delinire* pro *delenire*; ut scribendum ducimus ad lib. V Instit., 8 natum) et a librariis multis in locis intrusum: hoc manifestum ex eodem Columell. VI, 26. Vbi quum recte legatur *cinere linenda sunt*, mox, quasi scriptor mundissimus iam excidisset sibi, exhibent, *ulcera ipsa post triduum linire*; ubi in codice eodem MS. est *linere*. Ita etiam in Commeliniana editione lib. XII, 44, *luto liniunt*; et 45 in initio *liniunt mala*, ubi et codex ille, et editiones aliae *linunt* utrobique: et ut finiam, eiiciendum ubique apud Columellam et eius aetatis scriptores illud malae notae verbum, et *linere* ipsi sufficiendum: negleximus etiam apud Fabium lib. I, c. 10, *Circumlinire* confodere; ubi Voss. sec. *circum venire*, forte pro *circum lenire*. Burm.

Succis) *Sucis*, in Leid. pr. Voss. sec. et ita mox *feralis suci*, Leid. pr. Vnde frequens illa huius vocis cum *fucus* commutatio; sed hic *succis* rectum est.

stulissent? Illae studio quotidiani operis excitatae, ut primum aurora lucem vocavit, in assueta miserae pascua volant, ut antequam noctis humorem radii solis ebiberent, matutinos legerent rores, et caelestes aquas ad horreum ferre possent, nec sibi, sed operi biberent.

VI. Hic triste spectaculum, et tantum non ipsi, qui fecerat, miserandum: illa ad primum feralis succi haustum insolito consternata gustu fugit, sed fugisse nihil prodest: illa longiores expetitura pastus, in altum tollitur, vitamque in aura relinquit: haec primo statim flosculo immoritur: illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut haeserat, pendet: alia defecta nisu volandi, adhuc per terram languide repit. Si quas tamen usque ad sedem suam distulit mors lentior, sicut aegrae solent sub ipsis pendere portis, in globum nexas, et mutuo amplexas mors sola divisit. Quis figurare possit, quis dicere, quam multas mali formas, quam varia leti genera fecerint tot mortes? semel, ut ipse tristem fi-

Lucem vocavit) Ita Sen. Herc. fur. 129: *Signum celsi glaciale poli Septem stellis Arcados ursae Lucem verso temone vocant.* SCHVLT. Qui locus opportune adductus coëgit me veterem coniecturam, qua *novavit* reponendum hariolabar, damnare: sic et Ov. I ex Pont., 4: *Memnonis hanc utinam, lenito Principe, mater Quamprimum roseo provocet ore diem.* Et de Gallinaceo lib. I Fast., 456: *Nocte Deae nocti cristatus caeditur ales, Quod tepidum vigili provocat* ore *diem.* BVRM.

Legerent rores) *L. flores*, Voss. sec.

Possent) *Possunt*, Leid. pr. sec.

Fugit) *Fuit*, Voss. pr.

Expetitura) *Experitura*, W.

Relinquit) *Reliquit*, Leid. pr. Voss. pr. sec. veteres vero utrumque dixere, et *vitam relinquit homo*, et *vita relinquit hominem.* Ovid. Ibid. 337: *Sic ubi vita tuos invisa reliquerit artus.* Et pariter *animam reliquit*, et *anima reliquit*, rationem vide apud Servium ad Virgil. III Aeneid., 140. Nimirum, vel quia anima ad alios credebatur transire; et ut morte res et patrimonium relinquimus aliis, ita et animam ad alterum transituram, vel quia corpus est sedes et domus, quam anima relinquit. Pythagoras apud Ov. XV, 158: *Morte carent animae, semperque priore relicta Sede, novis domibus vivant habitantque receptae.* Nepos Eumen. II, 4: *Non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit.* BVRM.

Defecta nisu) *Defecta nixu*, Leid. prim.

Repit) *Repperit*, Voss. pr.

niam expositionem, dicendum est, omnes perdidi: celebre illud alvearium, et domino suo notius ad nihilum recidit. Audete nunc lacessere divitem, quibus vitae causa superest: exserite libertatem fortibus verbis, si quid offenderit, et quod difficillimum fuit, iam expertus est venenum. Quod si mihi fortuna vel ingenii vires, vel suas dedisset, crimen istud non privatam taxationem formulae merebatur. Venenum leges habere, emere, nosse denique vetant, inevitabilem pestem occulta fraude grassantem. Male haeret ibi innocentia, ubi in potestate est secretum scelus, velut venenum, et quidem praesentaneum, inventum, compositum, datum est. Quantulum interest quis biberit? homo dedit, et homini dari potest. Non adeo desunt odiorum causae, ut iam rara simultas sit: et ut videatur aliquis nihil magis, quam malos odisse, libebit aliquando longius manum porrigere, et

Exserite) *Exercete*, Leid. pr. Sic confusa haec verba vidimus ad lib. IV Inst. Orat., c. 1; pro *exercete* tamen facit locus ex decl. 9, 3: *Paupertatis est proprium, quando alia deficiunt, exercere libertatem*, ubi vide quae notamus; *exserere* vero libertatem, est verbis fortibus et liberis eam ostendere, et idem quod Iustinus lib. IX, 4, dicit: *Quoniam rebus nequeunt ulcisci, verbis usurpant libertatem. Fortia verba* sunt plena confidentiae, Prop. I, eleg. 5: *Quum tibi singultu fortia verba cadent.* Ov. IV Met., 652: *Et placidis miscentem fortia dictis.* Ita, licet in alia re, *fortiter dicere* lib. V Instit. Orat., 10. Vbi vide, et centies in his declamationibus. BVRM.

Si quid offendent) Haec obscuriora sunt: puto distinguendum, *exserite libertatem fortibus verbis, si quid offenderit: id quod difficillimum est, expertus est venenum.* Si quid offenderit sc. dives, si in aliqua re tibi nocuit, audete fortibus et liberis verbis uti, ille iam expertus est venenum, ad quod non facile pervenitur; nam nemo repente est sceleratissimus, sed gradibus ad summum scelus venit. *Id* pro *et* Cl. Schulting. olim coniecerat; sed iterum induxerat. *Expertum est ven.* erat in Leid. pr. BVRM.

Non privatae) *Non privatam exactionem formulae*, W. Leid. pr. *Non privata exactione formulae*, Voss. pr. sec. *Non privatae excitationem for.* Leid. pr. *Non privatam actionem formulae*, Gryph. Colin. Vidov.

Haeret ibi innocentia) *Haeret ibi in innocentiam*, Leid. pr. *Haeret tibi innoc.* Voss. pr.

Velut venenum, et quidem) Recidendum pro supervacuo et orationem turbante τὸ *velut.* GRON.

Libebit aliquando) *Libebit tamen aliquando*, W.

Longius manum porrigere) Badius

indulgere animis. Credite mihi, iudices, difficilius est venenum invenire, quam inimicum.

VII. Sed me conscia mediocritatis infirmitas intra meas tantummodo continet querelas: nam damnum, id est, iudices, gravissimum pauper vulnus accepi; quod mihi diutius deflendum apud vos, quam probandum est: nam coarguendis quidem criminibus quis labor est adversus confitentem? habent divites hoc quoque contra nos contumeliosum, quod non tanti videmur, ut negent: porro qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. Longius ista, quam timui, quaestio pervenit: non de praeterito tantum litigamus:

explicat etiam ad bonos veneno tollendos. Vt essel, quomodo illud Helenae apod Ovid. Ep. XVII: *An nescis longas regibus esse manus.* Alio paululum, non multam tamen distante, sensu, dixit Nepos Dion. c. 7: *Nequa quo manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones.* Vbi de rapacitate alienae pecuniae agitur, ita enim Viri docti correxerunt; vide Gebhardum, qui ex simili Curtii loco explical; et Bosius Senecam ita *tendere manus ad proxima quaeque*, dixisse notal: qui et de Vit. Beal. 3: *Scire tantum opus est, quo manum porrigas.* Ovid. IV Trist., eleg. *Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem Nostra suas istuc porriget ira manus.* Vbi legendum *istinc.* BVRM.

Et indulgere) *Et* deest Leid. Voss. pr.

Intra meas) *Intra me has*, Voss. sec. ego mallem, *intra meras t. continet querelas.* Id est solas, non enim accusatoris publici partes mihi sumam. Nam non placet, *me continet inter meas querelas. Merae* querelae sunt solae, ut Ovid. Met. IV, 263: *Rore mero, lacrymisque suis ieiunia pavit.* Pincier. Parerg. IV, 43, et ad Petron. 45 et 61. BVRM.

Damnum, id est, iudices, gravissimum) Continuanda uno spiritu sequens periodus, hoc modo: *nam damnum, (id ast, iudices, gravissimum pauper vulnus) accepi.* GRONOV. Lege, *nam damnum idem, inde gravissimum. Pauper* etc. vel, *damnum illud est, iudices, gravissimum*, vel, *nam damnum quidem iudices, gravissimum pauper et vulnus accepi*, vel, *et gravissimum pauper vulnus ac.* ut in duas quaestiones dividat, an damnum sit, an iniuria datum; vel, *nam damnum (id quidem, iudices, gravissimum pauperi vulnus) accepi*; vel denique, *nam ne damnum quidem, iudices, gravissimum p. vulnus accepi*, quod praefero. SCHVLT. *Non damnum idem iudices* etc. Lucas.

Nam coarguendis) *Nam quo arguendis*, Leid. pr. *Nam coarguendum*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Habent divites) *Habet d.* Lucas.

Longius ista) *Longius ergo ista*, W.

Quaestio pervenit) Fortassis, *pertinet.* Sic apud Livium lib. XXVI:

hoc agitur, ut etiam si quid forte reparavero, iterum diviti liceat occidere. In duas enim, quantum animadvertere potui, quaestiones dividit causam, an damnum sit, et an iniuria datum: negat esse damnum, quod animal liberum, et volucre, et vagum, et extra imperia positum perdiderit: negat iniuria datum, quod in privato suo, quod eas, quae sibi nocerent, exstinxerit: postremo, quod sparso tantum per flores veneno, ipsae apes ultro ad mortem venerint. Vt nihil esset, quod his possem respondere, aequum erat inter vicinos sic agi? sed excutiam singula, nec prius meis argumentis nitar, quam diversa repulero; quoniam quidem quaeritur, an damnum sit perdere, quod lucrum est habere.

VIII. Liberum est animal, puta: non dico foetus meis

Ad plures exemplum, quam calamitas pertinebat. GRONOV. Vid. ad lib. II Inst. Orat., cap. 4.

Reparavero) *Praeparavero*, Laid. et Voss. omnes; perperam tamen: est enim, si novas iterum apes mihi paravero. Ita Alfenus lib. XVI, ff. da in rem verso: *Boves ei dederat, quum hi boves non essent idonei, iusserat eos vendere, et his nummis, qui recepti essent, alios reparari* . . . lege *reparare*, vide ibi Goth. et Duaren. lib. I disput., c. 10. BVRM.

Et extra) *Et* deest Leid. pr. ut esset asyndetum, *vagum, positum extra imperia.* Qualia apud Livium frequentia notavit Gron. ad lib. XXVII, 16, et in bis declamationibus obvia. BVRM.

Exstinxerit) *Exstinxerint*, Leid. pr.

Vt nihil esset) *Vt mihi esset*, Gryph.

Quoniam quidem) *Quandoquidem*, Leid. pr. hic distinctionem puto tollendam, *nec prius meis argumentis nitar, q. d. repulero, quoniam quidem* etc. Hinc sequitur obiectio, *liberum* etc. BVRM.

Lucrum est habere) *Lucrum sit h.*, W.

Animal, puta) In MSS. distinguitur, post *animal*, tum, *puta, non dico* etc. Quod sequutus Obrechtus, sed Gryph. Colin. Vidov. *animal puto. Non dico*, ego sequor codices, sed lego mox, *non dico* etc. *sedens et reservatis* etc. et illud *puta* hic otiosum arbitror, nam post *non dico*, requiritur, ut aliquid sequatur; quod corrigat, ut *sed, verum*, vel simile quid, nisi cum W. Leid. pr. et Voss. pr. *Sed et in tutam*, vel cum Voss. sec. *sed in tutam* legas: sed his missis respondet praecedentibus, et vicem responsionis fungi debet mox sequens *puta.* Vt obiectio sit, *liberum est animal*; non iam dico apes has fuisse domi natas, non feras, sed domesticas; non utar nunc eo argumento; sed *puta*, id est finge, fac esse iam feras inventas a me in cavo arboris, vel petris, non ideo minus in meum ius oc-

manibus exceptos, et in tutam conditos sedem, et reservatis ad supplementa generis favis examen vernaculum, quoniam quidem tyrannorum iura defendis, natos in privato meo: puta me vel inanis arboris trunco, vel cavis inventos petris, domum favos retulisse: multa nihilominus, quae libera fuerant, transeunt in ius occupantium, sicut venatio, et aucupatio: nam ut cetera animalia hominum causa finxerit providentia, quod omnibus nascitur, industriae praemium est. Quid autem non liberum natura genuit? taceo de servis, quos bellorum iniquitas in praedam victoribus dedit, iisdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate natos: ex eodem caelo spiritum trahunt: nec natura vilis, sed fortuna dominum dedit. Cur infrenatis equis victor insidet,

cupatione transiere, quam ferae venatu vel aucupio captae, ex ICtorum autem disciplina bic disceptat: vide §. 14 Iust. de Rer. divisione, et quae ibi commentantur Viri docti. BVRM.

Exceptos) Proprium hoc de obstetricibus, quae de matre cadentes excipiunt, vel parentibus, qui tollunt, vide Bernart. ad Stat. I Theb., 60. BVRM.

Et reservatis) *Et ex reservatis* maluisse Schultingium video.

Aucupatio) *Occupatio*, Edit. Pith. Oxon. et quaedam aliae; male: videtur vero hic poni pro praeda aucupio capta, nam ita *venationem* poni notissimum est: errare vero magnum Casaubonum puto, qui ad Lamprid. Alex. Sever. 37, notat posteriorem latinitatem *venationem* ita distinxisse a *venatu*, ut illa esset praeda, hic actus venandi; rectius Salmas. ad Capitol. Anton. Phil. IV, iam Celsum ita usum *venatione* notat; et Livius iam ante eum pro praeda dixit, lib. XXV, 9, et XXXV, 49. Imo *venatum* pro praeda dixit Plin. X Hist. Nat., 5. BVRM.

Finxerit) *Finxerat*, Leid. pr. Cl. Schult. *finxit*, et *ut*, pro quamvis, capit.

Quod omnibus) *Quod hominibus*, Voss. sec.

Ex eodem caelo) Vid. Petron. c. 71, et ibi notata.

Iisdem legibus) *Idem l.* Voss. pr. *Natis* etiam Lucas.

Eadem fortuna) *Eadem forma*, W. Leid. et Voss. omnes, ut infr. cap. 9, *in ceterorum animalium forma.*

Nec natura vilis) Immo *illis*, servis puta. GRONOVIVS. *Illis*, W. et in Leid. pr. pro var. lectione.

Cur infrenatis e. v. insidet) Haec sequebantur *post necessitate natos* in W. et Luca.

Infrenatis equis victor insidet) Lege *vector*, ut Virgilius: *rapidusque rotis insistere vector*. GRONOV. Ego hic *victor* retineo, quod melius *infrenatis* respondet; cum equis, antea liberis, sed nunc frena pati coactis,

cur iniusto quotidie iugo boum colla deterimus? cur in usum vestium saepe pecori lanae detrahuntur? Taceo de sanguine et epulis per mortem paratis: si omnia, quae libera generantur, naturae demus, desinitis divites esse: si vero haec conditio est, ut quidquid ex his animalibus in usum homini cessit, proprium sit habentis; profecto quidquid iure possidetur, iniuria aufertur, ut volucres mites, et aliae, quae per rusticas villas, quaeque ditibus cellis saginantur, in quibus tamen domini ambigua pos-

Victor, id est domitor insidet? respicere autem puto ad fabulam a Phaedro lib. IV, 3, et aliis narratam. *Victores* autem omnes dicuntur, qui voto potiuntur, ut notum, et notatum nobis ad Petron. c. 112; sic *victor* hic est, qui equum domitum iussit frena pati. Si quid mutari placet, mallem *rector*. Vt pro *vectore* est in MSS. apud Ovid. III art. am., 555, et in optimis codicibus apud eundem lib. I Trist., 111, 115: *Vtque parum validus non proficientia rector Cervicis rigidae frena remittit equo.* Vide plura apud Drakenborchium nostrum ad Sil. Ital. XVII, 138. In utraque autem voce, *victor* et *rector* inest tacita significatio imperii et iuris in equum, quo caret *vector*, ideoque potius nihil mutandum; ceterum *in frenatis* habet Lucas. Cl. Schultingius *infrenatis* pro *frenatis* capit, ut apud Livium saepe. Sed esse dubiam significationem, et pro *frenato* et *non frenato* sumi docet Gronov. ad Liv. XXXVII, 20, hic pro *non frenatis equis*, etiam accepit Badius, et Sylvius ad Cicer. pro Cluent. 6. Sed ego alterum malo, quamvis eodem redeat, quocumque modo capias. BVRM.

Mortem paratis) Scilicet animalium, ut explicat Badius.

Naturae demus) *Reddemus*, Voss. sec. Melius, ut puto.

Homini) *Hominis*, W. Leid. et Voss. omnes, Gryph. Colin. Vidov. Sed praestat vulgata: Cicer. XIV ad Attic., cap. 12: *Quod vero curae tibi est, ut ei suppeditetur in usum copiose, per mihi gratum.* In *usum* vero et *ad usum* dicuntur ea, unde vivimus; vid. Cl. Graev. ad Cicer. V Philipp., 9, et comment. ad Petron. cap. 135. Vt ita *uti*, de quo idem Graevius ad Cicer. II de off., 20. BVRM.

Vt volucres mites) *Vt volucres mutae*, W. Leid. sec. *Aut vol. mutae*, Voss. sec. *Vt vol. mittae*, Voss. pr.

Ditibus cellis) *Ditibus collis*, Leid. sec.

In quibus tamen) Videntur esse transposita verba, quae ita lege, *saginantur: et vaccae et armenta* e. o. *p. genus*, *in quibus tamen domini non ambigua possessio est: sed illa* etc. SCHVLT. *Quibus tantum*, Lucas. Posset retineri vulgata, ut ambiguam possessionem vocet, respiciens ad volucres illas, quae quidem mites et in dominio habentur, quamdiu coërcentur septis et cellis, aut remeant, sed quae ad feram naturam redeuntes, et emanentes iure communi occupanti iterum cedunt, et ita *non certam possessionem* dicit, *dum volant*, de quibus ICti ad Tit. Inst. de Rer. Divis. Praeterea ambigua est possessio, quia illis non imponi potest magister, ut

sessio est, et vaccae, et armenta, et omne pecudum genus.

IX. Sed illa impositus cohibet magister: peiusne domino in iis ius est, quibus, custode non opus est? nam si hoc dicitis, nihil esse nostrum quod perire possit, ex nullius animalis damno haec edi formula potest: nam et errare pecudes solent, et fugere mancipia: si hoc in ceteris non obstat, vagari tu nolles apes, in opus exire, et ad quotidianum censum laboris assidui non detrectare militiam. An non ipsae domum sua sponte revolant, finemque laboris sui sole metiuntur, et omnis intra solitas domos turba conditur, noctemque modesto silentio trahunt? Age porro, ut non sit earum certa pos-

vaccis etc. Sed relinquenda sunt suo ingenio et tuenda, ut de uxoribus dicit Ovidius, loco mox adducendo. Denique pro *et aliae*, mallem legere, *volucres mites et gallinae*, nam quae aliae, quam volucres mites intelligi possint? hanc vero praecipuam speciem volucribus mitibus, subiungit, ut centies solent scriptores. *Et alia*, erat in Leid. pr. *Et animalia*, W. etiam non male. BVRM.

Et armenta) Deest Leid. sec.

Impositus) *Imponitur*, Colb. elegans autem verbum in hac re. Ovid. III Am., 4, 1: *Dure vir, imposito tenerae custode puellae, Nil agis, ingenio quaeque tuenda suo est.* BVRM.

In iis ius est) Pro *in ea*. Sed de hoc loquendi modo agemus post Heinsium ad Ovid. I Amor., 1. BVRM.

Custode non opus est) *Custodi*, Voss. sec.

Peiusne domino) *Peiusne ergo domino*, W.

Nihil esse nostrum) In W. erat, *nihil esse ius* (vel *vis*: nam dubitabat Almel.) *nostrum*.

Quod perire) Hic ponitur pro *abire*, ut nesciamus ubi locorum sit: ut Terent. Adel. IV, 5, *abiit, periit, navem ascendit*. SCHVLT.

Si hoc) *Sic hoc*, Leid. pr. *Si hoc ergo*, W. *Si hoc non obstat vagari, tu nolles apes in opus exire*, Lucas.

Nolles apes) *Apes* deest Leid. et Voss. omnib.

Ad quotidianum censum laboris assidui) Sane militia solebat augere census. Vnde illud: *aut vitem posce libello*. Sed quum intueor τὸ *quotidianum*, malo *pensum*, ut sit *non detrectare militiam*, expeditionem, *ad quotidianum pensum assidui laboris*. GRONOV. *Opus*, Leid. pr. pro var. lect. Cl. Schult. probat vulgatam ex illis, quae supra. *Abiere vires, census meus*: *quotidianum censum* intellige pauperis, qui inde quotidianum victum habebat. Vt mox, in *dominorum reditus ablata supplentur*. Sed nec displicet mihi *pensum*. BVRM.

Detrectare) *Detractare*, Scripti omnes Leid. et Voss.

An non) *At non*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Conditur) *Conditor*, Voss. pr.

sessio, dum volant: nempe quum remearunt, concludi, transferri, donari, venire possunt: in potestate sunt: quomodo autem potest sine damno meo perire, quod quotidie meum est. At extra imperia positum est: mirum hercle, si negato commercio sermonis humani, sunt in ceterorum animalium forma. Tamen, quam dominus dedit, incolunt sedem, lascivientem luxuria fugam tinnitu compescimus: etiam, si diversis regibus coorta seditio ad bellum inflammavit iras, exiguo pulvere, vel unius poena ducis resedit omnis tumor: illa vero admiranda sedulitas, quod operi totus insumitur dies, in dominorum reditus ablata supplentur: age, si obsequi possent, quid amplius imperares? Intelligo his vanis ultra necessitatem esse responsum: si non sunt apes meae, ne id quidem, quod his efficitur, meum est: atqui nulla unquam inveniri potuit impudentia, quae fructus mellis in dubium vocaret: hoc ergo fieri potest, ut quod nascitur, meum sit; quod generat, alienum?

X. Age, si mihi alvi furto abessent, utrum nulla daretur actio? an viminis modo vilisque texti pretium for-

Remearunt) *Remearint*, Voss. pr.

Donari) *Domari*, Voss. pr.

Cotidie meum est) *Meum est cotidie*, Voss. sec.

Mirum hercle, si) Elegans Ironia, et legerem per interrogationem; quid istuc mirum, si in eadem sunt, ac reliqua animalia, formâ? Terent. And. IV, 1: *Tam mirum est, de te si exemplum capit?* et IV, 4: *Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix?* et ita saepe. Burm.

Sunt in forma) Rarior locutio, sed *formam* hic accipio pro conditione, statu, consuetudine. Vt sint similes, non diversae a ceteris animalibus, ita Tertul. Apolog. VII: *Quum vel ex forma omnibus mysteriis silentii fides debeatur*; et hinc forte supra lectio codicum, *eadem forma natos* firmari posset. Est eadem vero ratio loquendi, ac in *formam* provinciae redigere; et hinc *formula* centies apud Livium; vid. lib. XXVI, 24; XXXVIII, 9, et infr. decl. 342. Burm.

Luxuria) *Luxuriam*, Leid. sec. Voss. pr.

Coorta) *Exorta*, Leid. pr., Lucas.

Resedit) *Residet*, Lucas.

Quod his efficitur) *Quod non efficitur*, Voss. pr.

Alvi) *Alvei*, Leid. et Voss. omnes.

Furto abessent) Francius malebat, *furto ablati essent*.

Texti) *Texiit*, Vos. pr. *Texit*, Vos. sec.

mula taxassem? et perinde agerem, quasi inanes perdidissem? nisi fallor, esset aestimatio et apum. An tandem, quas surripere non liceret, liceat occidere? non est damnum quod exutus sum? quod reditus perdidi? quod annuos fructus, praesidia paupertatis amisi? non est damnum id perdidisse, quod, ut proximo utar argumento si habere voluero, emendum est? Quid ergo tibi opus est maleficis succis, quum liceret palam trucidare, et plenos vel cremare igni, vel aquis immergere alveos? an est aliquod animal, quod non liceat nisi venenis occidere? Vt damnum sit, inquit, iure tamen feci, in privato meo: per fidem vestram, iudices, succurrite: exemplo (non sufficit his partibus unus rusticus pauper) obviam publice eundum est, et obiiciendae adversus nascentem licentiam consensu manus: credite mihi, maior lite quaestio est: hoc vobis hodie iudicandum est, ubi scelus facere non liceat: nam cur non hoc idem de homicidio respondeat? cur non de latrocinio? non enim

Et perinde) *Et proinde*, Lucas.

Aestimatio) *Existimatio*, Voss. pr.

Et apum) *Et apium*, Leid. pr. Voss. sec.

Vt proximo) Id est maxime prompto. Aur. Prud. περὶ ςεφαν. 176: *Sed quia profunda non licet luctarier ratione tecum, consulamus proxima.* Id est quae in promptu sont. Apolei. Apol. p. 184: *Nec tu, Claudi maxime, nimium patiens es, et oppido proxima humanitate;* vid. Scip. Gentil. et declam. 329: *Proxima similitudo;* et decl. 331: *Proximo iure utendum est.* SCHVLT. *Proximum argumentum* Apulei. in eadem Apologia dixit. Quod tamen, ut et hic, pro simili argumento capere licet; vide Barth. ad Claudian. II in Rofin. vs. 469. BVRM.

Argumento) *Argumentis*, Voss. sec.

Et plenos) *Et plenas* etc. *Alvos*, Leid. et Voss. omn. Lucas, Gryph. *plenas alveos*, Vidov. *plenas* etc. *Alienos*, W. et Gron. ad Plin. XXI, 12, feminino genere multis locis Plinianis restituit *alvos*; et supra noster dixit *vacuas alvos*. Vid. ad Phaedr. III, 13. BVRM.

Nisi venenis) *Nisi veneno*, W.

Succurrite: exemplo) Legendom videtur, *Per fidem vestram, iudices; succurrite. Exemplo (non sufficit his partibus unus rusticus et pauper) obviam publice eundem est.* SCHVLT. Recte, ideoqoe sic distingui curavimus: ita enim apte, *unus* et *publice* opposita intelliguntur.

Non sufficit his) *N. s. in his*, W.

iure ista, sed modo differunt. Aperitur ingens funeri via, et obluctantia diu legum velut claustris scelera libera porta prorumpunt, si in privatum iura non veniunt, et in manifestissima quaque noxa non de facto quaeritur, sed de loco, non aequa portione cum sceleratis terras divisimus.

XI. Vbi enim non iam divitum privatum est? Parum est proximos aequare terminos, et possessiones suas, velut quasdam gentes, fluminibus montibusque distinguere. Iam etiam devios saltus, et silvas vasta solitudine horridas occupant, tot aquae intra paucorum umbram latent, e finibus suis populus excluditur, nec ullus procedentis finis est, nisi quum et in alterum divitem inciderit. Adhuc tamen spolia transeuntium, et abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebantur, iam privati veneni transcriptio est. Iterum ac saepius, iudices, admoneo, considerate, discite, aut nihil usquam contra ius

Non veniunt) *Non veniant*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

In manifestissimo quaque) *In m. quoque*, Leid. et Voss. omn.

De facto) *De fato*, Leid. pr.

Aequare terminos) *Planos facere* explicat Badius, sed solent *solo aequare* tune dicere veteres, an latet in hoc verbo ulcus? an *involare*, vel simile quid? BVRM.

Possessiones suas) Vide de his latifundiis divitum ad Petron. cap. 48.

Montibusque) *Que* deest W.

Occupant, tot aquae) *Occupant totaque*, Voss. sec. *Occupant totas, atque intra*, Gryph. Colin. Vidov.

Intra p. umbram) *Intra p. umbras*, Leid. pr. *Intra p. umbras iacent*; W.

Procedentis) Forte, *procedendi*. GRONOVIVS.

Iam privati veneni transcriptio est) Forte, *iam privatum venenis transcriptum est*. Si hoc licet, veneficiis assignatum erit passim privatum; passim in privato veneficia exercebuntur; malim tamen, *iam privatum veneni praescriptum est*, id est, si in privato venenum datur, hac exceptione utuntur, in privato dedi venenum; vel, *an privatum venenariis transcriptum est?* SCHVLT. Obscurus locus, quem vix capio. Forte, *iam privati veneno transcriptio est*. *Transcriptio*, ut ad declamat. praeced. vidimus, est translatio dominii, vel pecuniae iam privatum, id est, ager privatus, transfertur ad divites veneno, quasi pretio venditionis. BVRM.

Considerote) *Considerare*, W.

Discite) An, *Consciscite*. Vt saepe apud Livium, aut tune porro lege, *utrum nihil unquam* etc. SCHVLT. An, *considerate discite*, ut *considerate* sit adverbium, de quo ad declam. 1, 1. BVRM.

licet, aut in privato omnia. At enim adversus inferentem damnum iusta ultio fuit: dicam nunc, quam iniqua sit invicem iniuriae compensatio, quamque non solum legi adversa, sed etiam paci. Barbarorum mos est populorum, quos procul omnis iuris humani societate summotos proxima belluis natura efferavit: nos ideo magistratus legesque a maioribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit; et assiduae scelerum causae se refellant, si ultio crimen imitabitur. Damnum accepisti: erat lex, forum, iudex: nisi si vos iure vindicari pudet. At mehercle, iam ad arma mittimur, et instituitur perniciosa nocendi contentio, et in vicem legis ira succedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, et paucorum dominio subiecta plebes triste servitium perferet: est tamen et pauperibus interim dolor: et ut facilius nobis noceri potest, ita vobis latius: postremo placeas licet tibi opum tuarum fiducia, dives, si mihi vivere non expedit, pares sumus.

At enim) *Etenim*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Quam iniqua sit) *Q. in. fiat*, W.

Quamque) *Quam* Leid. sec. *Quam quae*, Voss. sec.

Sed etiam paci) *Etiam* deest Voss. pr. Lucae. Forte, *Dicam, non quam iniqua, s. i. i. c., quam non solum l. a., sed etiam paci*; ut supra, *non dico foetus meis manibus exceptos* etc. BVRMANN.

Barbarorum mos) *Barbarorum hic mos*, W.

Summotos) *Sive motus*, W.

Proxima) *Proxime*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. *Proximas*, Lucas.

Vindex) *Iudex*, W. Leid. et Voss. omnes.

Se refellant) Lege, *se referant*. SCHVLT.

Si ultio) *Si vicio*, Leid. pr. Voss. sec.

Imitabitur) *Mutabitur*, Lucas.

Damnum) *Damni*, Leid. sec.

Nisi si) *Si* aberat Leid. pr. male; vide ad Instit. Orat. III, 10, et alibi saepe.

Iam ad arma) *Si ad arma*; et continuanda periodus usque ad *latius*. SCHVLT.

Premetur) *Premitur*, W.

Obnoxia infirmitas) Id est exposita iniuriis potentiorum, Phaedr. prol. lib. III: *Obnoxia servitus*. Vid. ad decl. 1, 6.

Plebes) *Plebs*, Leid. pr. Voss. sec. Lucas; vide ad Phaedr. IV, 5.

Est tamen etc.) *Et tamen nec*, Leid. pr. Voss. pr. *Est tamen nec*, W.

Placeas licet tibi) Vide ad Petron. 144.

Ita vobis) *Ita nobis*, W.

Si mihi vivere non expedit) *S. m. videre non expedit*, W. Leid. et Voss.

XII. Quid ergo? si quid tibi damni attulissent apes meae, non mihi auferretur ratio, sed forsitan aliqua daretur et tibi: nunc vero quid quereris? credo depopulatos agros, eversosque reditus: non enim debet leve esse damnum, quod dives ferre non possit. Decerpebant, inquit, flores meos: ecquid intelligitis, iudices, quanto dolore dignum sit quod ego perdidi, si etiam hoc damnum est, flores auferre? ita plane: alioqui tu illos in

omn. Colb. *Si m. invidere non expedit*, Lucas. *Si mihi vivere expedit*, Gryph. Coliu. Vidov. Obr. at aliae, male: sensus est, si mortem contemnam, et poenam criminum, nec video mibi otilem esse vitam, aeque tibi nocere, et te occidere possum, ac tu me, pares sumus, et ita cepit Cl. Schulting. hue referens sententiam: *Qui vitam suam contemnit, alienae dominus est.* BVRM.

Non mihi auferretur ratio) *Auferretur* est pro non deboisset aoferri. Dictom ita est, ut *conturbare rationem*, facere ut impedita et intricata sit, nec sibi constet. Contorbatae autem non tantum pauperi, sed et ablatae erant ratiooes, dum aoferuntur at occiduntor apes. Quod nisi factum esset, se forte ait et daturum diviti rationem, et resarturum damnum; deinde pergit, *nunc vero quid quereris*, ablatis mibi apibus et rationibos; est autem delendum, illud *sed;* dio haesitavi in hoc loco; decl. 15, initio: *Beneficii perdidisse rationem.* SCHVLT. Haec obseora, et nondum ad liquidum mihi videntur perducta, sed nihil quidquam, qood satisfacit, melius adferre iam possom. Forte tamen, unica modo litera mutata, legendum: *Quid ergo? si quid tibi damni attulissent apes meae, non mihi adferretur; ratio forsan aliqua daretur et tibi?* elegans enim et freqnentissima bonis auctoribus repetitio illa eiusdem verbi; sensus vero est: Si meae apes decerpendo flores tuos, tibi damnom attulisseut, et tu nullum mihi attulisses, (ot nunc maxime factum est, veneno iis sublatis), aliqua tibi forsan ratio daretur, si velles iure mecum experiri: sed nunc qoid quereris? apes decerpserunt flores brevi periloros, nihil inde etiam abstuleruut, immo iospirarunt odorem mellis, nullum ergo damnum fecisti: ego vero, in apibus, omues opes, praesidia paupertatis, soffugium senectutis amisi: immo qoid damnum quereris, primitias tibi omni vere misi, et qoae seqountur; vel *ratio daretur*, potest capi, pro tecum calculos forte aliquos subducerem, et pro damno floribus, ut contendis, allato, reponerem munoscula favorum, et ita retulissem gratias: *sed* atque *et* eieci, torbant enim sensum, et intrusa a librario, qui *tibi* hic opponi τῷ *mihi* putaret. Neque *et* est in W. *Auferetur* est in Leid. pr. BVRM.

Vero quid quereris) *Vero te quid*, W.

Quod ego) *Ego* deest Leid. pr.

Si etiam) *Si in hoc*, W.

Flores auferre) *Auferri*, W. Voss. pr. Lucas.

vetustatem reservabas, et durarent adhuc, nisi ad hortum tuum apes venissent: cuius rei inveniri potest brevior aetas? namque dum immaturos exterior alligat cortex, nondum dixeris florem: paulatim deinde vividiore succo tumescit uterus, et albentes accipit rimas, necdum tamen flos est: at quum se ruptis iam tunicis in patulum capita fuderunt, et velut fissa in orbem, iamque eorum videtur maturitas, et ignotus occasus est, et iam sine ventis quoque soluta natura, labitur gratia, nec quisquam est flos, nisi novus. Quare si dicerem, abstulere peritura, et quae protinus humi iacuissent, in usus hominum conversa: inauditus tamen livor videretur etiam apibus invidere. Nunc vero disserendum mihi est, quam momentosa sit huius animalis rapina.

Brevior aetas) Vnde *breves flores* Horat. II od., 1; et *breve lilium*, I, od. 36; et de florum brevitate plena Poëtarum et Philosophorum, ubi de angusto aevo hominum agunt, volumina. Burm.

Dixeris florem) *Dixeris flores*, W. Leid. pr.

Vividiore succo) *V. suco*, Voss. sec. *Viridiore suco*, Leid. pr.

At quum se ruptis) *Tum se ruptis*, Voss. sec.

Iamque eorum) *Iamque terrarum*, Voss. pr. Leid. sec. in Leid. pr. ab *et velut*, usque ad *occasus est*, omnia margini adscripta erant a W. et Voss. pr. vero plane aberant. Cl. Schult. legebat, *in patulum fuderunt*, *et capita velut fissa in orbem. Inde protinus occasus est.* Sed ego spuria credo. Nam quid facias tam perplexo et difficili loco: si tamen retinenda, videamus. *Fixa* est in Leid. pr. quae vox quum saepe cum *flexa* commutetur (vide ad Ovid. Ep. XX, 206) legerem, *et velut flexa in orbem exeunt, quae eorum videtur maturitas, iam potius occasus est*, vel, *et velut enixa in orbem*, id est, quae enituntur in locem et terrarum orbem exire. Sed hoc est hariolari. Burm.

Et ignotus occasus est) Suspicor: *et admotus occasus est*, vicinus, propinquus. Gronov.

Et iam sine) *Etiam sine*, Leid. pr. Lucas.

Labitur gratia) *Labitur gratia floris*, Lucas.

Necquisquam) *Necquiquam*, Leid. et Voss. om. *Necquiquam flos nisi novus*, W.

In usus) Badius coniiciebat *in risus*, quia rident homines florum splendorem, qui ubi egreditur, conteritur; risu digna coniectura, quum manifestum sit mel intelligi, quod inde decerptum apes in usus hominum producunt; ita paulo ante cap. 8: *Quidquid ex his animalibus in usum homini cessit.* Burm.

Quam momentosa sit huius animalis rapina) Videtur scripsisse: *quam*

Nescimus qua pernicitate plerumque vix contactis floribus revolet, discurratque per singulos velox experimento: quam etiam ubi immorantur, libratis pendeant alis: quis unquam quod ferentem apem viderat, ubi deesset invenit.

XIII. Quantulum vero est, quod ex his manu consitis floribus legant? Prata, silvaeque, vel maturae fructibus vites, et fragrantes thymo colles, quantum coniectura suspicari potest, pabulum ministrant: non ex omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quaerunt: praesens et quidem protinus illa redditur merces, quod omnibus, quibus insedere, odorem mellis inspirant, et brevi contactu vim sui relinquunt. Hoc tu damnum intelligis? hoc veneno vindicas,

non damnosa. GRONOV. Lege, *quam non onerosa.* SCHVLT. *Momentosa* vox, quam explicat Badius, et ex eo Lexicographi, *quanti momenti sit.* Mihi, si servanda sit, exponenda videtur, quam brevis, quia vix momento insident floribus, inde ad alios transvolantes, ut sequentia indicant. Vt idem notet, quod apud posterioris latinitatis forte auctores, *momentaria*; sed suspecta est, et Gronovii mallem emendationem recipere. BVRM.

Velox experimento) Id est, quae cito experta est, an quaedam mellis faciendi materia sit in hoc vel illo flore. Ita *velox ferro*, Stat. III Theb., 398. *Velox saltu*, Plin. VIII, 34, et alii passim. BVRM.

Vbi immorantur) *Immorabuntur*, Leid. et Voss. omnes, Lucas, Gryph. *Immorabantur*, Colin. Vidov. neminem vero moveat transitus ille ad pluralem numerum, qui auctoribus satis frequens, sed addat hoc aliis exemplis, quae ad lib. IX Inst., 2, produximus. BVRM.

Vel maturae fructibus) *Mel naturae fructibus*, Voss. sec.

Fragrantes) *Fraglantes*, Leid. pr. sec. Voss. sec. *Fraglantibus*, Voss. pr.

Non ex omnibus) *Non omnibus*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Praesens et quidem) *Praesens illa quidem protinus redditur*, W. Leid. et Voss. omnes. Ego vocem illam *protinus* libenter Glossographo redonarem, nam *praesens merces* non aliter, nisi protinus reddi potest, ideoque inexcusabilis tautologia; postea irrepsit in textum, et addita tunc ad angendum particula *et.* BVRM.

Insedere) *Insidere*, Lucas.

Damnum intelligis) Badius capit pro *interpretaris*, quod non quidem absurdum, sed ego malim, *sentis*: an experiris damnum tibi fieri, ex levi illa delibatione florum? Vt contra *intelligere sua bona*, Plinius dixit lib. XIV, cap. 14; Petron. 129: *Non intelligo me virum esse, non sentio.* Vbi vide notas, quo sensu Ovid. III Am., 7, *Sentire* usus est: *Nec iuve-*

quod mehercle inhumane etiam fumo prohibuisses? an non te solus vicinus colui? non frugum mearum primitias omni vere misi? non si quis ceris novis candidior incidit favus, tuis reservatus est mensis, quum parvis mediocritate munusculis illa semper adiiceretur commendatio: hoc tibi mittunt apes meae? puto, relata est mihi gratia. Admonui, inquit, et ut transferres denuntiavi: idcirco contumacem merito punisti: non enim video quid aliud patrocinio tuo conferat haec denuntiatio supervacua, si non licuit tibi facere, quod queror: iniusta, si licuit: iusta aut sine ista, aut ne quum ista quidem valeat: pudoris vero quod velamentum est, male

nem, nec me sensit amica virum. Et *damnum sentire* in ICtorum ore est ex regula ioris l. 203, de R. I.: *Quod quis sua culpa damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.* BVRM.

Adiiceretur commendatio) *Addiceretur*, W. sed nihil mole; hoc vocat Terent. Eunuch. II, 1: *Munus ornare verbis*; et Cic. II de Off., 20: *Augere verbis munus*; Iustin. XV, 1, *Adiicere verborum honorem.* BVRM.

Hoc tibi) *Haec*, Leid. pr.

Relata est) *Est* deest Voss. sec.

Admonui) *Ammovi*, Voss. sec.

Non enim video) *Non enim ideo qui aliud*, Voss. sec.

Supervacua, si non licuit) Hoc aliquo modo tolleres: sed quemadmodum quod sequitur: *iniusta si licuit.* Neque enim iniustum puto quod licet. Potius: *supervacua, si licuit, tibi facere, quod queror, iniusta, si non licuit.* Nec vero est, ad quod commode referas τὸ *valeat*, nisi fortasse *quod queror.* Suspicabar aliquando: *Non enim video, quid aliud latrocinio tuo conferat haec denuntiatio, supervacua, si licuit tibi facere quod queror; iniusta, si non licuit: aut sine ista, aut ne cum ista quidem valent;* id est, excusatum sit tuum latrocinium. GRON. Lego, *denuntiatio supervacua: si non licuit tibi facere quod queror iniusta, si licuit iusta: at ut sine ista, aut ne cum ista quidem valeat.* Supervacuo erat, quia si male fecit, iniusta fuit, et nihil potuit efficere, si recte; non desiderabatur. Vel lege, *non enim v. q. a. p. t. conferat. Sed haec denuntiatio supervacua est, si non licuit tibi facere quod queror; iniusta si licuit; iusta causa sine ista, ne quum ista quidem valeat.* SCHVLT. *Conferat haec denuntiatio, supervacua si non licuit tibi facere quod queror, iusta si licuit; iusta autem ultio sine ista aut ne cum ista quidem valeat*, Gryph. Colin. Vidov. *Nisi quod*, Gryph., *aut ne ista quidem*, in W. erat *valuit; quidquid queror*, Lucas.

Aut sine) *Vt sine*, W. Leid. pr. sec. Lucas, qui et mox *ac ne.*

Aut ne cum ista) *Ac ne c. i.* Leid. prim.

Male audere) *Male audire*, Vossianus et Gronov. et Lucas. Sed et *culpam defendere superbia*, scriben-

audere, culpam defendi superbia? An tandem tuas pecudes quamvis diffusa stabula non capient, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arva sulcabis, et ad excolendos agros procedet ignota etiam villicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamen invidebimus, nec quisquam tam grave putabit sibi istud fortunae tuae pondus: nos si paucas apes intra angustias pauperis horti composuimus, quae tamen vobis mella faciunt, id prorsus indigne ferendum est? et, quod nunquam fando cognitum est, vicinus diviti pauper molestus est?

XIV. Adeo parum est, plurimum possidere, ut quum servis quoque vestris habere peculium liceat, invidiosum nobis putetis, quidquid egestatis nomen excesserit? tantone his, in hac, ut putamus, aequissima libertate, le-

dum videtur; pudorem accipio turpitudinem, vel pudendum facinus. Vt *pudor est nil discere velle;* quum esset in infamia et male audiret dives, ita velabat dedecus, ut superbia se defenderet, quae in eo erat, quod vicinum, toto fortunae circumstans strepitu, insserat transferre opes. Vel pudor hic sistat impudentiam divitis, qui tali velamento male audiens utebatur. Forte et *levamentum*, ut et alibi haec vox est corrupta: vel an legendum, *pudoris numquid velamentum est male audire culpa, defendi superbia.* SCHVLT. *Male audire*, W. Leid. prim. Voss. sec. qui et *culpa defendi* habet.

An tandem) *Aut tandem*, Leid. pr. sec. Voss. pr. *Aut intondem*, Voss. sec. *Aut* Badius etiam repperit, sed mutavit in *an. a tandem*, W.

Diffusa) *Defuso*, Voss. sec.

Capient) *Capiant*, W.

Arvo sulcabis) *Arva siccabit*, W. Leidens. prim. Voss. pr. sec. Lucas.

Villicis familia) *Mallicitis familiarius*, W.

Populi annona) *Populis an.* Leid. prim.

Nec tamen invidebimus) *Nec tamen etiam videb.* W.

Tam grave) *Tamen grave*, Obrech. Francius volebat *iam grave.*

Quae tamen vobis) *Quae tamen nobis*, Leid. pr. Voss. pr. Lucas.

Indigne ferendum) *Indignum ferendum*, W. Leid. et Voss. omnes, Lucas. Vnde Cl. Schult. legebat, *indignum, nec ferendum est.*

Invidiosum nobis) *I. vobis*, W.

Tantone his, in hac) Scribe: *Tam bonis in hac, ut putamus, aequissima libertate legibus vivimus;* ironia. GRONOV. Scribendum videtur, *itane eo his;* vel *excesserit tantulo;* aut, *tum eone his*, vel, *tandem eo ne his.* SCH. *Tutone his*, Obr. *Adeone his*, Oxon. Forte, *tam iniquis, in hac, ut p. aeq.*

gibus vivimus, ut nobis habere mella non liceat, vobis liceat habere venena? Postremo quidem divitis patrocinio non putavi, iudices, respondendum, nisi rideri vestram maiestatem contumeliosa defensione non ferrem: ultro enim, inquit, ad mortem venerunt apes tuae: ita plane: alioqui tu venenum floribus dederas. Impudentiaene, iudices, eius assignem, si hoc mihi apud vos obtinuerit, an stultitiae, si speraverit? si venenum homini dedisset, diceret ipsum labiis admovisse pocula: si percussorem posuisset in saltu, ipsum in insidias ultro venisse clamaret: si telum obiectasset in tenebris, illatum sua culpa contenderet. Ego, iudices, quid dico? duo esse sola, quae omni in crimine spectanda sint, animum, et eventum: quis animus divitis fuit, quum ve-

l., *legibus vivimus;* cuius vocis *iniquis* vestigia sunt, in *tantone his;* et ita oppositio elegans inter *iniquas leges*, et *aequissimam libertatem;* sic Phaedr. I, Fab. 2: *Athenae cum florerent aequis legibus.* BVRM.

Habere medelam) *Habere mella*, W. quod recepimus.

Rideri) *Irrideri*) Voss. pr.

Alioqui) *Et alioqui*, Leid. sec.

Iudices, eius) *Eius* deest Voss. sec.

Aut stultitiae, si speraverit) *An stultissime si speravit*, Leid. prim. *Si speravit*, Voss. pr. sec. Leid. sec.

Posuisset) *Posuit*, Voss. sec. *Imposuisset*, Leid. pr. Lucas.

Abiectasset) *Obiectasset*, Gryph. Obrecht. recte, nam *abiectare* notaret temere abiicere, negligenter, sed *obiectare*, dolum arguit.

Illatum sua) *Non illatum*, W. Leid. pr. pro Var. lect. Gryph. Colin. Vidov. Oxon. *Illa cum sua culpa*, Leid. pr. recta autem negatio abest, sed male *illatum* telum homini Badius cepit, nam puto rectius, *hominem illatum telo* intelligere. *Inferre enim alicui telum*, dubito an dicatur, sed *homo inferri*, vel *se inferre* aliquo recte dicitur, quum in locum quendam contendit. Cicer. pro Sulla 19: *Num in iis regionibus, quo se Catilina inferebat*, quam locutionem non alia de causa insolentem vocat Cl. Graevius, nisi quod post *regionibus* pronomen *quo* sequatur: nam et lexica multa exempla produnt, quibus *se inferre* in locum dici solere, firmatur: sic et Val. Flac. I, 487: *Ille ut se mediae per scuta virosque carinae Intulit*—. Vs. 457: *Cum se Sole satus patriis penetralibus infert.* Et alii passim. *Illatum* vero telo plus dicit, quam *incurrisse* telo, quia hoc casu, illud ultro et impetu quodam accidisse notat. BVRM.

Quid dico) *Quidem dico*, Leid. pr. *Ego vero, quid dico*, Lucas.

Quis divitis) Francius malebat, *diviti*.

nenum sparsit? ut apes perirent: quis eventus, perierunt. In summa, iudices, quis dubitet, quin damnum ei sit imputandum, sine quo non accidisset?

XV. Intelligo neque prudentiam vestram desiderare plura de causa, neque vestram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi. Quid moror igitur? tenet me dolor, et assuetae voluptatis desiderium: sunt quaedam in hac causa, quae sarcire poena non possit: maior forsitan materia videatur affectus. Si pauperes amare nisi paria non possumus, et necessario nobis pretiosa, quae sola, sunt; animum meum exstinctae unius horae momento tot animae movent, quot perierunt, de me bene meritae: quin ipsum leti genus addit indignationem: veneno perierunt. Quis hoc ulla satis prosequi possit invidia? apes veneno? haec illis gratia refertur, quod fructibus nostris invigilant? quod quotidiana statione laboris assidui ne damno quidem summoventur? nam et cetera animalia videtur mihi natura usibus nostris genuisse, haec etiam deliciis, cum eo, quod in illis,

Quis dubitet) *Q. dubitat*, W. *In summa vero quis dubitet*, Lucas.

Imputandum) *Inferendum imputandum*, Voss. sec.

Non accidisset) *Non accessisset*, Leid. pr. pro Var. Lect.

Intelligo neque) *Intelligo si neque*, Voss. sec.

Neque vestram) *Neque de vestram*, Voss. sec.

Quid moror) *Quid maior*, Voss. pr.

Nisi paria) Explicat Ascensius, nisi modica et tenuia, ut nos sumus modici; quod quidem non damno; sed mallem, *nisi parva*. Quod sequentia firmant, quia non pretiosa sunt illis magna, ut armenta et greges, sed quae sola sunt, ut huic apes, animal minimum. Burm.

Quae sola) Francius malebat, *quia sola*.

Vnius horae momento) *Vnius momento*, Voss. sec.

Quot perierunt) *Quot perierint* Leid. pr. sec. Voss. pr. *Quod perierint*, Voss. sec.

Videtur mihi) *Mihi* deest Leid. pr.

Cum eo) Considerandum hoc, an integrum esset, iubebat Clar. Schult. ipse coniiciebat *contra*. Badios explicat *cum eo*, hoc etiam super addito. Sed tunc mallem *tum eo*; sed neque in hac periodo illa, *multus ante redditus*, placent; quare mallem, *tum eo; quod* etc. *multus ante reditus insumitur labor*. In equis domandis, bobus educandis, labori et oneribus ferendis assuefaciendis, multus labor

quae vel scindendo solo, vel maturando itineri comparamus, multus ante reditus insumitur labor; et quum perdomanda, quum alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, et tantum coacta prosunt: apes faciunt iniussae favos: sine ullo rationis humanae ministerio totus fructus ultro venit. Adiice quod cetera animalia aut satis incurrunt, aut vitibus nocent: primaque, ut fama est, hostiae causa pecudi fuit laesa fruges: harum ita innoxius per prata silvasque discurrit labor, ut tantum factum opus appareat.

insumitur, antequam inde reditum aut fructum facias. Deinde quum iam utiles esse incipiunt, pastores, pascua, alimenta, quae omnia magno constant, requirunt. Apes statim ac natae sunt, sine sumptu, iniussae laborant, et fructus ex illis ultro venit etc. Qui codices MS. vidit, sciet vocem *reditus* fere semper a librariis esse duplici *d redditus* scriptam. BVRM.

Insumitur labor) *Assumitur*, Edit. Pith.

Faciunt iniussae favos) *Faciunt iniussae, faciunt*, W. *Faciunt iniussae fac, sine*, Leid. sec. Voss. pr. sec. In Leid. pr. fuerat etiam *fac*, sed *f* deleta restabat *ac*, et Lucas *faciunt iniussae, ac sine*. Quod verum puto, et illud *favos* adscriptum ab aliquo, qui putaret aliquid addendum verbo *facere*, sed quod simpliciter positum, omne apum opus melius exprimit, quam si *favos* addatur. Eodem modo ut mox pro *factum opus*, *factum opus favorum* scripserat librarius Leid. pr. sed postea corrector punctis subiectis delendam signaverat vocem. Sed inde apparet, quid librarii sibi sumpserint saepius. Non autem ideo *favos* eiicerem, quia *facere favos*, non recte dici putarem: ita enim Phaedr. III, 13, et alii; sed quia in similibus locutionibus facile librarii de se liberales esse solent. BVRM.

Quod cetera animalia) *Animalia* deest W. Leid. sec. Voss. pr. sec. margini autem Leid. pr. adscriptum erat.

Fuit laesa fruges) Ita omnes scripti, et Ascensius recte defendit, sed Gryph. Colin. Vidov. et alii ediderunt *laesae fruges*. Sed ut *frux* dixerunt, veteres, eadem ratione *frugis*, et *fruges* inde fluxit, qua a *merx mercis* et *merces*, de qua satis egimus supra ad declam. 6, 17. *Fruges* vero primo casu dici, et secundo *frugis*, docet Charisius lib. I Inst. Gramm., pag. 26, ubi agens de nominibus in *es*, quae genitivum in *is* faciunt, annumerat illis *Fruges* Καρπός; *frugis*, quamvis sui oblitus p. 72; inter illa, quae nominativo singulari carent, *fruges* recenseat. Rationem eius reddit Voss. I de Analog., cap. 43. Quia multitudinis significatio inest; quae si valeret, infinita vocabula deberent carere nominativo singulari, ut *seges*, *mustum*, *frumentum* etc. Sed hae Grammaticorum argutiae; de primis vero hostiis recte Badius hic Ovidium I Fast., 349 adduxit. *Pecudi laesa* vero dictum, pro *a pecude*. Quamvis et quum *causa* posset construi. BVRM.

Harum ita) *Itaque*, Leid. pr.

XVI. Qua satis digna prosequar laude? dicam animal quodammodo parvum hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia: etiam ratio nostra, quae sub terris lucrum invenit, quae maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit: venena potius invenimus. Iam primum futurae laudabilis vitae digna principia; non illas libido progenerat, domitrixque omnium animalium venus: utque homines in excusationem sui fabulis tradiderunt, etiam deorum posteritas has regnis suis excepit: abest inimica virtutum voluptas castis sine labe corporibus: solae omnium non edunt foetus, sed faciunt: ipsa paulatim sicut stipatae sunt, per mella viviscunt: et, ut oportet, animal laboriosum ex opere nascitur: inde, ut adolevit iuventus, et ad similes labores aetas roborata convaluit, relinquitur liber parentibus locus. Et ne coacta in angustum multitudo nova turba laboret, quasi habita verecundiae ratione, cedit populus minor: su-

Dicam animal) *Dicamn.*, W. pro *dicamne.*

Maria inquisitione) Explicat Badius navigationem ad sidera instituit, quod an haec locutio efficere possit dubito, nec tamen recte capio eius vim: agere vero de sideribus, ad quae cursum veteres instituebant, certum est.

Immiscuit) *Miscuit*, W.

Iam primum) *Iam enim*, W.

Futurae) Deest Leid. pr. *Futurum. Primae laudabilis*, W.

Non illas) *Non illa*, Voss. pr.

Vtque) *Vtique*, Leid. sec.

In excusationem) *In excusatione*, Leid. pr.

Fabulis) *Fabulas*, Voss. pr.

Deorum posteritas) Huc refert Badius illa Virgil. IV, 152: *Dictaeo caeli regem pavere sub antro.* Quae quid huc faciant non video. Nec tamen quam fabulam innuat satis intelligo: an Aristaei, qui Apollinis filius, et primus apium et mellis usum invenisse, et ita apes regnis suis excepisse, tanquam hospites, dicitur? Vide Iustin. XV, 7, et Virgil. IV Georg., 317. Burm.

Ipsae) *Ipsa*, W. Voss. pr.

Sicut stipatae) *Si constipatae*, Leid. pr. *Sicut stipata sunt*, W. Voss. sec.

Nascuntur) *Nascitur*, W. Leid. et Voss. omnes. Quales mutationes numeri iam supra in hac declamatione, et alibi vidimus: sed facile hic admitti potest, si cum Colbertino codice distinguas, et *ut oportet*, *animal laboriosum ex opere nascitur*, nam in vulgata debet subintelligi, *ut oportet nasci.* Burm.

Liber parentibus) *Liberi*, W.

Laboret) *Laborat*, Leid. pr.

spensumque proximis ramis examen humanas manus exspectat: acceptas cum fide colit sedes: et quum ingenia nostra (quae nos, scilicet ambitiosi nostri aestimatores, proxima divinis credimus) ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex nascitur: quid credas aliud, quam divinae partem mentis his animis inesse? quid praecipuum referas?

XVII. Non ut cetera animalia per pastus vaga, incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas sedes continent; urbes tectis, turba populos imitantur: non ut ferae volucres, non praesentis modo cibi memores, in diem vivunt: duraturus hiemi reponitur victus, et repletis vere cellis tutus annus est: etiam quum ad humanos usus opera subducta sunt, reparare amissa contendunt, et labor damno incenditur, et nunquam deficit animus ante, quam locus. Quid? quod inter animalia, quae non verba coniungunt, non verba rationis invicem negant, tantus operis consensus

Nos scilicet) *Non scilicet*, Voss. pr.

Ad percipiendas) *Ad perspiciendas*, Voss. pr. *Ad perficiendas*, Voss. sec.

Nulla apis) *Nulla apes*, W. Leid. pr. et ita Badius invenisse videtur. Non male. Nam hic nominativus in usu fuit veteribus, ut veteres Grammatici testantur. Vide Priscian. l. VI, p. 703; et Weitzii notas ad Catalecta Petron. p. 226. BVRM.

Divinae partem) *D. parte*, W.

Quid praecipuum) *Quid primum*, *quid praecipuum*, Voss. pr.

Incertum quieti) *Incestum quieti*, Leid. pr.

Habitatura) *Habitura* videtur Badius legisse.

Sed tutas sedes continent) *Et totis sedes continent*, Voss. pr. *Continentur*, W. male *tutas* cum *sedes* coniungit Badius, sed sedes continent tutas apes, capiendum; nisi cum Cl. Schult. malis *obtinent*, vel repetas vocem *noctibus*, hoc modo, *sed totis noctibus sedes continent*. BVRM.

Non praesentis) *Non ut praesentis*, Gryph. Colin. Vidov. *Non* deest W.

Incenditur) Francius malebat *intenditur*.

Non verba rationis invicem negant) Forte: *non iura rationis invicem ligant*. Sive malis, *vincla* aut *commercia* GRONOV. Cl. Schult. *non vincla rationis invicem religant*, vel, *verba rationis vicem regunt*: sic esset *verba regunt vicem*, id est loco, rationis. Vt Cicero lib. I, ep. 9: *Nostram vicem ultus est*. Sed quia putida videbatur repetitio τοῦ *verba*, legebat etiam, *non ratio invicem ligat*, vel *religat*. Sed, *non verbera rationis in vicem regunt*, edidit Obrecht. Badius *negant*

est, tanta difficillimae rei laboris concordia? Non humano vitio in proprios quaeque usus lucrum ducit: in publicum vivitur, et communes opes congeruntur in medium, nec fas est delibare gustu prius, quam plena horrea securos spondeant menses. Quis porro tantus ardor operis, quaeve officiorum partitio, ut aliae congerant onera, aliae accipiant, aliae linant? quae severitas in castiganda inertia? Multa dictu visuque miranda: praevidere tempestates, nec dubio se caelo tradere,

explicuit de commercio quodam sermonis, qui murmure editur inter apes, quem vocat *verba rationis*; *verberibus* quis hic locus sit non video, quum non agat de modo, quo homines bestias ad opus cogunt, sed de coniunctione mutua, qua animalia inter se in commune consulant; quare, quia *negant* constanter tuentur scripti et editi, forte legendum, *Quid? non, ut inter animalia, quae non verba coniungunt, verba rationi invicem negant.* Elegans ille usus verbi *negare*, quem egregie illustravit Gronov. diatrib. Stat. c. 45, non animadversus fraudi fuit. Apibus antea, post Virgilium, rationem sive partem divinae mentis, dedit, huic rationi non desunt etiam verba, quae sonitu, murmure, mussatione, ut passim Maro lib. IV Georg. loquitur, constant: *sequuntur* ergo rationem et mentem verba, sive murmura illa, et ita invicem ad opus se exhortantur, ad arma clamant etc. *Sequi* enim esse oppositum τοῦ *negare* Gronovius ibi egregie ostendit. Ita vidimus decl. 1, 7: *Sed quem sequentur hae manus*, cui contrarium illud Statii VI Theb., 553: *Si dextra negat*; et ita de verbis Virgil. XII Aeneid., 912: *Nec vox aut verba sequuntur*, quem expressit Ovidius XI Met., 326: *Lingua tacet, nec vox tentataque verba sequuntur.* Et imitatur Stat. XI Theb., 602: *Nec verba diu tentata sequuntur.* Vide etiam quae de verbo *negare* adnotavit Heins. ad Claudian. II rapt. Pros., 180. BVRM. — *Tantus operis*) *Tanti operis*, W.

Laboris) *Laborisque*, W.

In proprias) *In proximas*, Leid. et Voss. omnes *in proprios quoque*, W.

Lucrum ducit) Forte, *subducit*, ut paulo ante, *in humanos usus subducta.* SCHVLT.

Nec fas est) *Nefas est*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Quaeve officiorum) *Quaene*, Leid. pr.

Aliae linant) Ita Leid. a pr. m. sec. et edit. Gryph. Colin. Obr. et aliae; vitiose quidam codices *liniant*, ut et Lucas, de quo supra cap. 5, egimus, pessime *linunt* Leidensis editio. BVR.

Caelo tradere) Mallem, ut et Francius adscripserat codici, *credere*: nam in his omnibus fere Maronem ante oculos habuit, qui IV Georg., 192: *Aut credunt caelo*; ita se *credere mari, ventis* et similia obvia apud poëtas; confundi vero *credere* et *tradere* passim vidi a librariis; sic accommodate ad hunc locum Ovid. II Met. 377: — — *Nec se caeloque Iovique Credit.* Vbi multi codices habent *tradit*; et apud Claud. III. Conf. Hon. 109 Hein-

nec ultra viciniam nubilo tendere: iam si leves iniquior aura rapuit, ad dirigendos in destinata cursus, modico lapilli pondere librare pennas: illas maiorum pectorum totis pro rege castris procurrere, et inire bella, mortemque honestam pro duce oppetere: adiice, quod si quas aut aetas longior, aut morbus oppressit, efferuntur prius corpora, posteriorque operum, quam funerum cura est.

XVIII. Quid illigare cruribus flores? quid ore succos in publicum ferre? me tamen ipsius operis praecipua admiratio subit. Non est temere, nec fortuitam figuram, et sedes modo reponendis cibis quaesiisse credas: rudis cera componitur, accedit usibus inenarrabilis decor:

sius reposuit ex optimis libris: *Distulit Augustus cupido se credere caelo.* Et ex Virgilii VI Aeneid., 15, firmavit. BVRM.

Viciniam) *Vicinam*, Voss. pr.

Iam si leves) *Nam si*, Leid. pr. Voss. omnes.

Pennas) *Pinnas*, Voss. sec.

Illas) *Illa*, Leid. pr. Voss. sec.

Totis pro rege castris) An non *motis castris?* nam *castris totis* non procurritur, sed *motis*. BVRM.

Oppetere) *Oportere*, Voss. pr.

Efferuntur) *Referuntur*, Voss. pr. sec.

Succos) *Fucos*, Voss. sec. natus error, quia *sucos* hic semper in scriptis exhibetur.

In publicum) Capiendum ut paulo ante, *in publicum vivere*. Quod quamvis ore prehensum, unde sibi fruendi cupiditate possent incendi, tamen deferunt in medium. SCHVLT.

Praecipua) *Praecipui*, Oxon.

Non est temere) Lege, *non est temere, quod nec for. f. nec sedes m. r. c. q. cernas*, Plaut. Aul. IV, 3, 1: *Non temere est quod corvus cantat.* SCHVLT. *Non eas temere nec* etc. Obrecht. Ego vulgatam retineo, nam nec ad unam semper formam his utuntur loquendi modis, et illa formula per se quoque posita, elegans est. Terent. Eun. II, 11: *Non temere est; et properans venit;* Heaut. IV, 1: *Non temere est, metuo quid sit*, Val. Flac. IV, 741: *Haud temere est: fato divum reor ad mea vectos Litora vos.* Vbi recte Heinsius; ex cuius notis posses colligere illum apud Virgilium IX, 371, censuisse legendum esse: *Haud temere est: visum conclamat ab agmine Volscens.* BVRM.

Componitur) Id est, decenti et pulchro ordine disponitur; v. ad Petron. cap. 66. BVRM.

Accedit usibus) Tentaverat Cl. Sch. *accedit vilibus*; sed, ut saepe auctores, non tantum ad usum, sed ad speciem et pulchritudinem cellas esse fictas dicit. Flor. III, 12: *Vt non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina acquisisse pulchrum atque decorum.* Ovid. VII Act., 686: — — *Et usum. Maiorem specie mirabere.* Et ita centies alii. BVRM.

nam primum tenacibus vinculis fundamenta suspendunt, tum ab exordio in omnem partem opus aequaliter crescit, nec quidquam ex inchoatis parum est, quod non sua portione perfectum sit iam, nec alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur: et quum foraminibus tantum spatium detur, quantum ad generanda examina puram spem capiat (ipsi enim sibi invicem anguli haerent, et ita mutuo vinciuntur atque alligantur, ut quod voles, id medium sit) his textis, ne universi mellis effluat pondus, intersepta onera cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interveniente

Fundamenta) *Commosin* vocat Plin. XI, 7. Bvrm.

Parum est) *Parvum*, Leid. et Voss. omnes, Gryph. Colin. Vidov.

Quod non sua) Gronovium maluisse, *quod non ipsa sua*, Cl. Schultingius notavit; *quod* decat Voss. sec. *Quod non sua perfectione perfectum*, W.

Nec alia parte) *Ne alia*, Voss. sec. recte, ut puto, ita nimirum cellas suas singulas perficiunt, ut, nulla sit pars totius aedificii non sua portione ita perfecta, ut non opus esset aliis partibus, si non plures requireret turba maior apium; ideoque quum infinitus sit numerus cellarum, faciunt eas pro copia mellis, pro apium incolentium numero, et unaquaeque cella domus instar est; non ut aedificia humana, quae non sunt perfecta, nisi omnia membra, quae requirit usus, sint consummata, et ideo *parum* retinendum, non *parvum*: nam statim, si modo paucae sunt cellae, mella reponere possunt, deinde, si crescit copia mellis, cellas cellis addere possunt; hunc horum verborum puto esse sensum, quem non cepit Badius, ut nec ego Badium. Bvrm.

Ad generanda examina puram spem) Locus sine dubio corruptus, *puram speciem*, W. Cl. Schult. volebat, *ad generandam examinum puram spem*, ut ita sit dictum, quemadmodum ap. Virgilium *spes surgentis Iuli*; et ita certe Maro IV Georg., 163: *Spem gentis adultae* de apibus dixit. Sed cum in Voss. sec. legatur, *ad generanda examinaturam spem*. Puto legendum, *spatium detur, quantum ad generanda examina natura apum capiat*. Saepe enim in MSS. syllaba prioris vocis ultima sit eadem atque prima sequentis, solet illa semel modo scribi; ex *apum* autem *spem* facere proclive admodum. Bvrm.

Anguli haerent) *Anguli haberet*, Leid. pr. *Ipsis enim se invicem angulis haerent*, Voss. sec. Forte et hic aliquid ulceris latet, ut de apibus in angulis sibi cohaerentibus agat; an legendum, *ipsis enim inter se angulis haerent?* sed ἐπέχω. Bvrm.

Alligantur) *Illigantur*, Voss. pr. Quod temere repudiandum non puto.

Textis, ne) *Tectis nec*, Leid. sec.

Intersepta) Dividit vocem hanc *inter septa*, Leid. pr. *Intercepta*, Oxon. et ita Badius cepit, ut sit, onera, quae important apes, clauduntur inter haec septa.

Quis non stupeat) *Quis non stupet*, W.

doctrina hanc artem nasci? quid non divinum habent, nisi quod moriuntur?

XIX. An vero auctorem vini Liberum colimus, primitiae frugum Cereri referuntur, inventrix oleae Minerva narratur? mella genuisse minus est, et interponenda gustus voluptate tantum effecisse, quantum ne ipsa quidem rerum natura per se potuit? Ad plurimarum incursus valetudinum remedium est, et praesentissima medicina: nam quod ad cibos quidem pertinet, divites viderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, et insidiari, quare mella facerent? haec pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit? et quod sit indignissimum, quo facilius deciperet, fortasse venena melle permiscuit? quae tam inhumana crudelitas? quis tam

An vero auctorem) *An non auctorem*, Leid. pr.

Et interponenda gustus voluptate) Legendum videtur, *et inter praeponenda, gustus voluptate*, qualia sunt vinum, oleum, frumentum, melius, quorum ista magis natura, hoc apum artificium et labor nobis collegit et dedit. SCHVLT. *Voluntate*, Voss. sec. *Interponenda* explicat Ascensius pro *interponendo voluptatem*, quod an procedat dubito. Ego puto vocem excidisse, quae vero sit difficilis est divinatio; deinde *inter ponenda* esse in duas voces dividendam. Forte hoc modo, *et inter mira* (vel *monstra*, vel simile quid) *ponenda gustus suavitate tantum effecisse*. Vt ita Petron. 126: *Inter monstra numerare*. Nisi velis, *inter Deum dona ponenda gustus suavitate*, vel, *inter prima*, vel *pauca ponenda*, quibus saepe Plinius utitur; certe aliquid tale desiderari persuasissimum mihi est. BVRM.

Et praesentissima) *Et* deest Leid. et Voss. omnib. et Lucae; puto, *remedium* expungendum, qua voce, ut saepe factum, explicabat scilicet, quid esset *medicina*, Glossator. *Incursus* vero eleganter dictum, tanquam hostilis esset impetus, ita Fabius l. XI, 1: *Incurrere pestilentiam* dixit, et lib. X, 7: *Incursum tempestatum*. BVRM.

Divites) Ad quos copia mellis pervenit, ipse enim eo non usus, sed vendere solebam, et tibi etiam donare. Supra se detulisse in urbem ad sustinendas paupertatis impensas; dixit. SCHVLT.

Et insidiari, quare) *Insidiari potuit. Insidiari et quare mella facerent potuit.* W. Forte, *insidiari potuit, et quare? quod mella facerent.* Sed quia hoc infrequentius nostro, mallem, *insidiari potuit, et indignari quod mella facerent.* SCHVLT. Francius malebat, *et insidiari, qua re*, id est floribus.

Exquisita) *Siti*, Leid. pr.

Morte) *Mortem*, Voss. pr.

Venenum melle) *Venena m.*, W. Leid. et Voss. omn. *promiscuit*, Lucas.

inauditus livor? nihil enim est, quod utaris patrocinio tuo, dives, paucorum damno foliorum doluisse te simulas: dum meas apes occidere vis, flores tuos inutiles fecisti.

Quod utaris) *Quod, ut utaris patrocinio* etc. Legebat elegantis ingenii Vir Bestius de ration. emend. leg. cap. 10, §. 4.

Damno foliorum) *Filiorum*, Leid. pr. Ascensius notat, esse qui *florum* legunt, sed refutat.

DECLAMATIO XIV.

ODII POTIO I.

ARGVMENTVM.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odii potionem. Adolescens desiit amare : accusat illam veneficii.

PRO IUVENE CONTRA MERETRICEM.

CAP. I. Sentio, iudices, hanc quoque calamitatibus meis accessisse novitatem, ut vobis nondum videar odisse: nec me praeterit plurimum perire de nocentissimae potionis invidia, dum me putatis adhuc impatientia priore miserum: quaeso tamen vel hinc totam delati sceleris probationem gravitas vestra prospiciat, quod dolori meo querelaeque non creditur: nec amo, qui accusare possum: nec odi, qui amare mallem. Quid est aliud quod bibi, quam venenum? licet igitur nocentissima feminarum rideat quod accuso, et in manifestissimi sceleris confessione per ludibrium malorum evadere tentet meorum; non hoc est, quod hodie me torquet ac lacerat, quod a deterrimae mulieris caritate discessi, sed quod remedii mei patior dolorem. Fidem iustitiae! fidem severitatis humanae! ne meretrici pro-

Vel hinc) *Vel huic*, Leid. pr.
Quaerelaeque) *Querlae. ne*, W.
Manifestissimi) *Manifestis sinu*, W.
Tentet) *Tentat*, Leid. pr.
Non hoc est, quod) *Sed quod hodie*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Hoc est quod h. m. t. a. l. non quod a.* W.
Deterrimae) *Teterrimae*, Leid. sec. Voss. pr. Colb. Ita supr. decl. 2, 5.
Decessi) *Discessi*, Leid. pr. sec. Voss. sec.
Quod remedii mei) *Quod hodie remedii. Mei* Abest a Voss. pr.
Fidem iustitiae) *Si eidem iust.* W. Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. *Eidem iust.* Voss: pr. Leid. sec.

sit, vel quod praevaricatione videor explicatus. Pro me forsitan fuerit, ut amare desinerem: contra me inventum est, ut invitus odissem.

II. Hoc primum itaque, iudices, a clementia publica peto, ne quod videtis tristem habitu, dirumque conspectu, verbis asperum, contentione terribilem, mores putetis: haec est illa sanitas mea: sic omnium in hac corporis mentisque dierum noctiumque feritate, ille modo laetus, ille, si creditis, nimium remissus amator excandui. Miseremini, iudices, ne vobis venefica sic imponat, tanquam hoc mei caritate commenta sit: suum animum, suum tantum sequuta fastidium est: odii potionem contra se nemo dabit homini, nisi quem oderit. Quaeso itaque obtestorque vos, sanctissimi viri, ut calamitatis meae penitus velitis aestimare mensuram: perdidi infelix, quod quandoque potui amare desinere: patior necessitatem rei, quam breviter utique noluissem: excogitatur contra animum futuramque rationem, ne,

Vel quod praevaricatione) Mallem, *quod vel praevaricatione*, ne prosit meretrici, quod etiam ipse causam meam videor prodere adversarise, qui cùm verbis negem me non amare, accusatione ipsa ostendam, me amare, et ita ab odii istius potione liberatus esse. Burm.

Itaque, iudices) *Iudices* deest W. *Itaque id a cl.* Voss. sec.

A clementia) *Ad clementiam*, Voss. pr.

Dirumque) *Durumque*, W.

Haec est illa) *Illa* deest Leid. pr.

Sic omnium in hac) Forte scripsit: *haec est illa sanitas mea, hoc odium: in hanc corporis mentisque diebus noctibusque feritatem, ille modo laetus.* Gronov. *Hic omnium*, W. Leid. et Voss. omnes, Lucas, Vidov. *Si omnium*, Gryph. Colin. Cl. Schultingius Gronovii emendationem sequebatur, nisi quod legebat, *in hanc corporis, mentis, dierum, noctiumque feritatem* etc.

Noctiumque) *Noctuque*, Leid. pr.

Ille modo laetus) *Ille modo lentus*, Leid. pr. quod probabat Cl. Schultingius, et ita supra vidimus haec vocabula permutata.

Ille, si creditis) *Et* (*illi si creditis*) Cl. Schultingius malebat.

Venefica) *Venena*, W. *Venena sic imponant*, Leid. sec. Voss. pr. sec. unde Cl. Schult. faciebat *venenaria sic imponat.*

Nemo dabit) *Nemo dat*, W.

Aestimare) *Existimare*, W. Leid. et Voss. omnes.

Noluissem) *Voluissem*, W. Leid. pr. forte *vovissem.*

quod relinqueretur, meus esset affectus. Iterum cum meretrice compositus sum, rursus in se cogitationes meas, rursus retorsit oculos: et hominem, quem ab incommoda caritate vel satietas, vel aetas, vel fortunae suae fuit dimissura conditio, ad perpetuam impatientiam viribus nimiae diversitatis implicuit. Hoc solum insanabile genus mortis est, ut odisse cogaris. Festina ad complorationem praesentis doloris, anime, festina: sed te a prioribus malis recens abducit indignitas; altius gemitus, altius querela repetenda est: quum meretricis sit, quod amator odi, cuius putatis esse, quod pauper adamavi? Non quidem ego, iudices, ex illis unquam fui, quibus nobiles opes, affluentes indulsit fortuna divitias, quorum felicitas capere posset in amore luxuriam: habui tamen unde ad vitae necessitates concessa gaudia parca mediocritate sufficerent: ideoque me-

Relinqueretur) *Derelinqueretur*, Voss. pr.

Rursus retorsit) *Rursus extorsit*, W. Vide ad decl. 8, 8.

Viribus nimioe diversitotis) Ita declam. 15: *Opus fuit pari diversitate, viribus quantis odamosti.* SCHULT. *Conversationis*, Lucas.

Insanabile genus mortis est) Qood ergo mortis genus sanabile? Scribe *morbi.* GRONOV. *Amoris*, Obrecht. vid. ad Calp. Flac. decl. 13.

Praesentis doloris) *Fidelis animae, festina*, Voss. sec. et Cl. Schult. *Proeteriti doloris.*

Sed te a) *Sed ita*, W. *Sed ite*, Voss. pr. sec. *Sed qr.* Leid. pr. Id est *quia*, ut habet Lucas; quod non displicet Cl. Schultingio, qui etiam tentabat *sed iterum a.*

Repetenda) *Petendo*, W.

Non quidem) *Non equidem*, W.

Nobiles opes) Id est nobilium, ut *nobiles domus*, Senec. SCHULT. Si per codices liceret, mallem, *quibus nobilitas opes, affluentes* etc. nobilitas enim dat potentiam, fortuna divitias etc. BURM.

Capere posset) *Copere possit*, Leid. et Voss. omnes.

Necessitates) *Necessitatem*, Leid. pr.

Concessa) *Ad concesso*, Leid. sec. Voss. pr.

Parca mediocritote sufficerent) Scribe, *sufficerem.* Sic Suetonios in claria Grammaticis de Palaemone: *Luxuriae ita indulsit, ut soepius in die lavaretur, ne sufficeret sumptibus.* Declam. 15: *cui cum corporis bonis fortuno non dederot, unde severi motrimonii castitati sufficeret.* GRON. Suet. Aug. 43: *Pro aliis mogistratibus* (ludos fecit) *qui out obessent, out non sufficerent*; leg. 8, §. 11, ff. de Transact. *Vtrum frugivitae hi sunt*,

retrice tantum, et quae certissima est in voluptate frugalitas, una fui semper eademque contentus.

III. At ista seria, gravis, quae nunc amari recusat, o quam voluit amari! quibus artibus, qua calliditate miseram simplicitatem meam sollicitavit primum, deinde tenuit, donec quantulamcumque substantiam in huius sinus credulus iam, iamque securus amator egererem? iam frustra captavit videri miserari conditionem, in quam nos ipsa detraxit. Breviter totum nocentissimae mulieris accipite facinus: pauperem me fecit, deinde ferre non potuit: sive enim, iudices, communium, quae ad corrumpendas expugnandasque mentes excogitant ingenia meretricum, placuit experimentum, et in me tentatum est, quantum quis amare, quantum quis posset odisse: seu mulier omnibus exposita mortalibus, vanitatem fastidio mei despectuque captavit; ei fama inde quaesita est, ut a solis videretur amari debere divitibus. Non erat profecto, quod paulo ante patiebar, iam

qui alias sibi sufficere possint, an sequiaris, qui de alimentis pendeant; in Voss. sec. vero erat, *unde vitae necessitatem concessa gaudia p. m. sufficerent.* BVRM.

In voluptate) *In voluntate*, Leid. sec. Voss. omn. Gryph.

Fui semper) *Fuissem per eademque*, Voss. sec. Leid. sec.

Tenuit) Vide de hoc verbo, in hac re, Gudium ad Phaedr. II, 1, et infra decl. 357. BVRM.

Iamque serus) *Iamque securus*, Leid. Voss. omnes, Gryph. Colin. Vidov. quod placet.

Captavit) *Captant*, Leid. pr.

Miserari) *Miseram*, W.

Nos ipsa) *Nos ipsam*, Leid. pr.

Pauperem me) *Pauperem n. me*, W.

Sive enim, iudices, communium) Quorum *communium?* Numquid *medicaminum?* vel *venenorum?* vel denique *omnium*. GRONOV. *Carminum*, Obrecht. Sed an non *communia*, possent vocari vulgares et consuetae meretricibus artes? Ascensius coniungit cum *meretricum*; in Voss. sec. erat, *sive enim iudices pro communium.*

Ingenia) *Ingenium*, Voss. pr. Distinguit Lucas: *ingenia, meretricum placuit.*

Exposita) *Expositam mort. vanitatem*, Voss. sec.

Vanitatem) Francius malebat, *claritatem.*

Despectusque) *Despectumque*, W.

Videretur) *Videatur*, W.

Ei fama) *Et fama*, Obr.

Patiebar) *Patiebatur*, Leid. et Voss. omnes. *Patiebatur noster effectus*, Colb.

tunc noster affectus, quod scortorum foribus haerebam, quod, si istis creditis, paupertatem in lupanarium obsequia transtuleram: pallor et deformis macies inde veniebant, unde nunc, quod excandesco, quod fremo. Nunquam hoc tantum meretrix scit, quemadmodum non ametur.

IV. Quod negari igitur, iudices, non potest, virus homine firmius, mente constantius, quod immodico ardoris aestu, et exundante impatientia possit etiam recusantis animi dolorem compescere, diris utique carminibus, et feralium praecantationum terrore permixtum, lenitate vultus, et blanda porrigentis dissimulatione protectum, iam perustis, iam laborantibus visceribus infudit, et hominem solatiis potius ac mollium remediorum ratione tractandum, exasperavit ira, dolore conclusit, magnaque miserum commutatione renovavit. An fecerit, iudices, ut amare desinerem, vos aestimabitis: fecit ut amare mallem. Explicitum me putatis, et ab incommodo hilariorem dimissum? nunc,

Iam tunc) *Iam nunc*, W.

Si istis creditis) *Si ista cr.* Leid. sec. *Si isti*, Obr.

Creditis, paupertatem) *Creditis pallor et indeformis macie paupertatem in lupanarium obsequia transtuleram; inde veniebant.* Voss. sec. in Gronov. eadem confusio, sed legebatur: *Creditis pallor et informis macie paupertas, quae in Lupanarium obsequia transtuleram, inde veniebant.*

In lupanarium) Francius volebat, *in luparum obsequia.* Vid. inf. c. 12.

Deformis) *In deformis*, Leid. pr.

Veniebant) *Veniebat*, W. Leid. pr. Voss. pr. Lucas.

Virus) *Vir*, W.

Exundante) *Exsudante*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Exudante*, Leid. pr.

Praecantationum) *Precationum*, W. Leid. et Voss. omnes.

Iam laborantibus) *Iam perlaborantibus. v. infundit*, W.

Infudit) Iuvenal. VI, 616: *Cui totam tremuli frontem Caesonia pulli Infudit.* SCHVLT.

Dolore conclusit) Ter. Hecyr. IV, 80: *Tot me nunc rebus miserum concludit pater.* Iust. II, 5: *Clausi Lacedaemonii.* SCHVLT.

Magnaque miserum commutatione renovavit) Fortasse *renodavit*, id est, nodo ac vinculis Veneris liberavit: resolvit. GRONOV.

Aestimabitis) *Existimabitis*, Leid. sec. Voss. pr.

Fecit ut) *Fecit amare m.* Voss. pr.

Hilariorem) *Hilariore*, Leid. pr.

nunc me fateor debere sanari. Habet aliquod solatium quisquis in amore miser est: levior est calamitas, cui blanditur aliquid de voluptate laetitia: nunc infelix uror ac laceror, nunc me retinere, nunc regere non possum: crudelius est odisse meretricem.

V. Veneficii ago. Seposita paulisper, iudices, noxiae potionis invidia, nonne vobis videtur implere sceleris fidem, quod abstulit fidem, conditio personae? Veneficium, iudices, tota vita meretricis est: parum se lenociniis, parum putant agere mendaciis: et quum omnis ad expugnandas mentes cura collata sit, non sufficit tamen, ut de sui caritate corpori credant: in hoc noctium dierumque sollicitudo consumitur, quemadmodum de libidinibus fiat affectus, qua ratione transcurrentia quotidie desideria teneantur: ne cui prosit offensa, ne quem explicet pudor, ne quem satietas aliquando dimittat.

Voss. pr. sec. Lucas. *Hilari ore*, W. quod placet valde.

Nunc, nunc me) *Nunc me*, Leid. pr.

Miser est) *Miser est, quod abstulit fidem. Levior* etc. Gryph. Colin. Vidov. quae ex sequentibus huc translata sunt. *Est* deest Leid. sec.

Nunc me retinere) *Nunc retinere mentem*, W. Leid. et Voss. omnes. Colb. *Nunc retinere*, Lucas.

Implere sceleris fidem) Meretricis conditio fecerat, ut credi scelus non posset, quia non est credibile, meretricem cuiquam odii potionem daturam. Atqui, inquit, veneficium est tota vita meretricia, nec tantum in amorem impliceant, sed et odium. *Implere fidem* eleganter, ut decl. 15: *Potionis huius imple immanitatem.* Et paulo post: *imple susceptae accusationis horrorem*; decl. 17: *Secretum, quod per impotentiam patris impleveram*, et passim in his declamationibus; leg. 14, ff. de Inoffic. Test. *Pater intentionem suam implere potest.* SCHVLT. Vide de hoc verbo ad Petron. 94.

Quod abstulit fidem) Desunt Voss. pr.

Parum putat) *Parum putant*, W. Leid. et Voss. omnes, Luc. et recte, mutarunt, qui credebant, quia praecessit *vita meretricia*, sequi debere *putat*, sed hoc collectivum est, et complectitur multas meretrices, ut de simili locutione agens, ostendit Gronov. ad Liv. XXXIX, 14. BVRM.

Non sufficit) Deest negatio W. Leid. et Voss. omnibus et Lucae.

In hoc) *Et in hoc*, Leid. sec.

Ne quem explicet pudor) Desunt Voss. pr.

Ne quem satietas) *Nec quem* s. Leid. sec. *Neque satietas*, Voss. sec.

En quam putetis ignorare, quibus vincatur oculis: quae per incommoda desideria flagrantes mentes corrumpat primum, deinde consumat, quum sciat quibus oscula, quibus arctissimi rumpantur amplexus: quae pro laetitia dolorem, pro blanditiis gaudiisque tristitiam praecipiti velocitate substituant: infinitum est, quantum ex hoc medicamento deprehendi possit notitia peiorum, nemo scit tantum remedium. Tentat, iudices, mulier impudentissima sceleris invidiam nomine potionis effugere, et venenum negat esse tantum, nisi quod occidit: facinus est, iudices, evadere nocentes, quia iam facinus plura devitat. Quid refert, animo noceat aliquis an membris? eodem scelere porrigitur omne, quod non licet: unumquodque ex his quod datur, venenum est.

VI. Excusatio mehercle adhuc pro sexu tuo, pro conditione mulieris: sed ut illa nosses gratia tui, deside-

Quibus vincatur oculis) Lege, *En quam putetis ignorare, quibus vincantur oculi: quae per incommoda desideria flagrantes mentes corrumpant primum, deinde consumant.* Gronov. *Vincatur oculus, quae etc. corrumpat primum, deinde consumat cura.* Obrec.

Flagrantes) *Fragrantes*, Colb. *Flagrantesque*, Voss. sec.

Substituant) *Substituunt*, W. Leid. et Voss. omnes.

Infinitum est) Francios malebat, *infinita est, quanta e. h. m. de. possit, notitia peiorum: nemo scit tantum remediorum.*

Ex hoc medicamento) *Ex medicamento*, Gryph.

Negat esse tantum) Delendum τὸ *tantum*, quod sensum impedit. Gron. Almelovenius transponebat: *nisi tantum quod occidit*; forte, *et venenum negat esse vocandum, nisi etc.*

Quia iam facinus plura devitat) *Quia etiam facinus in plura derivat*, vel *dividit.* Schvlt. *Quia iam facinus plura denotat*, Obr. *Quia iam plus devitat*, Leid. sec. Locos depositos posset explicare, quia facinore plura alia facinora devitat, sed tunc legerem: *quia unum facinus plura devitat.* Sed non satis facio mihi. Burm.

Vnumquodque) *Vnumquoque*, Leid. sec. Voss. sec.

Sed ut illa nosses gratia tui) Nihil hic sani sensus. Forte: *sed ut utilia nosses quaestui tuo.* Gron. Consulit mulier sibi, suoque sexui, et ordini meretricio, dum medicamenta odii dat, quibus prohibetur, ne qui impatientia amoris consumantur. An legendum: *et pro conditione mulier: sed et illa nocte gratia tui, desideriumque ut posses*, (aut *potes*) *ingerere nolentibus.* Schvlt. *Pro conditione mulieris esset, ut illa nosses gratia tui, desideriumque posses inge-*

riumque posses ingerere nolentibus, excogitasti per quod maritos a coniugum caritate diducas, per quod iuvenum mentes abiungas ab aliis fortasse meretricibus: odii medicamentum nunquam ideo tantum meretrix habuit, ut illo contra se uteretur. Me quidem, iudices, si quis interroget, in comparatione veneficii, de quo queror, minus odisse debeat, quod occidit: et sicut ex ipsis quoque mortiferis mitiora sunt, quae statim tota velocitate grassantur, et dolorem inter exitum vitamque non detinent, ita crudelius quod sic ordinatur, ut corporis parcat invidiae, et sit tantum animi venenum. Quid ais? non est noxium virus, nisi quod occidit? quid ergo vocaremus illud, quo lumina sola raperentur? quo pars aliqua membrorum debilitate languesceret? Tu te veneficam negas, quae potes potione facere, quantum

rere nolentibus, Obr. *Posset ingerere*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Posset* omittit, relicta lacuna, Leid. pr. *Vt illa nnsses, qnae gratia tui d. possint ingerere nolentibus*, W. *Quae gratiam tui, desideriumque possent ing.* Gronovium etiam coniecisse testatur Cl. Schult. quod non improbabile, si adhibeatur Obrechti lectio prioris membri, et ita totus locus legatur: *excusatio etc. pro conditione, mulier esset, si illa nosses, quae gratiam tui desideriumque possint ingerere nolentibus. Nosse* eleganter *venena* dicit; unde firmatur lectio illa apud Ovid. Ep. VI, 83. Deinde ellipsis est particulae *sed* (ut intelligatur, *sed excogitasti*,) quae saepe in errorem interpretes traxit, sic et Vellei. II, 72: *Quum fortuna non electionem daret, perfugium ostenderet;* ita prima editio, sed intruserunt *sed*; et ita decl. 10, 8: *Non dico crudele est, portentosum* etc. pro *sed portentosum*; vide Gron. ad Liv. XXVIII, 39, et XXXVI, 19. Bvrm.

Diducas) *Deducas*, W. *Educas*, Leid. pr. Voss. pr. *Deducat*, Voss. sec. omnes perperam.

Odisse debeat) *Odisse debeas*, Leid. pr. sec. Voss. sec. Lucas.

Et sicut) *Et si qua*, W. Leid. et Voss. omnes, Lucas.

Mitiora) *Minora*, W.

Corporis invidiae) An *mortis?* vel *corpori parcat invidia s.* id est, propter invidiam. Sed mire utitur hac voce; ita decl. pr. *Dissimulare satis callide conatur invidiam suam*; decl. 15: *Facinus hoc semper ex mortibus accepit invidiam*, et passim. Schvlt. An legendum, *ut corporis parcat iniuriae.* Nam promiscue poni has voces patet ex lib. V Inst., cap. 12. *Iniuria* autem hic idem notat, quod apud Sueton. Aug. 14: *Repente apparuit incolumis, ac sine iniuria*, et alibi Bvrm.

offensae, quantum ira, quantum dolor? amabit cui permiseris, exsecrabitur ille, quem iusseris: accipient a te desideria nostra ortum, finem, modum: sane et amor et odium naturales videantur affectus; veneficium sunt, quum iubentur. Quid? quod non potest non habere vim veneni, quod contra voluntatem homini datur? Video cur sibi medicina permittat corporum vitia membrorumque morbos infusis medicaminibus expellere: et sine animae spiritusque contagione, quaecumque extrinsecus accidunt, potione vincuntur.

VII. Non potest ullus affectus sedibus suis per virus expelli, nisi totorum concussione vitalium: et quum anima constet ex sensibus, quemcumque auferre tentaveris, illa statim prima nostri parte corporis retenta, confectoque quod petebatur, reliqua quoque viribus vicinae tabis exspirant. Quaedam forte medicamina possunt aliud vocari, quam venenum: dare quod non licet, non

Quantum ira, quantum dolor) *Quantum irae, quantum dolori suaserit*, W. Gronov. *Tantum offensae, quantum ira, q. d.* Gryph. Colin.

Ille, quem iusseris) *Illos qd. iusseris*, W.

Naturales videantur affectus) *Et naturalis videatur aff.* W. *Naturalis videatur affectus*, Leid. et Voss. omnes, Lucas.

Video) Malim, *vide.* Schvlt.

Et sine) Deleo *et*, est enim responsio ad priora. Schvlt.

Ullus affectus) *Ullius affectus*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. *Illius*, Voss. sec.

Quemcumque auferre) *Quaecumque au.* W. Voss. sec. et ita Badius legit, et Gryph. Colin. Vidov.

Prima nostri parte) *Prima nisi parte prioribus retento*, Leid. pr. *Illam statim prima nostri parte prioribus retento*, W. *Prima nostri parte prioribus retento*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Varie tentabant hunc locum Gronovius et Schultingius. Ille: *quaecumque a. t., illa statim primae nostri parti subtrahuntur, prioribus retentis, confectoque* etc. vel, *subtrahuntur prioribus: retento confectoque* Hic, *quaecumque a. t. illa non statim prima nostri.* (vel *nobis*) *pars subtrahitur prioribus retentis*, vel *potionibusque corpori retentis.* Forte, *illa* (sc. potione) *statim prima nostri parte corporis recepta.* Ita mox cap. 2 *Virus in viscera receptum in unum tantummodo sensum dominetur*, etc. huic loco similia; vel, *prima n. p. c. tentata.* Bvrm.

Quod petebatur) *Quod deest* W.

Viribus vicinae tabis) *Viribus visina et ab his*, Voss. sec.

Forte) *Fortassis*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. *Fortis*, Voss. sec.

est aliud, quam veneficium. Quantum nefanda de poenis humanis excogitare potuisti? innocentius mehercle fuerat, ut amaret aliquis invitus. Potionem excogitasti, qua bella committere, qua se totum humanum genus posset odisse. Potes efficere, ut non ament liberos parentes, ut propinquitas, ut fraternitas, ut amicitia se collidat: odii potionem nemo accipit, nisi contra hominem, quem non debet odisse. Tentat hoc loco nocentissima feminarum de scelere suo facere beneficium: meretricem, inquit, amaveras: differo paulisper, iudices, affectus huius excusationem. Dii deaeque, quantum in hoc contumeliae est, quod sibi meretrix videtur adamata! Tu tibi cuiusquam affectus censoria gravitate praestabis? tu tibi aestimare permittes, quam frequenter aliquis lupanar intret? Tu, cui non licet excludere debilitates, fastidire sordes, exposita ebrietatibus, addicta petulantiae, et, quae novissima vilitas est, noctibus populoque concessa, mores iuventutis emendas? aequiore animo feras, ut meretrix velit adamari.

VIII. Eras, inquit, amator, et pauper. Volo, iudices, sic apud vos paulisper agere, tanquam in hoc me affectu propinqui amicique castigent. Non ego alicuius matrimonii corruptor invigilo, nec efferas cupiditates per

Aliud, quam veneficium) *Aliud quam venenum*, W.

Potes efficere) *Potest*, Leid. et Voss. omnes, Locas.

Liberos) *Filios*, W.

Vt propinquitas) *Vt propinquitates*, Leid. sec. Voss. pr. Luc. *Et propinquitates*, Leid. pr. Voss. sec.

Quantum in hoc) *Quantum hoc*, Voss. sec.

Praestabis) *Pensabis*, Obr. Suspectus el locus Cl. Scholtingio fuit, et tentaverat, *praetaxabis*: mallem, *pensitabis*; quod per compendium scriptum fuit.

Permittes) *Permittis*, W. Leid. el Voss. omnes.

Aliquis lupanar intret) *Aliqui l. intret*, Leid. sec. Voss. sec. *Intrat*, Leid. pr.

Et, quae novissima) *Et quaeque novissima*, Leid. et Voss. omnes.

Populoque) *Populo*, Voss. sec.

Amator) Deest Leid. sec. Voss. sec.

Agere) *Egere*, Leid. pr.

Me affectu) *Me a defectu*, Voss. sec. *Me de defectu*, Voss. pr.

illicitos duco complexus: inventas credo meretrices, ut esset aliquid, quod liceret amare pauperibus: nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto: diliguntur immodice sola quae non licent: ut in furorem caritas aliqua convalescat, opus est difficultatibus: brevis de concessis, sed statim satietati vicinus affectus est: non fovet, non nutrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet: et quaecumque in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderii, sed voluntatis. Hoc ipsum tibi, mulier, obiicio, quod nos in fabulas sermonesque misisti: solus debet amare meretricem, quem meretrix oderit: pauperi dedit odii potionem: quid illam putatis dedisse divitibus? Si mehercle repente nobis contingerent opes, iterum nos in sui caritatem alia potione revocaret, et ista nunc seria, gravis, vellet impatientia priore retinere; meretrix pauperem amatorem propter se tantum non potest pati. Amanti, inquit, dedi: hoc si remedium est, detur scienti: prima pars sanitatis est, ut libenter accipiat. Quinimmo cur non potius datur amaturo? quanto melius, quanto providentius, et minore bibentis dolore constabit, ut adhuc labentem aggrediaris animum, ut tum adolescentis ardoris impetus in parvis exstinguatur elementis? Eo tempore das po-

Complexus) *Amplexus*, Victor.

Quae non licent) *Quae non liceret*, W. Francius dubitabat an, *illa quae non licent*.

Sed statim) *Et statim*, W. *Brevis decori sensus, si statim*, Victor.

Satietati) *Societati*, Voss. sec.

Voluntatis) *Voluptatis*, Voss. pr.

Quod nos) *Et quod nos*, W.

Dedit odii) *Odii* deest Voss. sec.

Nobis contingerent) *Nobis* deest Leid. pr. Voss. pr.

Impatientia) *In patientia*, Leid. pr.

Detur scienti) *Detur sitienti*, Luc.

Prima pars sanitatis) Alludit ad dictum Senec. Hipp. 249: *Pars sanitatis, velle sanari, fuit*.

Cur non potius detur amaturo quanto) Desunt haec Leid. sec. *Datur* nescit Voss. sec. et Lucas.

Bibentis) *Libentis*, Voss. pr.

Labentem) *Libentem*, Lucas.

Vt tum adolescentis) *Vt adolescentis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas. *Vt cum ad.* Voss. sec.

Exstinguatur) *Exstinguantur*, Voss. pr.

tionem, quo pariter duos patior affectus: aliam impatientiam paras, et accipio odium, quia iam amorem ferre non possum: non desino, sed esse aliud incipio: nec emendor in amore, sed transferor.

IX. Illa vera sunt remedia, quae fugatis morbis, causisque languoris, postea non sentiuntur: et ea tantum innocenter dabuntur, quae potentiae suae qualitate consumpta desinunt, quum profuerunt: tu mihi dedisti, quod semper exasperaret. Perpetua res est odisse sine causa: ducam licet uxorem, te tamen odero: in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamen cogitationes sermonesque respicient. Quid interest, quemadmodum possederis animum meum? quemadmodum mihi a te non liceat abire, discedere? fecisti, ut te ubique persequar, ut meis fortassis manibus invadam, velim dare venenum: qui meretricem odisse non desinit, amator est. Sed infelix, misereris mei: quid ergo sanitate tam rigida? paulatim potius ratione compesce, misceantur consilia, blanditiis veritas temperetur; alioqui non est quod abigas, quod expellas: exasperant necessitates, et in amore contentio semper accendit. Adiuvabit te interim libertas ipsa, qua fruar, tempus, satietas, et fortasse amator alius admonens conditionis: sed inter

Patior) *Patiar*, Leid. et Voss. omnes, Luc. Gryph. Colin. Vidov.

Illa vera) *Illa vero*, Leid. et Voss. omnes, Luc.

Profuerunt) *Profuerint*, Leid sec.

Ducam licet) *Ducam tamen licet uxorem, te odero*, W. Leid. pr. Voss. pr. *Ducam tantum uxorem*, Colb. *Ducam licet uxorem te odero*, Lucas.

Respicient) *Respiciant*, Voss. sec.

Possederis) *Possideris*, Voss. sec.

Quid ergo) An, *quid ergo? sanitate tam rigida? paullatim potius et ratione.* SCHVLT.

Compesce) *Compescet*, Leid. pr. *Compesci*, Voss. sec.

Veritas) Immo *severitas*. GRONOV. Retineo *veritas* ex MS. nam ista per se videtur severa, et facile hinc odium parit, nisi temperetur blanditiis, quod aulici norunt et meretrices. SCHVLT.

Quod abigas) *Quod ambigas*, W.

Exasperant) *Exasperat*, Leid. pr. *Exasperant iniquitatis*, W.

Qua fruar) *Qua fruor*, Leid. pr.

oscula, inter amplexus, paupertatem, non tanquam exploraris, sed tanquam, miserearis, allega: quamquam quid opus fide? sine curer, ut desinam, si quantum affirmas, invitum miserearis ac diligis. Amatoris unum remedium est, amari: si tamen necessariam putas emendationem, quam multa sunt amantium remedia citra venenum? exclude, dimitte: fastidium posset, quantum non posset praestare paupertas: fac ut me potius ipse castigem, ut erubescam, ut aliquando desperem: is tantum in amore sanatur, qui, quod desinit, sibi debet.

X. Homo igitur, qui merito indignarer, si hoc tantum fecisset aliquis, ut diligi desinerem, quanto iustius queror, factus quum iam sum alius, infelix, alia patiens? decipiunt nos rerum falluntque nomina: et ille, qui odit, de amore miser est: non refert animi, quid nimium velis, et inter sanitatem languoremque nihil interest, si utrumque ferre non possis: frustra mihi quisquam blanditur remedio, cuius patior tormenta, cruciatus: aliud est ut amare desinas, aliud, ut oderis. Recessisse nunc me tantum putatis ab amore meretricis? ablatus est mihi ille hominis melior affectus; perdidi miser quidquid est, unde gaudium, unde venit vitae tota laetitia. Amor ille, per quem rerum naturae sacra pri-

Miserearis) *Miseraris*, Leid. sec. *Misereris*, W.

Quid opus) *Quod opus*, Leid. pr.

Allega) *Allegat*, Gryph. *Allegas*, Colin. Vidov.

Sine curer) *Sive*, Victor. *Non cures*, W. *Si ne curer*, Lucas.

Si quantum) *Sed quantum*, Leid. pr.

Misereris) *Miseraris*, Leid. pr.

Amatoris) Francius malebat, *Amoris*.

Fastidium posset) *Fastidio posses*, W. Leid. pr. Lucas. *Fastidio posset praestare paupertas*, Voss. sec. Forte, *fastidium praestet, quantum non posset pr. paupertas.*

Sanatur) *Satiatur*, W.

Iam sum) *Iam sint*, W.

Decipiunt nos) *D. vos*, Leid. et Voss. omn.

Miser est) *Misertus est*, Voss. sec.

Ferre) Deest Leid. pr.

mordia, totiusque mundi elementa creverunt, qui tenet nunc figitque rixantia, et de contrariis depugnantibusque seminibus molem perpetuae societatis animavit, fugatus eiectusque est. Non habeo infelix affectum, quo quandoque possim ducere uxorem, amare liberos, appetere amicitias, sperare convictus: quisquis odii medicamentum biberit, unum fortassis oderit, sed amare neminem potest. Dii immortales! quid ego hausi? quale visceribus virus ingestum est? non fuit illud unum venenum: bibi miser exsecrationis quidquid totius mortalitatis ira contulerat, quod erat omnium animalium furor, omnium serpentium congesta rabies. Odii medicamentum quid aliud est, quam assiduus animi labor, perpetua tristitia, et homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris adductus? Fieri non potest, ut virus tam impotens semel in viscera receptum sit, et in unum tantummodo sensum, mandeturque quousque, dominetur.

Qui tenet nunc) *Qui tenet hunc*, Voss. pr. Lucas.

Depugnantibusque) *Repugnantibusque*, W. recte, ut puto.

Eiectusque est) *Est* deest Leid. et Voss. omn. *Deiectusque est*, W. Leid. pr. nihil tamen muto. Teret. Eun. II, 1: *Eiiciunda haec mollities animi*. Licet *deiicere* elegans sit, et in bellis saepe usurpetur; et τῷ *fugatus* non male conveniat; vide ad Phaedr. II, 1. Burm.

Infelix) Deest Leid. pr. Voss. pr. Lucae.

Convictus) *Convinctus*, W.

Quisquis odii) *Quid odii*, W.

Biberit) *Bibet*, W. Voss. pr. Leid. pr.

Totius mortalitatis) *Totius amortalitatis*, Voss. sec. vid. ad decl. 8, 16.

Omnium animalium furor) *Omnium* deest Leid. pr. *Omnium furorum*, Voss. sec. Leid. pr. *Ferre*, Voss. pr.

Animi labor) *Animi dolor*, W. Voss. pr.

Quam assiduus) *Quam* deest Voss. sec.

Et homo ab omnibus) *Et bono et ab omnibus*, Gronov. cod. unde Cl. Schult., *a bono et ab omnibus gaudiis in cor. d. abductus*; ut *abductus* sit substantivum, ut *amissus* Iust. V, *depastus* sequenti declamat. vel tentabat, *Sum homo ab* etc. ut nova esset periodus, similis locutio in fine h. declam., *cum a luminibus aut animus abducitur*. *Adductus* est in Leid. sec. Quae verba saepe promiscue ponuntur; v. Gifan. Indic. Lucret. et Muncker. ad Hygin. fab. 8. Burm.

Mandeturque quousque) *Mandetur potioni, quousque*, W. Leid. pr. Voss. sec. Lucas. *Manduturque potioni quous-*

XI. Ecce iam, mulier, odi; quid tamen adhuc facere illud in vitalibus putas? Paulatim se necesse est per totum diffundat animum, et quamvis primo statim haustu illud expugnet, in quod datur, brevi tempore in nominis sui potentiam omnes reliquos stringit affectus: medicamenti, cui tantum contra animum primum licet, prima fortassis vis erit odium, exitus iste, ut venenum sit. Respondere, iudices, illis libet, qui me paulo ante dicunt in amore fuisse miserabilem: quanto crudeliora, quanto graviora patior, qui dicor explicitus? modestior quum amarem, et quietior fuerat sane pallor in facie, sed ipsa quoque comis, optanda tristitia: inveniebam colloquia, merebarque sermones: nunc me omnes fugiunt, aversantur, oderunt. Tum frequenter a lupanari deducebat pudor, abiiciebat occursus: nunc publica detinent: conqueror, assisto, convicior.

XII. Proh miseranda conditio! rideor ubique, narror, ostendor: ego sum tota civitate meretricis inimicus: sic patior miser illas lupanarium insultationes, illa corri-

que dominetur: Ecce iam mulierem odi, Colb.

Primo statim) *Statim* deest Voss. sec.

In quod datur) *In quid*, W.

Medicamenti) *Medicamentum*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Primum licet) *Plurimum*, Obr. *Primum* omittit Voss. sec. nec opus esse videtur, toties itersta eadem voce.

Vis) *Vix*, W. Voss. pr.

Patior) *Patiar*, Voss. pr.

Et quietior fuerat) Cl. Schultingius ex MSS. *Et quietior. Fuerat sane* etc.

Optanda tristitia) *Et optandaque tristitia*, W. Forte scripserit, *quietior: Fuerit sane pallor in facie, sed ipsa votis omnibus optanda tristitia.* BURM.

Aversantur) *Adversantur*, W. Leid. et Voss. omn.

Deducebat) *Diducebat*, Lucas.

Abiiciebat occursus) Lego: *abigebat*. GRONOV. Quod recepit Obrechtus; an non praestet, *abripiebat?*

Publica) Mallet Cl. Schult. *publice*, vel rivales, vel meretrices, quibus fabula est factus.

Conqueror) *Quod queror*, Leid. et Voss. omn. Lucas.

Assisto) *Adsistor*, Voss. sec.

Sic patior) *Si patior*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. *Sed patior*, Leid. pr. Lucas.

Lupanarium) *Lupanarum*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Forte, *Luparum*; vid. supr. cap. 3.

Corrivalium) *Corporalium*, Leid.

valium maledicta, convicia: non possum satis tormentorum exprimere mensuram: odi, nec unquam visus sum magis amasse. Intelligitis puto, iudices, hominem, qui tantum ad vos detulit animi mentisque cruciatus, et pro vita queri: sed potio infelix, quidquid est, per quod paulatim proficitur ad mortem, assidue mecum rixatur affectus, et brevi necesse est consumar: quotidie vincor. Quae putatis esse tormenta, quem dolorem, quum mens vetatur oculos sequi, quum a luminibus suis animus abducitur? Quod non proficit, hoc superest, ut occidat: me infelicem, si venenum istud non habet mortem, si mihi inter hos dolores longior vita ducenda est! cur ergo post hoc animi vices commentaque prospicio? si meretricis impotentiae omnia licent, hoc erit remedium, ut amare rursus incipiam.

sec. Voss. pr. *Corporarium*, Voss. sec. unde coniiciebat Gron. *Compotantium.*

Convicia) *Vitia*, Lucas.

Non possunt) *Non possum*, W. Leid. et Voss. omnes.

Tantum ad vos) *Tantos ad vos.* Malebat Cl. Schult.

Sed potio) *Sepono*, W.

Quidquid) *Quid quod* etc., Voss. sec. Cl. Schult. legebat: *Haec potio operatur infelix, et quidquid id est, per quod paulatim proficitur ad mortem. Assiduo* etc. *Per quam paulatim*, Gryph. *Per quod paulatim quidquid est*, Leid. pr. *Proficiscitur*, Voss. sec.

Rixatur) *Rixantur*, W.

Consumar) *Consumat*, Gryph. Colin. Vidov.

Abducitur) *Abducitur odio*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas. *Abducitur. Odio quod non proficit, hoc superest ut occidat*, Voss. sec. et hoc probabat Schultingius.

Me infelicem) *Me felicem*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Cur ergo) *Cur ego*, Leid. et Voss. omnes.

Vices commentaque) Lego, *momentaque*, sensu, quo est apud Vellei. Pater. II, 78: *Magnis momentis concussas provincias*, id est motibus. *Vices*, ut apud Virgil. II Aeneid.: *Vitavisse vices Danaûm*; vel lege, *quas ego post hac animi vices, quae momenta prospicio?* SCHVLT. *Vices quae commenta*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas. *Vivam quae commenta*, Leid. pr. *Vices tormentaque*, Obrecht. Locus corruptus.

Impotentiae) *Impatientiae*, W. Leid. et Voss. omnes, Gryph. Colin. Vidov.

Hoc erit) Mallem, *hoc sit remedium.* Quid si, *nisi meretricis impotentiae omnia licent, hoc erit* etc. SCHVLT.

DECLAMATIO XV.

ODII POTIO II.

ARGVMENTVM.

Ex superiore argumento.

PRO MERETRICE CONTRA IVVENEM.

CAP. I. Etsi, iudices, ita a natura comparatum est, ne sit ullus iustior dolor, quam beneficii sui perdidisse rationem, nihilque gravius afficiat conscientiam bonorum, quam quotiescumque nulla merita ceciderunt; non efficiet tamen nefandum praesentis reatus indignumque discrimen, ut misera puella non gratuletur sibi, quod illam pauper accusare iam potest. Timuerat infelix, ne remedio suo sic repugnaret pauper, ut magis amaret: ne iuvenis in omni genere animi contentiosus ac pertinax, potionem illam dolore coactae sanitatis expelleret: bene, quod et terribilis et minax est pauper, quod poenam nostram, quod sanguinem petit. Non exspectes, ut statim gratias agat, qui sanatur invitus: nobis tamen, iudices, hodiernam pauperis mentem non prima fronte

Ita a natura) *Ita* deest W.

Quotiescumque) *Quoties*, W. *Quotiesque*, Voss. pr. sec.

Nulla merita ceciderunt) Forte: *irrita merita ceciderunt*. GRON. Cl. Schultingius notat, Gronovium etiam tentasse, *ulla merita processerunt*; ipse, *convicia inde redierunt*, vel, *ad nullum merita occiderunt*. Obrechtus expressit, *inutilia merita ceciderunt*; an, *multa merita ceciderunt?* id est vana, irrita fuerunt, ut ita *verba cadere*, et similia, obvia apud poëtas; vel, *pro nulla merita ceciderunt*. BVRM.

Non efficiet) *Non efficient*, Voss. pr. sec.

Vt magis amaret) *Vt magna amaret*, W.

Potionem illam) *Potionem suam*, W.

Et terribilis) *Deterribilis*, Voss. pr. sec. *Et* omittit Leid. pr. et Lucas.

Non prima) *Non* deest Leid. pr.

tractantibus, miserrimus iuvenis nondum videtur explicitus: et si bene prioris ardoris impatientiam novi, quod quum maxime facit, ira, non odium est: alioqui si profecisset remedium, et a pristino furore iam liber, animo intellectum sanitatis admitteret, omnem adhuc puellae vitaret occursum, non sibi crederet ultionem, et ipsum quoque iudicii timeret adire complexum. Deprehensa est, puto, novissime potionis supervacua persuasio: amat, iudices, amat, qui queritur quod non ametur.

II. Quid agam, iudices, hoc loco? sub quo temperamento defensionem periclitantis aggrediar? timeo ne, si coepero simplicissimae puellae laudare mores, referre probitatem, amare rursus pauper incipiat: sive enim, iudices, malignitas est persuasionis humanae, formam vacantem vocare meretricem; seu miserae nomen id

Impatientiam) *Impatientia*, Leid. pr.

Quod maxime) Rescripsimus ex auctoritate Voss. sec. ita postulante sensu, *quod quum maxime facit*; et ita Cl. Schultingius censebat: et sic iam saepe emendavimus.

Adire complexum) *An consessum.* SCHVLT. An *conspectum.*

Formam vacantem) *Feminam vacantem*, Leid. pr. *Formae vacantem*, Obrecht. Cl. Schult. probabat *feminam*, ex illo Ovidii epist. XX, 149: *Elige de vacuis quam non sibi vindicat alter.* Et ita decl. 262: *Cum animus tuus spectabat vacantes*, id est meretrices; alio sensu Tertul. II de cultu femin. cap. 3: *Vbi pudicitia, ibi vacua pulchritudo, quia proprie usus et fructus pulchritudinis luxuria. Formas* vero retineo: nam *Formas* et *figuras* puellis dici usitatum: eodem enim modo, *Figuras leves* dixit Propert. I, eleg. 4, quas Terent. Eun. II, 3, vocat *quotidianas formas* nam Donatus explicat, *leves et usitatas*, et ita capio illa eiusdem Prop. II, 23, dum lego: *Si tamen Oeagro quaedam compressa figura Bistoniis olim rupibus accubuit.* Vulgo *Oeagri*; valde sudat eruditissimus poëtae interpres, cui *Oeagri figura*, pro ipso Oeagro, est dura et intolerabilis iure visa locutio, nec ad rem facit *nati figura*, apud Catull. Epith. Thet. 220; sed sensus poëtae est, si quaedam puella (Musarum una) ab Oeagro compressa accubuit; idem l. II, 21: *Et quot Iona tulit, vetus et quot Achaia formas.* Et Eleg. II, 43: *Post Helenam haec terris forma secunda redit.* Et Eleg. IV, 28: *Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.* Et ita passim. BVRM.

Seu miserae nomen id) *Seu nominis miserae id*, Voss. sec.

imposuit aliquis amator, cui cum corporis bonis fortuna non dederat, unde severi matrimonii castitati sufficeret, laboravit necessitatum suarum custodire probitatem. Nullius unquam per hanc matrimonii turbata concordia est: nemo questus est pro filio pater: nemo exhaustas facultates in avidissimos sinus poenitentiae dolore deflevit. Tentet licet ingratissimus iuvenis invidiam miserae facere prioris affectus, non poterit obiicere meretrici et quod amarit, et quod amare desierit: ne quem igitur accusator hac prima fortunae suae comploratione decipiat, tanquam meretricis caritate consumptus sit; securi estote pro innocentia nostra, talis incidit, talis adamavit, nec habuit, quod perderet in tam immodico ardore, nisi mentem: vidistis enim notissimum tota civitate miserum. Quum lupanari noctibus diebusque deserviens, quamvis indulgentissimae puellae simplicitate frueretur, modo tamen maledictis opprobriisque vulgi, modo crebra rivalium contentione pulsatus, abigi tamen compescique non posset, movit mitissimam puellam hic infelicis affectus: laboranti primo sui voluit facultate succurrere: sed quidquid iudulserat, fovebat ardorem: quaeque in hac impatientia prona persuasio

Cui cum corporis) Malim, *quia*, *cum corporis* etc.

Castitati sufficeret) *Castitate suf.*, W. Voss. pr. sec. Leid. sec.

Matrimonii turbata) *Matrimonii sui*, Leid. pr.

Invidiam) *Invidia*, Voss. sec.

Non poterit) *Non poterat*, Leid. et Voss. omnes.

Innocentia nostra) *Inn. vestra*, Leid. pr.

Talis incidit) Proprium verbum de iis, qui casu occurrunt alicui; quo utitur, ut ostendat meretrix, se eum non blanditiis illexisse; vid. Cl. Drakenborch. ad Sil. V, 633. Burm.

Diebusque deserviens) *Diebus des.*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Noctibusque serviens*, W.

Quamvis) *Quis*, W. *Et quamvis*, Leid. et Voss. omnes.

Non posset) *Non posse*, Leid. pr.

Movit mitissimam) *Movit igitur mit.*, W. *Movet*, Voss. sec.

Laboranti primo) *Itaque laboranti prima sui noluit facilitate succurrere*, W. *Prima*, Leid. et Voss. omnes, Colb. Lucas.

Impatientia) *Patientia*, W. *In hanc patientiam*, Voss. sec. quod non temere repudiem.

est, quia nihil praestanti meretrix tam saepe contingeret, amari sibi videbatur.

III. Postquam nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tentavit asperitate discutere: poposcit, exclusit. Non defuerunt misero preces, adhibita sunt ex ipsa iuvenis conditione consilia: sed ista vincebat, et vires amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem, qui explicari ratione non poterat, necessitate servandum. Puto, iudices, frustra male audit in immodico pauper ardore: meretrix magis amavit hominem, a quo noluit amari: consumptis igitur optima feminarum cunctis indulgentiae severitatisque consiliis, dum apud omnes de pauperis sui amore conqueritur, incidit remedium, quo iam dicebatur alius amator explicitus: quae prima igitur medicamenti pariter ac dantis integritas est, non negatura porrexit: adiuvit deinde quod dederat; imperavit sibi; ne quas admitteret amplius preces, ne querelis assistentis, ne lacrymis move-

Contingeret) Vid. ad decl. 10, 2, Francius malebat, *contigerat*.

Amari sibi) *Amator sibi*, W. Leid. et Voss. omnes, Colb.

Intelligeret) *Intelligerent*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Explicari) *Explicare*, W. Sed tunc *se* addendum foret.

Necessitate) *Necessitatem*, Leid. sec.

In immodico) *In* deest Leid. et Voss. omnibus; *in modico*, Lucas.

Magis amavit) *Magis audivit*, Leid. sec. *Magis amovit*, Voss. pr. sec. *Admovit*, Lucas. Forte legendum, *Puto iudices frustra male audit in immodico pauperis amore meretrix. Magis amovit hominem, a quo noluit amari.* BVRM.

A quo noluit) Forte, *quod ab eo noluit*, vel *eo quod*, nempe ita infamiae succurrit, et fecit, quantum in ipsa fuit, ut rem familiarem curaret. SCH. *Hominem quo noluit*, Voss. sec.

Optima feminarum) *Optimae f.*, Colb. Leid. sec.

Cunctis) *Cunctos*, Voss. pr.

Incidit remedium) Francius malebat, *incidit in remedium*.

Quo iam dicebatur) *Quod iam d.*, Voss. sec.

Alius) *Aliis*, Leid. pr.

Non negatura) Puto *negatura*. GR. Non negatura se porrexisse potionem, ita paulo post: *Bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur.* SCHVLT.

Imperavit sibi) Vide ad Inst. lib. V, 10.

Ne querelis) *Et ne querelis*, W.

retur, exclusit. Vultis scire, iudices, ubi sit medicamenti, quod obiicitur, totus affectus? Quisquis odium dedit, omnia post hoc facit, ut debeat amari: quanto iuvenis hoc melius? in forum aliquando venisti? Incipis agere serium, gravem: iam leges, iam iura loqueris, conviciaris, maledicisque meretricibus: hunc tu animum modo inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solaque impatientiae tuae fabula notus: perieras infelix, nisi bibisses venenum. Veneficii agit.

IV. Credam mehercle, iudices, ad subscriptionis huius immanitatem exspectasse publicae severitatis aures, quodnam seculo nefas nuntiaret hic gemitus? quae pro-

Moveretur) *Moverentur*, Voss. sec.

Vbi sit) *Nisi sit*, W.

Affectus) Badius *effectus* legisse videtur.

Quisquis odium dedit) Lego, *odium bibit*, ut postea, *o quam timueram, ne diceres amatorium bibi*, et *odium accepi*. Id est potionem odii. Sic *soporem dare* dixit Nepos Dion. pro soporiferum potum. Deinde lego, *omnia post hoc facit ut desinat amari. Quanto hoc melius*, nempe quam indulgere amori, et in lupanaribus et libidinibus volutari. An, *ut debent amari*, id est ita se gerit caste et laudabiliter, *ut amari debeat*. SCHULT. *Odium dederit*, W.

Quanto) *Quando*, Leid. et Voss. omnes.

Serium) *Seriam*, Voss. pr. Male; hinc confirmatur nostra explicatio decl. 5, 19, et haec duo *gravis, severus*, saepe iuncta occurrunt; v. decl. 14, cap. 3, et 8; decl. 15, 3; 18, 7, et alibi. BURM.

Iam leges) Desunt W. Voss. pr. male; nam et mox, *non agnoscunt leges ac iura miseros*, et differre *leges*, et *iura*, ostendi ad Petron. cap. 108, et saepe in his declamationibus: *loqueris* illustravimus ad eundem cap. 117. BURM.

Perdebas) Malim legere, *prodebas*, et omnia per interrogationem dicta accipere: an hunc animum, quo nunc conviciaris meretricibus, olim ostendebas inter libidines et scorta, quum macies et pallor monstrarent te esse mancipium meretricum. BURM.

Perieras etc. *agit*) Haec omnia deerant Leid. pr. Voss. pr.

Veneficii agit) *Veneficii causam agis*, W.

Credam) *Credo*, Leid. pr. pro var. lect. Lucas.

Subscriptionem huius immanitatis) *Immanitatem*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. *Subscriptionis h. immanitatem* Voss. sec. quod praetulimus.

Quodnam) Gronovius legebat, *aurem quasi quoddam seculo n. n. h. gemitus; mirabar quae prosiliret novitas*, teste Schultingio. *Quoddam s. n. n. hic gemitus, morabar*, W. *Quod-*

siliret orbitas de novercalibus quaesitura commissis? quem pestiferis heredum medicaminibus enectum tristis comploraret affinitas? Non pudet ergo, quod vacatis lupanarium querelis, et ad vos deferuntur amantium rixae? videtis hunc accusatoria fronte terribilem? oscula poscit, destitutos queritur amplexus. Vultis nos abire potius in nostra secreta, ibique gaudia querelasque mutata conversatione consumere? non agnoscunt leges ac iura miseros: hic audiuntur seriae calamitates: non est ultione dignus, de quo potest efficere meretrix, ut queratur. Ecquando unquam, iudices, audistis de veneficio vivum querentem, facinus hoc semper ex mortibus accepit invidiam. Si latrocinium, probes cruore, vulne-

dam, Leid. sec. Voss. pr. sec.; *quasi quodam*, Leid. pr.

Quaesitura) *Quaesita*, W. Gryph. Colin. Vid. *Quaestura*, Colb. *Quaesitura*, Scholt. capit, in iudicium deductura, ut *candemnare* dicuntur accusatores. Ego *quaesita* praeferrem, id est qaae provenit ex scelere navercali: ita *invidia*, *ignaminia quaeri* dicitar, ut ostendit Gronov. ad Liv. XXV, 6, *Pericula quaerere*. Ovid. II Metam., 565. Iust. II, 7: *Atque ita unde periculum quaesitum fuerat, ibi maximam gloriam invenit*. Mox hac declamatione, *ex vocabulo mulieris quaerit invidiam*. BVRM.

Quae pestiferis) *Quem*, Leid. et Vass. omnes, Colb. et recte. Sed malim, *heredum*, quem *heredem* enectum medicaminibas pestiferis comploraret affinitas. Nemo enim heredem suam veneno tollit, sed saepe accidit, ot ad qnos hereditas pervenire debet, non exspectare velint mortem illioa, a quo heredes scripti sunt. BVRM.

Enectum) *Evectum*, Leid. pr.

Videtis hunc) *Videtis nunc*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Vultis vos) *Vultis nos abire p. i. nostra secreta*, W. Qaod placet.

Ibique) *Ibi*, W. Leid. et Voss. om. Cl. Schulting., haec patronam loqui ex sententia clientum, credens, ita legebat et distingaebat, *vultis nos abire potius in nastra secreta, ibique g. q. m. v. consumere? nos agnoscunt leges ac iura. Miserorum hic audiuntur seriae calamitates*. Prius membrum recepimus, nam in vulgata nallum sensum video. Sed iudices non vacare, dicit, querelis miserorum amantium, qui exciderunt amore, sed illas volunt inter se privatum queri et expostulare. BVRM.

Mutata) Mallem *mutua*. An *mutata*, id est alia, diversa alqae haec in iudicio est? vel alia ac fieri solet, ubi pax est inter amantes, et amor in tranquillo. BVRM.

Miseras) Scilicet ex amore, ut passim apod camicos. Ter. Eun. I, 1: *Nunc ega, et illum scelestum esse, et me miserum sentia*. BVRM.

Accepit) *Accipit*, Oxon. edit; *cedit*, Gryph. Colin. Vidov.

Si latrocinium) *Si latrocinium praebes, cruore*, Lucas. Cl. Schult. mal-

ribus: si sacrilegium, spoliis numinum, praedaque templorum: ita veneficium si arguas, oportet ostendas putre livoribus cadaver, inter efferentium manus fluens tabe corpus. Vt iam istud obiicere possit, et vita debet aliquid esse passa, quod invidiam mortis imitetur: veneficium voca, quod caecitate grassatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum: profer, agedum, corporis notas, in quas se noxiae potionis vagus fervor effuderit, ubi depasta senectus visceribus saevitura consederit. Adspicio par laboribus corpus, retinere sua ministeria, sufficientem animum seriis actibus, accusatoria firmitate robustum.

V. Crede, iuvenis, omnibus qui te modo noveramus, nunc acrior erectiorque resedit in sensus vigor, in membra sanguis: viribus velut novae iuventutis exsultans, bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur. Quod si permittitis, iudices, ut quidquid extra consuetudinem datur, ad huius vulgi referatur infamiam: beneficium male audiendo vitietur sanitatis,

let, *sicut latrocinia*, et mox, *sicut sacrilegium.*

Fluens tabe corpus) Vide ad decl. 6, 3.

Vt iam istud) Forte, *ut iam istud obiicere non possit: At vita debet.* Sch.

Depasta senectus) Malo, *depastis.* Gron. An, *depastis enectisque visceribus*, ut paulo ante, *pestiferis medicamentis enectum.* Schvlt. *Depastis, intus visceribus*, Obrecht. *Sevitam consederit*, W.

Omnibus) *Hominibus*, W. Leid. et Voss. omnes.

Noveramus) *Non eramus*, Leid. sec.

Nunc acrior) *Non acrior*, W. *Actior*, Leid. sec.

Erectiorque) *Erectior*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Resedit) Scribe *rediit.* Gron. Sic et hoc verbum cum *redire* confusum a librariis apud Ovid. V Met., 364: *Monte suo residens.* Vbi *rediens* quidam codices. Certe *resedit* hic locum non habet; *residere* enim dicuntur, quae cessant, ut *bellum resedit*, Hor. III, Od. 1. Forte, *se dedit in sensus vigor.* Burm.

Sanguis) *Sana vis*, Leid. sec.

Exsultans) *Exsultas*, W. Lucas.

Huius vulgi) *Huius vocabuli*, Obr.

Beneficium male audiendo) Forte, *veneficium male audiendo videbitur sanitas*; id, quod sanitas est, si vulgus male interpretetur, erit veneficium. Gron. *Beneficio m. a. ut et sanitatis*, W. *Beneficio m. a. ut et sanitatis statum quae*, Voss. prim. sec. *Beneficium m. a. ut et* (in margine *vitetur*) *sanitatis statum quae*, Leid.

statimque merebitur sceleris invidiam, quidquid profuerit invito. Illud tantum noxium virus vocavere leges, quod non admitteret interpretationis incertum: iniquissimum est venenum videri, quod in potestate bibentis est, an sit remedium. Sentit, iudices, iuvenis crimen, quod detulit, nec nomine, nec effectu scriptionem legis implere: itaque ex vocabulo mulieris quaerit invidiam. Meretricem, inquit, accuso: nescis, mihi crede, iuvenis, sceleris, quod detulisti, qualem mihi debeas probationem. Rem exspecto mehercule, ut sit ante omnia minax vultus, feralis habitus; horreant squalore crines, rigeat super nefandas cogitationes efferata tristitia: facinus, quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, et amputatis

pr. *Vitetur*, Leid. sec. *Beneficio m. a. ut od sanitotis stotum quae*, Voss. sec. *Vitetur ut et sonitatis*, Lucas.

Virus vocare) Scribe *vocant*. Gronov. *Vocavere* ex Gronovii sententia Schultingius rescribebat, et ita expressit Obrechtus: *illud t. n. virus covere legens*, W. Vbi excidit prima syllaba *vo*. recte autem ad leges provocat, quia *virus* et *venenum*, sunt vocabula μέσα, et a poëtis et aliis in utramque partem adhibentur, vide l. 236, ff. de V. S. sic *virus malum* Senec. I de benef., 13; sed ideo in legibus non admittitur hoc incertum interpretationis, et fere *molum*, *noxium*, et similia epitheta adiiciuntur. Vide Servium et alios ad Virgil. I Georg., 129; et ita passim ICti *Malum venenum* dixere, vide et declam. 350. Bvrm.

Nec nomine, nec affectu) *Ne nomine, nec effectu*, Voss. pr. *Nec nomine, nec effectu*, Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. *Effectu*, etiam W. Leid. sec.

Sceleris, quod) *Sceleris* deest W. Voss. pr.

Mihi crede) *Mihi credere*, Voss. pr.

Rem exspecto) *Reum exspecto*, W. *En exspecto*, Obr. Sed *rem* opponit verbis, ut recte Schultingius, non opus ait verbis, ubi rerum testimonia adsunt.

Vt sit) *Vt in eo sit*, W.

Diris ogitare criminibus) *Duris*, W. *Criminibus*, Leid. pr. Franeius malebat, *diris devocare carminibus*, quod longius abit.

Amputatis) *Amputatas*, Obr. edidit, quod non probo: non enim veneficae mortuis recisas manus armabant, sed suas armabant, non ense, aut telo, sed truncatis cadaverum ossibus et membris. *Armare* enim est instruere, ita Val. Fl. II, 182: *Non prius ense manus, raptoque armabimus igne*; vs. 667: *Nec socias armare manus*. Ovid. II Metam., 848: *Cui dextra trisulcis Ignibus armata est.* Et ita *armare* et *instruere* coniungit idem XIII Met., 544: *Seque armat et*

cadaveribus ipsas in scelus armare manus, fieri non potest, ut auctorem suum non statim primo prodat adspectu. Vides veneficae non horridos vultus, placidamque faciem: si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura de forma est: omnis in hoc collata meditatio, ut sollicitet adspectu, sermone detineat.

VI. Audio subinde exactas mero noctes, tua mulier convivia, perditas amantium rixas, meretricis unum veneficium est, ne desinat amari. Numquid inique, iudices, in tanti sceleris subscriptione deposco, ne nominibus reos velitis aestimare, sed moribus? Venefica tua quid prius unquam, quid simile commisit? cuius per hanc expugnatus animus est? quis queritur iuvenis? quis senex? quis dives? quis pauper alius? in te ergo solo venefica; in te tantum aliud ista, quam meretrix.

instruit ira. Sic apud eundem, galeam infectam veneno *armarat* Medea *in illos usus*, lib. VII, 633; et ita *ferrum armare veneno* Virgil. IX, 773, et X 140, et alii eum imitati. Vide ibi interpretes. *In scelera vero armare* dicitur, ut apud Ovid. VII Met., 345: *Quid vos in fata parentis Armat!* Intelligit vero illud magici veneficii genus, quod explicuit Broukhus. ad Tibull. I, 11, 46, et Lindenbr. ad Amm. Marc. XIX, c. ult. BVRM.

Armare manus) *Armare mortis*, Voss. sec.

Non horridos vultus) *Non horridum vultum*, W.

De forma est) *Est* ignorant W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Exactas mero noctes, tua mulier convivia) Forte, *tumultuosa convivia*. GRON. An, *post tua, mulier, convivia*, id est commessationes, vel, *in mulieres convitia perdite amantium et rixas;* vel, *et perdite amantium rixas.* SCH. An non praestaret, *tuta mulieris convivia*, id est, in quibus nulla suspicio veneni. Ita Sen. I de Clem., 26; licet paulum alio sensu, *non convivia secura ineunt.* Haec *credula* vocat Iustin. II, 10. Vt vero *perditas rixas*, ita mox, *vilissimi cuiusque perditos patior ictus.* Praeterea *extractas* mero noctes, Francius volebat; recte: si ita codices haberent, nunc *exactas* non mutem; vid. ad Phaedr. I, 18. BVRM.

Ne desinat amari) Francius corrigebat, *ne desinant amari.*

Venefica tua) Vt supra, *meus legatus*, vid. ad decl. 12, 18.

Quid prius) *Quo p.* Leid. pr.

Animus est) *Est* nesciunt Leid. et Voss. omnes.

Quis pauper) *Qui pauper*, Voss. sec.

In te ergo solo) *In te ergo sola*, W. quod expressit Vidnveus; sed *in te solum*, videtur Ascensius voluisse, vel *solum in te;* credebant nimirum *in* hoc sensu accusativum requirere,

Vultis integritatem puellae breviter probem? hanc, quam nunc pauper detestatur, accusat, amare mallet. Omnia, iudices, facinora, nisi fallor, causas vel de cupiditate, vel de simultatibus trahunt: quod odium de amatore meretrici? quae praeda de paupere? Odium, inquit, accepi: ecquid, iudices, satis me contra infamiam veneni vel solum medicamenti nomen absolveret? nec invenio, cur debeat idem videri, quod non potest idem vocari. Agedum, iuvenis, potionis imple huius imma-

sed et passim veteres ablativum adiungebant; decl. 18: *In ista potius vilitate desaeviat*; et decl. 19, 6: *Novum uxoris in marito crimen.* Vt ibi legendum est ex scriptis. Iust. I, 6: *Nepotem in illo magis quam victorem egit*; VIII, 6: *Scelestus in utroque* Senec. Thyest. 309: *In patre facient, quidquid in patruo doces.* Vnde apud Caesarem II de Bell. Gall., 32, ex codice Gottorpiano et Egmondano lego: *se id, quod in Nerviis fecisset, facturum*; vulgo, *in Nervios.* Ovid. VI Met., 635: *Scelus est pietas in coniuge Tereo*; vs. 546: *Nimiumque in pellice saevae.* Vnde posset firmari lectio quorumdam codicum apud eumdem lib. XIV, 193: *Aut aliquem e sociis, in quo mea saeviat ira.* Vide de bis Scholiasten Anonym. ad Cicer. I, in Verr. 1. Ita mox, *quantum amori in homine liceat:* ita enim MSS. Apud Caesarem quoque lib. I de Bell. Gall., 6; in codice Egmondano legitur: *quod nondum bono animo in populo Romano viderentur.* Male etiam apud Vellei. I, 12, pro *odium ne in victis quidem deponitur*, legitur, *in victos.* BVRM.

Quam nunc detestatur) *Quam nunc pauper detestatur*, Leidens. et Voss. omnes, Colb. Lucas.

Odium, accepi) Explicat Badius odii potionem, cui suffragatur Cl. Schult. et hoc sequentia docent. Ita *accipere* pro bibere utitur Iustin. XII, 10: *Et herba in potu accepta, statim periculo liberatus est.* Ovid. VII Met., 287: *Quos postquam combibit Aeson Aut ore acceptos aut vulnere.* Suet. Nero 33: *In quo cibi genere venenum is acceperat*; et ita in codice Heinsii apud Ov. Remed., 740: *Et vomit acceptas ore Charybdis aquas.* Quia tamen durior haec locutio, posset mitius, *odium accipere*, explicari, quod non ipse causa odii esset, sed quod a muliere profectum esset, ut ita Dict. Creten. II, 10: *Telephus dux ob acceptam gratiam factus*, sic Lucan. VI, 392; *acceptum bellum*, quod non fecit prior Caesar, vocat; sic apud Ovid. Ibide 117, ubi vulgo legitur, *Accedat lacrymis odium*, in MSS. est, *et capias lacrymis*, legendum nimirum, *Accipias lacrymis odium*; et eo sensu vidimus ad decl. 12, *Habere odium* dici: sed in his omnibus tamen locis aliquid adhuc discriminis est, quum ibi sit odium in me aliorum accepi, hic vero odium in omnes, coniugem etc. *Accepi*, pro concepi a meretrice mihi datum. BVRM.

Ecquid, iudices) *Et quid inde?* W.

Quod non potest idem vocari) Haec desunt W.

Potionis imple) *Potionis impiae h. im. dic.* W. Leid. et Voss. omnes (nisi

nitatem : dic, odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, ut a sacris avocarer affectibus, ut pignora sancta despicerem: illud odium in meretrice facinus est, quo utitur in sui caritatem: ita vel hoc solum sufficit excusationi, quod illa contra se tantum dedit.

VII. Odium, inquit, accepi: nunc te hic reposco, iuvenis, invidiam, quam fortunae nostrae paulo ante faciebas: dic, meretrix dedit, prostituta porrexit: o quam timueram ne diceres, amatorium sui! Consurge, agedum iuvenis, et totis corporis animique viribus imple susceptae accusationis horrorem: est quod audiente tota civitate proclames: misercmini mei, adiuvate, succurrite, bibi medicamentum crudele, saevum; desii pauper amare meretricem: iamiam non inquietis noctibus vagus vilissimi cuiusque perditos patior ictus, nec exclusus ante lupanarium fores posterum diem pervigil amator exspecto: possum navigare, colere terras, sufficio militiae, redditus est mihi animus, quo fierem maritus, quo, senectuti liberisque prospicerem. Quantum, dii deaeque! remedium conditione bibentis valuit? fecerat te potio ista felicem, si divitem puella. Ita vel hoc non solum, iudices, innocentissimae puellae pro defensione sufficeret, quod nihil fecit sua causa? amatorem dimisit, explicuit illa, quae captare dicitur,

quod in Leid. sec. erat *iniquae* pro var. lect.) Colb.

Avocarer) *Avocaret*, Locas.

Vt pignora sancta despicerem) Haec non habet W.

Quo utitur in sui caritatem) *Quod utitur*, Voss. pr. *Caritate*, W. Forte, *quod vertitur in sui caritatem.*

Amatorium sui) *Amatorium bibi*, W. Leid. pr. *Sibi*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Lucas.

Desii pauper) *Desiit*, Leid. pr.

Posterum) *Postremum*, W.

Quantum, dii),*Quantae d.[d. r. conditione*, Voss. sec. *Conditione*, Leid. pr. *Conditionem* Voss. pr. qui et *maluit* pro *valuit*. Ego vero coniungendas duas periodos esse puto, hoc sensu; quantum *valuit*, id est, potuit, remedium hoc secundum conditionem bibentis, *fecerat*, (hoc est fecisset) te ista potio felicem, si potuisses animum a meretrice abducere, et applicare ad uxorem divitem. BVRM.

Fecerat te potio) *Fecerat te potius*, W. Leid. et Voss. omnes, Lucas.

ut ametur, quae sollicitat, quae corrumpit affectus. Ingrate, quanta de te potuerit gloria frui? non quidem confers pretia, non stipes; sed assides, sequeris, haeres, praestas comitatum, favorem, laudas ubique, miraris: hinc ergo iratus meretricibus, quod illas etiam pauperes ament, quod facile contingant, quod laboribus exonerentur adeuntium facies, hinc amator, ut divites ament, in crimen maximum captas transferre beneficium? Vt aliquis amare desinat, non nisi ab amante praestatur.

VIII. Quid ais, iuvenis? ita bibisti potionem, quae finem cupiditatibus daret, premeret ardorem, desideria restingueret? abi, recede, dum puellae publico generis humani nomine gratias agimus, quod hoc fieri posse monstravit. Furor ille, qui, si credimus, numina quo-

Ingrate, quanta de te potuerit gratia frui) Immo *potuerat*, vel *poterat*; puella nempe aut meretrix. Gronov. Legendum, *quanta de te potuit* (vel *potuerat*) *gloria frui*. Schvlt. *Potuit gloria frui*, W. *Potuerit gloria frui*, Leid. et Voss. om. Colb. *Potuerit* pro *potuisset*, *gloriam* vero et *gratiam* ubique in MSS. confusas deprehendi; vid. optimum Drakenborchium ad Sil. Ital. XIII, 664, et nos ad Ovidium passim notabimus. Bvrm.

Non quidem) *Non equidem*, W.

Sed assides, sequeris) *Sed assedisse querelis*, W. *Sed assedisse quereris, heret, praestas comitatum, favor est, lauda ubique miseraris*, Voss. sec. *Quereris* etc. Colb.

Hinc ergo iratus) Varie tentavit haec Cl. Schultingius. Sed quum in Gronov. erat, *hinc ergo iam meretricibus* (ut et est in W. Leid. et Voss. omnibus et Colb. et Luca) coniiciebat: *hinc ergo iniuriam meretricibus, quod illas e. p. a, q. f. co. q. laboribus exorentur adeuntium, facies? hinc amator ut divites ament, in crimen maximum c. t. b. Exorentur* etiam est in W. Leidens. et Voss. omnibus et Gryph. Colin. Vidov. et *hic amator*; in iisdem. *Laboribus exercerentur adeuntium, facies hinc amator*, Obr. Casellius lib. II Variar., 17, legit, *Hinc Gorgoniae meretricibus, ut illae etiam pauperes ament, ut faciles contingant, ut laboribus exorentur adeuntium facies: Hinc amatorium, ut illas divites ament*; vel forte *quo illas*. Gorgonias vero illas, ut fatetur ipse, nullo auctore confirmare potest, sed explicat potiones amatorias. Quas non novandi prurigo nugas profert? praestat certe ulcus intactum relinquere. Sed praefero tamen, *hinc ergo iam meretricibus*, scilicet mos est, usitatum est, vel contingit, vel simile quid. Sed illud *laboribus exonerentur* incommodum habet sensum, nec adhuc mihi patentem. Bvrm.

Cupiditatibus) *Cupiditatis*, W. Leidens. pr. a m. s.

Restingueret) *Restringeret*, Luca

que detracta sideribus misit in terras, qui de sacris venerandisque pignoribus monstra commentus est, ardor, qui miscuit hominum ferarumque concubitus, ferrum, ignes, claustra laxabat, per interiecta late maria fugiebat, vetatur, perit. Accipite quod magis debeatis stupere, mirari: remedium amoris mulier invenit: desinite nunc incestum timere, mortales, nulla pietas horreat nefandae cupiditatis instinctum: quidquid non parentum minae, castigationes, non serii propinqui, non paupertas, non necessitas poterat efficere, haustus brevis, facilis, unus extorquet. O si quis odium posset omnium bibere vitiorum! felix profecto mortalitas, si reliquos lapsus incommodosque mentis errores fas esset infusa potione compescere. Facinus est, quod maximum remedium gratiam sui auctoris vocabulo perdit: miraremur hominem, qui illud contra meretricem dedisset: tibi tamen ultra omnes immodica cupiditate flagranti, tibi praecipue succurrendum, iuvenis. Cuius homo conditionis adamaveras? divitiis opus est, ne simus in amore miseri: et impotentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant, quos contra fastidia ceterosque contemptus explicat felicitas magna pereundi.

Misit in terras) *In terras* deest W.

Pignoribus) *Pigneribus*, Leid. sec. Voss. pr.

Per interiecta) *Est per interiecta*, W. *Per interrita*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Vetatur) *Necatur*, Leid. pr.

Perit) *Periit*, W.

Desinite etc. *mortales*) Haec non habet Voss. pr. in Leidens. pr. erant margini adscripta.

Horreat) *Horrenda n. c. instinctu*, Leid. pr.

Parentum minae) *Parentium minae*, W. Leidens. sec. Voss. pr. et sec. *Parentum mille*, Leid. prim. *Parentum mirae c.* Lucas.

Non serii) *Non servi*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Errores fas esset) *Erroris fas est*, W.

Sui auctoris) *Sui vocabulo perdit* (*perdidit* Leid. pr.) *auctoris*, Leid. pr. Voss. sec.

Felicitas pereundi) *Perdendi*, Lucas. Tentavit aliquot coniecturis hunc locum Cl. Schultingius, quas ne referamus, faciunt eiusdem notae ad Senec. Controv. III, p. 95, ubi *infelicitatem pereundi* contra luretum as-

IX. Felix profecto, qui non nisi facultates in lupanaria effudit. Tu perdis animum, ille aes: tu bibis uxoria, tu lacrymis rogas, pallore blandiris: et quod ad pessimum spectat eventum, miserabilis sis oportet, ut amator esse videaris. Finge te nullum huius affectus sentire cruciatum, id amare, te pauper, saltem non pudet? homo, cui non vacaret agere longa languoris otia,

serit: retineo tamen vulgatum, nam videtur noster in hoc ὀξυμωρῳ, Horatii illa ex lib. I, od. 27, ante oculos habuisse: — *Dicat Opuntiae Frater Megillae, quo beatus Vulnere, qua pereat sagitta.* Et ita verbum *perire* in amoribus est obvium apud comicos et alios. Val. Flacc. VII, 7: *Nec pereat quo, scire, malo.* Propert. I, 4, 12, accommodate ad hunc locum: *Sunt maiora, quibus, Basse, perire iuvat.* Vbi vide Brookhusium; et ita nos explicuimus locum Ovidii Epist. IV, 86. Burm.

Non nisi) Desunt W. Leid. et Voss. omnibus et Lucae; sed Voss. sec. habet, *felix profecto quam facultates* etc.

Tu perdis animum, ille aes) *Ille aes* desunt W. Leid. pr. Voss. pr. Lucae. *Ille est*, Leid. sec. Voss. sec. quasi esset, *ille edit, tu bibis*; varie et haec tentavit Cl. Schultiog. *Tu perdis animum, non illic aes tantum bibis uxorium.* Et capit de homine, qui proletarius aut capite censos esset, cui vix erat in bonis, unde uxorium solvere posset, quare a censoribus numero civium movebator, quia celebs non poterat solvere uxorium, quod in lupanari consumpserat. Legebat etiam, *tu perdis animum illic, tu aes bibis uxorium.* Ascensius *bibere uxoria* explicat, pocula uxoria, id est aquatica, quia uxores erant Romane abstemiae; in Voss. sec. erat, *Tu bibis uxor, at tu lacrymis.* Ego verba haec pessime affecta esse credo. Neque quis locus hic *uxorio* sit video: itaque ablegatis illis, *ille aes*, quae sacrae quidam disciplinae memor monachus, et pluris esse iacturam pecuniae tradi in divinis paginis quam animae, recordans, intempestive intrusit; lego, *tu perdis animum, tu hebes*, vel *tabes luxuria* etc. vel *tu fluis luxuria.* Obrechtus refinxit, *tu verbis rixaris.* Quod nimis leve, in hac parte declamationis, ubi de modis, quibus pereat, agit. Burm.

Eventum) *Adventum*, Leid. Voss. pr.

Miserabilis sis oportet) Ex praecepto Ovidii I Art., 737: *Vt voto potiare tuo miserabilis esto, Vt qui te videat dicere possit, amas.*

Cruciatum) *Cruciatus*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Id amare te, pauper, saltem non pudet) Lege, *adamare, te, pauper, saltem non pudet*; vel, *at amare.* Gronov. An *sic amare?* nempe ut tempus omne insumas libidini, quum vix suppetat, unde possis tolerare vitam; vel scribendum *adamare*, ut saepius in hac declamatione. Schvlt. *Te* deest W. legerem, *ipsum amare te* etc: Ovidius II Amor., 18, 8: *Iam te, dixit, amare pudet?*

Homo, cui non vacaret) *Otia* deest codicibus scriptis; quare legerem *homo c. n. v. agere longos languores; aegrum quem non d. t. n. quies, qui excusare non possit, si unum perdi-*

aegrumque non deceret totarum noctium quies, excusare non possis, si tantum perdideris dies, cuius census ex manibus, ex laboribus substantia, quem quotidie poscit ultra rationem in dies demensus, amentiam pateris, felicium oscula tantum amplexusque meditaris: et unde tibi calamitatis huius non potest nec venia contingere, de voluptate miser es. Exspectandum videlicet quando te fames, inopia castiget: sed inter ista coepisti, quid iam facere potest ratio, consilium? Odio sanandus est, quem non explicat, quod pauper adamavit: non tamen intelligere possumus tecum solam fuisse paupertatem;

derit diem; vel *homo cui n. v. a. longa l. otia, aegrumque n. d. t. n. q.* etc. (vel *an*) *excusare non posses, si ita etiam perdideris dies*; deinde, *quem quotidie poscit ultru r. in d. d. Amentiam pateris, in adversis felicium oscula* etc. Demensum in diem accipio, quod singulos in dies natura flagitat, aut quod ipse sibi statuit ad alendum corpus; vel alluditur ad id, quod pauper in diem vivit. Schvlt. *Otia* deest W. Leid. et Voss. omnib. et Lucae: nihilominus retinendam vocem puto. Sensus enim est hominem pauperem, cui non vacaret aegrotare, et in murbis ipsis totas noctes dormire, se non posse excusare, si dies perderet in lupanari; quare legendum, *homo, cui n. v. agere longi* (vel *longa*) *languoris otia, quemque aegrum non deceret totarum noctium quies, excusari non possis, si totum perdideris diem. Cuius c. e, m. e. l. s. quem quotidie poscet ultro rationem cibus demensus, amentiam fateris, felicium oscula tantum amplexusque meditaris.* Cibus demensus, quem pro ratione operis accipit certa mensura, ideo sponte et per se poscit quotidie, ut rationem subducat, quia nihil reliquorum est; iam autem nihil stultius, quam talem hominem, meditari felicium oscula. *Fateris* non quidem verbis, sed factis, qui frequens huius verbi usus. Bvrm.

Aegrumque) Scribe, *quem aegrum*. Gronov.

Non deceret) *Non diceret*, Voss. sec.

Quem quotidie poscit ultra rationem in dies demensus) Forte: *quem quotidie poscit vitae rationem vile demensum.* Vt apud Terentium: *vix de demenso suo.* Plautus in Sticho: *Vos meministis quotcalendis petere demensum cibum.* Gron.

Demensus) *Demersus amentia pateris adversus felic.* Voss. omnes. Lucas. *Demersus*, Colb. *In adversis* volebat Cl. Schultingius, non male, si ita distinguatur. *Amentiam fateris, in adversis felicium oscula* etc. *meditans.*

Quid iam) Francius volebat, *quod iam.*

Fames, inopia) *Famis inopia*, Voss. sec.

Tecum solam fuisse) *Te non solam*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec. *In te non solam.* Leid. pr. Cl. Schult. legebat, *in te tum solidam fuisse paupertatem. Iu-*

iterum, non opes tantum tibi, non facultates defuerunt: non erant, quantum video, propinqui, non amici: alioqui illi te potius nostra potione sanassent: vel si ignorassent huius graminis vires, vinculis nexibusque tenuissent. Quid blandis affatibus impotentissimum eludis affectum? datum est remedium dolori, qui saepe egit in laqueos, in praecipitia compulit, qui cruciatus laborantis animae vulneribus emisit: quantum amori in hominem liceat, illi magis sciunt, qui amant.

terim non opes tandem (vel*tamen*) *tibi, non facultates defuerunt.* Ironice scilicet, tu habuisti unde viveres, quamvis amori vacares, sed quod misero in amore perseverasti, id inde factum, quod fides amicorum tibi deesset. Ego mallem, *Nunc tamen intelligere possumus te non solam tulisse paupertatem; Item, non opes tantum tibi, non facultates defuerunt: non* (subintelligi hic debet *sed non*) *erant* etc. *Item* est in Leid. pr. innuit autem non tantum opes defuisse, sed et amicos, et cognatos, in quorum tutelam amens et furiosus debuisset tradi. Vt notum ex illo Horatii II Sat., 111: *Ad sanos redeat tutela propinquos*, hinc iam firmantur, quae supra correximus, *amentiam fateris:* inde nunc intelligimus, non solam te tulisse paupertatem, sed et furorem, item non tantum defuisse opes, sed et propinquos, qui te compedibus coërcuissent; haec latius possent deduci; sed imposuimus nobis modum commentandi. BVRM.

Graminis vires) *Virus*, W. Leid. et Voss. omnes.

Te potius nostra potione) Scripsisse puto autorem, *te potentius nostra potione sanassent*) In Institutionibus Fabii centies vidimus *potissimum* et *potentissimum*, permutari; v. ad lib. II, 17 et alibi. Ego potione odium quidem tibi iufudi, sed nihilominus quotidie ad me venis, et ut admittaris molestus es, illi te coërcuissent potentius, vi et imperio, vel vinculis et nexibus. BVRM.

Vinculis nexibusque) *Vinculisque tenuissent*, Leid. pr. *Vinculis noxibusque t.* W. Francius malebat *in vinculis* etc.

Blandis affatibus) *Affectibus*, W. Leid. et Voss. omnes. Colb. Lucas.

Impotentissimum) *Impudentissimum*, W.

Eludis) *Claudis*, W. Cl. Schult. malebat, *Ecquid blandis affatibus* i. e. *affectum.* Vt ex persona meretricis intelligatur, quae, non ut solent meretrices, blanditiis elusit amorem, et spem amatoris destituit, sed veneno et potione.

In laqueos egit) Alludit ad illa Theocriti Idyl. III: Ἀπάγξασθαί με πόιησεις, ad quae vide Meursii Spicileg. p. 17, quod mollius extulit Virgil. Ecl. II, 7: *Mori me denique coges.* BVRM.

Egit) Deest W.

Emisit) *Amisit*, Leid. sec.

In hominem) *In homine*, W. Leid. et Voss. omnes de qua locutione modo egimus cap. 6.

Illi magis) *Illi magni*, W.

Quiamant) *Qui amantur*, W. Leid. et Voss. omnes.

X. Iunge nunc cum fortuna tua conditionem mulieris adamatae. Incideras quidem miser in puellam minime superbam, minimeque difficilem: quasdam tamen non possumus circumire meretrices. Quam multa pro illis exigit sexus, aetas poscit? semper necessitas petit corporum, cultus poscit, stationis tristissimae impatientia. Totos infelix dies lupanarium foribus impendes, ut quandoque prostituta pauperi vacet: contentione numerantium dilatus, exclusus, otium meretricis exspectas: negatur tibi complexus, indignatione persequeris: contingit, verum felicitate corrumperis: spem gaudia parant, adversa contritionem: ex utraque fortuna desideria

Quasdam tamen) *Quaedam tamen*, Obrecht. Sed quo sensu nescio, quum in vulgata lectione sit obvius; licet minime difficilis essem, non tamen facile circumiri et decipi poteram, et non omnes promissis, et nihil dando ducere et lactare possumus meretrices. Sed quum in sequentibus de necessariis sumptibus agatur, malim, *quaedam tamen non possumus circumcidere meretrices.* Quod verbum proprium est de superfluis et inutilibus impensis, quae amputantur et circumciduntur, inepte Badius vulgatam explicat. Phaedr. IV, Fab. 22: *Qui circumcidis omnem impensam funeris*, ubi vide. BURM.

Stationis) *Potionis*, Leid. pr. a m. pr. *Passionis*, manus Viri docti in Marg. Gryph. Nihil muta, intelligit miseram meretricum conditionem, quae eo usque omnium libidini patere debent, donec tantum pecuniae corraserint, ut a lenone se redimere possint. *Stationem* vocant, quia in lupanaribus totos dies, et noctes stare debent et exspectare adeuntes, quod quum impatienter ferant, pro illa impatientia capturas et praedam ex amatoribus sperant. *Statio* pro ipso actu standi: et notum est, *stare* proprie de meretricibus dici; non dissimiliter Seneca de vita beata 7: *Statio voluptatis ac domicilium fornices sunt et popina.* Sic et de militibus Frontin. II, 1, 5: *Fatigati hostes non statione magis, quam inedia.* BURM.

Impatientia) *Impatientiam*, W.

Impendes) *Impendis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. Lucas. Gryph. Colin. Vidov. *Impendit*, Voss. sec. frustra Val. Flac. VII, 114: *Circuit haud aliter, foribusque impendet apertis.* Vbi non accedimus Heinsio scribenti, *intendit.* BURM.

Quandoque) *Quando*, Leid. sec. Voss. sec. *Quanto*, Voss. pr.

Pauperi vacet) *Pauperis iacent*, W.

Contentione) *Concione*, W. *Contentio*, Voss. pr.

Persequeris) *Prosequeris*, Lucas.

Verum) *Iterum*, Oxon. Forte, *rerum felicitate.*

Spem gaudia parant, adversa contritionem) Lege, *contentionem.* Supra: *iuvenis in omni genere animi contentiosus ac pertinax.* GRONOV. Cl.

coalescunt. Nobis crede, qui vidimus; quis tibi uni fuit corporis habitus? quis pallor? quam miserabilis, quam pudenda tristitia? quoties tu venenum bibere voluisti? non est igitur, iuvenis, quod tibi queraris illam mitissimam partem humanae mentis ablatam, non caritatem, sed impatientiam: non voluptatem, sed tormenta; non amorem, sed quod adamaveras, perdidisti. Amoris, si sapientiae sequamur auctores, antiquissimum numen, et cui se naturae debet aeternitas: sed ille mitis et serius honestis cupiditatibus et viribus sacrae caritatis exsultans, ut qui cuncta priscae noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic vero, quo perditis visceribus adhaeremus inquieti, lascivientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funereis facibusque armatus. Praestat igitur ille mortalibus liberos hac usitata coniugii pietate: hic incesta, libidines, adulteria, meretrices.

Schultingio haec a mala manu intrusa videbantur: tentabat tamen, *spem gaudiorum parant et adversa: conditione ex utraque fortuna desideria coalescunt*. In Voss. sec. erat *adversa conditione*. In Leid. pr. turbatum erat, sed credo *contentione* fuisse. *Contentionem* recepit Obr.

Coalescunt) *Calescunt*, Leid. sec.

Qui vidimus) *Qui vivimus*, Leid. pr.

Quis tibi uni) *Quis tibi tunc*, Obr. nescio quare. *Tibi uni*, pauperi, quum reliqui divites amatores, et ut supra dixit, *numerantes* essent, qui praesenti pecunia sibi meretricum amplexus emebant.

Voluptatem) *Non voluntatem*, Leid. pr.

Sed quod adamaverns) *Sed quod amaveras*, W. Leid. pr.

Et serius) *Et serviens*, Leid. pr.

Diduxerit) *Deduxerit*, Leid. et Voss. omnes.

Quo perditis) *Cui*, W. *Quod*, Leid. pr. Voss. pr. sec. *Quo p. v. adurimur*, Obrecht. dubitat: nam *haerere* proprium in amoribus verbum, et quo saepius Ovidius et alii utuntur, etiam absolute, ut hic; vide Passerat. ad Prop. II, 3, 2. Burm.

Lascivientis) *Aut ad lascivientis, a. ae. instinctum*, Voss. pr. sec. *Aut adhuc lascivientis instinctu*, Leid. pr. *Aut ad lasc. a. ae. instructu*, W.

Tumultuosus) *Tumultuosa*, Voss. pr. sec. Leid. pr.

Telis funereis facibusque) *Telis funeris facibus*, Leid. pr. *Tellus f. f.* Voss. pr. *Stellis funeris facebus*, Voss. sec. *Funeris facibus armatur*, omisso *telis*, W.

Hac usitata coniugis pietate) Gronov. *armatur* etiam Leid. pr. *liberos*,

XI. Referam nunc fabulosas immodici furoris prodigiosasque novitates, conceptum nescientibus oculis ignoti hominis adspectum, formam suis in se luminibus ardentem, virgines patrum senectute flagrantes, mortalium ferarumque vultus usque ad monstruosae fecunditatis onera perlatos? Ex omnibus tamen, quae nobis patientibus extorquet affectus, hoc saevissimum patimur, quod nemo vult in amore sanari. Ego tamen, inquit, amare mallem: hoc est ergo, propter quod opus odio fuit. Nihil agebant castigationes, nec preces; consilia perdebantur: odio debet amator explicari, quem sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, numquid accusare posses, si quod fecit medicamento puella, fecisset animo? Licuit te reposcere, quantum numerare non poteras, fastidire, contemnere: iam indignaris, quod te maluit remedio, quam dolore sanari? Mulier, cui ad

nec accusatur, o coniuga. Qaid si, *o coniugali pietote?* SCHVLT. *Acusitata n coniugia pietote*, Leid. pr. *Accusatur a coniugia p.*, Voss. pr. *Aecusotura coniugia pietate*, Voss. sec. *Neo accusat a coniuga p.* W. — *Incesta*) *Incestus*, Leid. pr.

Referam nunc) *Referam non*, W. Lucas.

Prodigiosasque) *Improdigiosque*, Voss. pr. sec. An, *in prodigia usque novitates?* et mox, *usque ad*, vel *in monstruosae fecunditatis onera.*

Aspectum) An *aspectu* ot Iasonis, Thesei, Paridis. An *odspectum*, ut intelligatur illos saepe vultu referre liberos, quos ignorant mulieres, quia illos non invitae adspexeruot. SCHVLT.

Formam suis) *Formas in ee*, W. Voss. pr. *Formos suis in se*, Leid. sec. Voss. sec.

Ardentem) *Ardentes*, W.

Virgines patrum) *Virginum patrum*, Voss. sec. Colb. *Virginum patrium*, Voss. pr. *Virginum partium*, Leid. sec.

Vsque ad monstruosae) *Vsque in monstrosa*, W. *Vsque ad monstroso*, Lucas. *Vsque in monstruosa*, Leid. et Voss. omnes; vide ad decl. 4, 20. Obrechtus edidit *ferarum foetus*, sed obscurior est sententia. Forte, *mortalium ferarumque vultus* etc. *collutos*, ut dicimus *corpus iungere*, *conferre* etc. BVRM.

Nobie potientibus) *Nobis patentibue extorqueat*, Leid. pr. *Quae iis patientibus e.*, W. *Quem bis patentibus extorquet*, Voss. sec. *Quem bie patientibus extorqueat*, Voss. pr. *Patentibus* etiam Lucas.

Sanari) *Satiari*, Voss. pr.

Perdebantur) *Perdebant*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Quam dolore) *Quam indignatione*, W.

dimittendum amorem sufficiebat, ut odisset, ipsa pro te commenta est, ut illam tu potius odisses: finge te tamen aliqua remedii tui sentire tormenta, arrogantissime miserorum: tu autem sperabas ardoris immodici felicem statim sanitatem: quid, si queratur aeger abstinentiae dolore sanatus. Excussa sunt plerumque languentium verberibus, redemptaque debilitate vitia: ignibus, vulneribus interdum profutura grassata sunt, et quae fuissent mala sanitatis in gratiam remediorum de maioris periculi comparatione redierunt.

XII. Vix mehercle contingere potest, ut hilares ab hac impatientia laetique discedant, quos pudor, quos satietas, quos poenitentiae ratio dimittit: nec sine aliquo morsu resilitur a malis, quae voluptate tenuerunt: iterum materia amoris est, desinere, nec queri: opus fuit pari diversitate, viribus quantis adamasti, ne respiceres, ne frequenter in media sanitate subsisteres.

Cui ad dimittendum) An *dirimendum*, vel *tibi minuendum*, ut *minuere iniurias*. Schvlt.

Sufficiebat, ut odisset) Distinguit Obr. *Sufficiebat ut odisset ipsa, pro te* etc.

Finge te) *Te* deest W. Leid. pr. Lucae. *Fingite tamen*, Voss. sec.

Remedii tui) *Remedia tua*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Miserorum) *Miserorum puerorum*, W.

Plerumque) Melius, *plerorumque*. Schvlt.

Languentium verberibus) *Languentium vitia verberibus*, W. Leid. et Voss. omnes.

Redemptaque) *Redempta*, W. Leid. Voss. omnes.

Grassata sunt) *Grassantur*, W.

Mala sanitatis) Ascensius dubitabat, an *sanis* legendum esset; et ita W.

In gratiam) *In gratia*, Leid. pr. Voss. sec.

Discedant) *Descendant*, Lucas.

Quos peonitentiae) *Quos* deest Leid. pr.

Voluptate) *Voluptate animi tenuerant*, Lucas; forte *animum*.

Re respiceres) *Ne resipisceres*, W. Leid. pr. Voss. sec. Colb. Gryph. Colin. Vidov. *Ne recideres*, Marg. Gryph. ego, licet illae lectiones habeant, quo se tueri possint, vulgatam retineo, quae cum sequenti verbo *subsistere* optime congruit: et praeterea firmatur illa ex praeceptis contra amoris impatientiam Ovidii, Remed. V, 213, et seqq. praecipue V, 223: — *Nec crebro respice Romam, Sed fuge.* Bvrm.

Quale tibi remedium debuerit adhiberi vel ex hodierno sentis, iuvenis, affectu: pro homine, qui post odium queritur, quod non amet, parum fuit, si amare desineret: audi igitur, ingratissime, quatenus ad publicas aures secreta nostra proferre voluisti. Dedi: quid enim, inquit, facerem, quae remedia tua multa perdideram? ferre misera non poteram, quod te iam coeperunt omnes ridere meretrices. Repete, agedum, illarum colloquia noctium, quibus te frequenter alterius, et fortasse divitis amatoris iniuria, receptum, inter oscula amplexusque monui: quid miser cum fortuna, quid cum mea conditione rixaris? parce necessitatibus meis, duo pauperes sumus. Sed et tu quoties in sinus meos lacrymis fletuque resolutus exclamasti; sentio furorem, sed imperare oculis, sed animum regere non possum! quam libenter te, mulier, odissem! non est igitur, ingratissime mortalium, quod beneficium nostrum nomine potionis infames: remedium bibisti, sed illud odium tuum est.

XIII. Quid? quod furis, conviciaris, exclamas, non est haustus illius affectus, sed amor: talis fuisti. Aliud sunt, aliud illi, quos in voluptates superfluentium facultatum mittit secura felicitas: improbius pauperes amant. Sic tumultuabaris admissus, sic moras, sic itn-

Adhiberi) *Adhibere*, W. Leid. et Voss. omn. Lucas.

Sentis) *Senti*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Affectu) Deest Leid. pr.

Si amare) *Si sanare desineret*, Voss. sec.

Ingratissime) *Et gratissime*, W.

Secreta nostra) *Secreta vestra*, Leid. et Voss. omn.

Quid enim, inquit) *Quid est, inquit*, W. Illud *inquit* ex persona causidici capiendum.

Tua multa) Lege, *ita multa*. Sch. *Tam multa*, Obr. Forte, *iam multa*.

Ridere) *Odisse*, Voss. sec. Francius *coeperant* castigabat.

Rixaris) Vid. ad decl. 8, 12; et 4, 8.

Fletuque) *Fletusque*, Voss. pr.

Sed amor) *Et amor*, Voss. sec.

Tumultuabaris admissus) Immo *non admissus*. Gronov. Quod recepit Obrechtus, sed vulgata optima est, esclamabas, furebas, maledicebas etc. quoties te admisissem, statim mei copiam tibi fieri postulabas, non blanditiis, sed tumultu. Burm.

pedimenta ferre non poteras: maledicebas populo, conviciabaris intrantibus: cuius unquam felicius commutata fortuna est, si tunc omnes oderas, nunc unam pauper odisti? Quin potius, iuvenis, admittis consilii rationem? quid agis infelix? cur redditam modo sanitatem rigore nimiae contentionis exasperas? Praedico, testor, consumis odium, nondum totam mentem vis perfusa possedit, adhuc circa te duo maxime rixantur affectus; adiuva potius, adiuva potionem: contradic, agedum, quidquid est aliud, quod tumultuatur, exaestuat, totumque sanitas componat hominem: tunc te sciemus amare desisse, quum desieris odisse.

XIV. Et innocentiam quidem puellae satis, ut spero, defendimus, magnitudo periculi vocet preces: consurge, agedum, miserrima feminarum, reliquam defensionis tuae partem tuere lacrymis. Accusator, quid speras? quid exspectas? ad genua tua non mittimus eam: toto licet infelicem terrore convenias, non exosculabitur manus: mortem, suprema denunties, te non roga-

Consilii rationem) Ita quidem et Curtius III, 7: *Ratio tam salubris consilii accepta est;* sed hic farte legendum, *consilium et rationem.* Terent. Eun. I, 1: *Quae res neque consilium neque modum habet.* Cicer. V, Cluent. 65: *mulier abundat audacia, consilio et ratione deficitur;* ita sup. cap. 9: *Quid iam facere potest ratio, consilium.* Sic *mentem et consilium* iungit Cicer. I, vers. 2: *Scelerum poenis agitatur, et a mente consilioque deducitur;* hoc est, amittit consilium et rationem, at *amittere* dixit Terent. Eun. II, 2: *simul consilium cum re amisti.* BVRM.

Cur redditam) *Quid redditam*, W.

Contradic) *Contradicat*, Voss. sec. Cl. Schult. dubitabat, an *contra i*, vel *contra nitere.* Sed forte posset legi, *contra duc agedum*, quia rixandum et paguandum est, duc cantra amorem, quidquid est aliud, quod tumultuatur. BVRM.

Agedum) *Agendum*, W.

Est aliud) *Est illud*, Obr.

Desisse) *Dedisse*, Vass. sec.

Vocet preces) Malim, *docet*, vel *vocat.* SCHVLT. *Vocat* etiam Fraucio placebat, an non *evocat?* vel *vocet ad preces.*

Consurge) *Cansurgere*, Leid. pr. Voss. pr. aec.

Terrore) *Terrorem*, Leid. sec. Forte *terrore circumvenias.* BVRM.

Exosculabitur) *Haec osculabitur*, W.

Suprema) *Mortem supremam*, Leid.

bit: frustra tibi aliquid de periculo nostro metuque promittis. Nescis, puella non habet odii remedium: sane tamen viribus potionis effectum sit, ut accusaveris innocentem; sufficit ultioni vidisse pallentem; satis est audisse gemitus: memineris hanc esse, quam tu non, iuvenis, odisti. Quid agis? etiamne perferes illud pronuntiationis anceps, illud humanae salutis incertum? numerabis ergo sententias; et si damnaveris, exsultabis, nefande, gaudebis? puto non adamasti. An et sequeris, dum carnifex trahit? intereris, dum hos oculos occisura contingit manus? dum haec amplexibus tuis nota cervix, ad supremos nudatur ictus? non exsilies? non pectus oppones? non fidem hominum deorumque clamabis? accipies percussam? super palpitantia membra consistens? potes hoc videre? potes hoc ferre? sanatus es. Quod si quid tristius iudicii huius attulerit

pr. *Exosculabitur. Manes, mortem, suprema d.*, Voss. sec. *Mortem licet supremam d.*, W.

Frustra tibi) *Frustra ubi*, W.

Nescis, puella) *Nescis quod puella*, W. Leid. *Nescit, puella non h.*, Gronov. Cl. Sehult.: *Si nescis, p.*

Audisti) *Odisti*, omnes scripti et editi. Cl. Sebult. volebat: *Quam tu nondum, iuvenis, odisti.*

Perferes) *Proferes*, Lucas.

Numerabis) Vt supra *numerantes* divites vocavit, ita nunc sententia est; tu pro pecunia, quam non dedisti, nunc numerabis sententias.

Intereris) *Interim*, W.

Nota cervix) *Notata* Francius coniiciebat.

Nudatur) *Nudatus*, Leid. pr.

Super palpitantia) *Numquid non palpitantia merori ad consistentes membra nudabis*, Voss. sec. *Nuper palp. merori ad consistentes potes*, Voss. pr. Leid. sec. Cl. Sch. tentabat, *numquid super haec palpitantia mortuae apud consistentes membra nudabis.* Poena enim et infamia videbatur cadavera nudari. Obr. *Accipies percussam? s. pal. m. consistes?* sed non otiosa vox *merori*, in qua latet forte, *cruore*, quare ego mallem, *Aspicies percussam? super palpitantia in cruore membra consistes?* decl. 4, 17: *Exsultans supra stratorum corporum strages, palpitantibus adhuc cadaveribus insisto.* De voce *palpitare* vid. Heins. ad Ovid. V Met., 40. *Accipere* vero et *aspicere* saepe commutari docuit Cl. Drakenborch. ad Sil. V, 573, ubi etiam pro *accepit*, *aspexit* legendum esse censebamus. Ita et apud Ovid. V Fast. 620: *Sic fueras accipienda Iovi.* Multi codices *aspicienda.* Burm.

eventus, dii rapide pereuntium beneficiorum semper ultores, dii, quos iste crudelis in amplexibus puellae frequenter moerore, lacrymis, aut finem amoris rogavit, aut mortem, date nobis iustam de ingrato iuvene vindictam: non imprecamur debilitates, naufragia, morbos: pauper sit; et amet quamcumque meretricem; et amare non desinat.

Dii rapide) *Dii rapite*, Leid. pr. Voss. pr. *Diripite*, Leid. sec. Voss. sec.

Dii, quos) *Dii quoque*, Leid. pr. *De quo*, Voss. sec.

De ingrato) *De integro*, W. Leid. pr.

Debilitates) *Debilitatis*, Leid. sec. *Debilitati*, Voss. sec.

Morbos) *Morbi*, Leid. sec. Voss. sec.

DECLAMATIO XVI.

AMICI VADES.

ARGVMENTVM.

Duo amici, ex quibus uni mater erat, peregre profecti, ad tyrannum appliciti sunt. Mater cognito, quod filius haberetur a tyranno, flendo oculos amisit. Oblata est a iuvenibus tyranno conditio, ut dimitteret alterum ad visendam matrem, ad diem praestitutam reversurum, ita ut nisi occurrisset ad diem, de eo, qui restiterat, poena sumeretur: et iureiurando adstrictus est. Venit iuvenis in civitatem: mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

PRO IUVENE CONTRA MATREM.

CAP. I. Etsi, sanctissimi viri, olim omnes videor humanorum pectorum affectus in solam amicitiam contulisse, et patior invidiam hominis, qui sibi non reliquerit, ut amaret et matrem; quoties tamen universam pietatis meae conscientiam intueor, in qua minimum est, quod videor bonus amicus, non possum non hanc primam electionis nostrae complorare fortunam, quod mihi necesse est, aut amicum relinquere, aut matrem.

Haec declamatio intricatior et minus elegans mihi videtur, et cuius fere singulae periodi aliis verbis exponi deberent, sed nobis tanti non haec videntur.

Duo amici etc. *erat*) Desunt haec Voss. sec.

Appliciti) *Applicati*, W. Lucas.

Dimitteret alterum) *D. alium*, W.

Restiterat) *Restituerat*, Voss. pr.

Etsi etc. *omnes*) Desunt haec Voss. sec. qui incipit a *videor*. Gronov. incipiebat ita, *Dum hinc matrem praesentem, hinc fratrem contueor absentem, videor* etc.

Qui sibi) *Sibi* decst Leid. pr.

Minimum est) Vid. ad decl. 2, pr.

Facinus, severissimi viri, facinus fit impatientissimis affectibus meis, quod succurri non potest duobus: excedit omnem querelae meae complorationem, quod tam diversis meorum conatibus adversa conveniunt, ut videar eligere. Quid non darem miser pro luce matris, qui ut illam viderem, amicum dedi? Fidem vestram, iudices, ne inter maximas necessitates pereat usus hominis, qui paratus est duobus impendi: iam hic est tota ratio clementiae, ne ibi me detineatis, ubi non prosum: nec dissimulo, sanctissimi viri, proferre me, cum maximi, tum incredibilis exempli fidem, ut non immerito possim videri cum matre colludere. Ego videor excogitasse istum colorem; et hoc quod detineor, amicitiae vocatur infirmitas. Miseremini iudices, tentate me; et dimittite: an voluerim reverti, scire non potestis, nisi revertor.

II. Illud, sanctissimi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, quod sim ingenti exspectatione deceptus: speraveram futurum, ut hoc loco rem magnam faceret et mater: paraveram apud tyrannum hanc ia-

Facinus, severissimi) Facinus sit, s. v. facinus sit, Leid. pr. et W. nisi quod ille, *Viri severissimi.*

Quod tam diversis) Quod me tamen diversi, Voss. sec. *Quod me tam diversis etc. ut non videar scire eligere, quid horum malim. Quid non.* Gron. unde Cl. Schult.: *Quod mea tam d. etc. conveniunt; nec videor scire eligere, quid horum malim.*

Vt videar eligere) Potest quidem explicari, ut videar matri praeferre amicum, quod impium; sed puto melius sensui convenire, si legatur, *ut verear eligere;* sic apud Ovid. IV Met., 40: *Quod tempora longa videri Non sinat.* Quidam codices habent *vereri;* posset et legi, ut *iubear eligere.* Quae verba centies permutata in scriptis; vide ad Instit. XI, 2. BVRM.

Quid non darem) Quod non d., Leid. pr.

Proferre me, cum maximi) Perferre mecum maxime iam incredibilis, Leid. pr. *Perferre mecum maxime tamen credibilis*, Voss. sec. *Perferre*, et *tam incredibilis*, Gronov. Leid. sec. Voss. pr. Colb. *Perferre*, Gryph. legendum puto: *Proferre me cum maxime tam incredibilis exempli fidem, ut;* ita et *cum maxime* restituimus supra decl. 15, 1, et alibi saepius; sic mox, cap. seq.: *Quos cum maxime incredibilium rerum loquitur invidia.* BVRM.

Paraveram) Cl. Schult. *Speraveram* coniiciebat.

ctationem, ut me crederet remissum; et genus ostentationis adamaveram, ut mirarentur hominis fidem etiam in orbitate. Quo vultis hoc animo feram, quod, etiam ut revertar, amico meo mater inposuit? et quantum ad hanc pertinet, maximum iuvenem decepit, illum, qui meos crediderit affectus. Non possum, iudices, litis huius dissimulare facinus: innocentius fuerat, ut ego nollem reverti. Viderint, sanctissimi viri, qui receptas nominum persuasiones, velut aliquam servitutem caritatis, attendunt: me si quis interroget, nullos affectus tantum nasci puto: et si quis omnia vera ratione respiciat, quidquid liberos, fratres, propinquos invicem tenet, amicitia est. Homines igitur, quos quum maxime incredibilium rerum loquitur invidia, sumus sine dubio non eiusdem pars animae, non eiusdem pondus uteri; et quanto minus in causis, tanto plus in affectu est: admirabilior caritás, in quam coimus viribus nostris. Non pudet, iudices, hanc fateri persuasionem; minus debetur homini, qui aliquem ideo tantum amat, quia necesse est: ita est, iudices, ita est, a primis statim aetatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum. Sic effectum est, ut nos statim fama committeret; et tali certamine coivimus, ut si quid

Hominis) *Homines*, Voss. sec. a sec. m. quod probat Schult. vel *huius nominis*, id est muliebris legebat.

Meos crediderit) Mallet Cl. Schult. *meis crediderat affectibus.*

Viderint) *Viderunt*, W.

Viri, qui) *Viri sed*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Caritatis) *Caritates*, Voss. pr.

Attendunt) *Accendunt*, Leid. pr. *Velut aliquam senectutis attendunt*, Gronov.

Respiciat) *Inspiciat*, Voss. pr. Fraucius volebat, *perspiciat.*

Sumus) *Fumus*, Voss. pr.

Pondus uteri) *Pondus* deest W.

Et quanto) *Sed quanto*, Voss. sec.

In quam) *In qua*, W.

Coire) *Certe*, W.

Fraternitatis) *Fraternitas*, W. Voss. pr.

Coivimus) *Coimus*, W. Leid. et Voss. omnes; ego mallem, *coiremus.*

Vt si) *Et si*, W. Leid. Voss. pr.

accidisset uni, deberet et alteri exemplum: inde est, quod et pariter reverti contempsimus; et quasi facilius esset inter fidos, placuit sub incerto pelagi cohaerere.

III. Nec tamen vanitate, nec discursu putetis extractos: magnas et inexplicabiles navigandi fuisse causas, vel hinc potestis aestimare, quod nos non detinuit hic mater. Vtrumne igitur, iudices, sumere de nobis etiam nunc voluit experimentum ipsa amicitia? et parum fortuna credidit hominibus adhuc tantum feliciter amantibus? an haec est magnae semper opinionis invidia? nec ulli unquam tam plena confessione laudantur, ut illos non ipsa quoque amicitia tentare velit? Litoribus appulsi sumus, homines, quorum omnia casus, fama custo-

Deberet et) *Et* deest W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Cl. Schult. malebat, *alter*, vel *olter illi*.

Contempsimus) Quid hoc? immo quibus cohaerere placet, debent etiam, ut simul egressi patria sunt, simul reverti; quare legerem, *contendimus*, hoc animo proposuimus, et efficere studuimus: nam licet nunc unus ad matrem visendam dimissus sit, ille ideo sibi ad Tyrannum redeundum esse ait, quia non nisi pariter redire voluerunt; et hinc quasi facilius esset iter, placuit cohaerere in omni itu et reditu. Bvrm.

Inter fidos) *Inter fides*, Leid. et Voss. omn. nisi quod videntur in Leid. pr. fuisse *interra*.

Et inexplicabiles) *Et inter explicabilis*, Voss. sec. *Et inter explicabiles*, Leid. pr.

Detinuit hic) *Detinuit haec mater*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Sub incerto) *Sub incerta*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Cl. Schultingius coniiciebat, *et quasi laudabilius esset, interim fide placuit sub incerto pelagi cohaerere*. Ego puto a manu auctoris fluxisse, *et quasi facilius esset iter inter fidus, placuit, sub incerto pelagi cohaerere*. Illud *iter* absurptum fuit ab *inter*. Bvrm.

Etiam nunc) Forte, *etiam hoc voluit experimentum*. Gronov. Sed non video emendandi causam, quum aeque dici possit, *nunc*, quam *hoc*. Alm.

Credidit) *Credit*, W. Leid. et Voss. om. Lucas.

Laudantur, ut illos) *Laudantur, ut illos imminuat non aliquis, nequis imminuat detractationis, non ipso quoque am. t. v.* Gronov. *Laudantur ut illas non ipsa quoque a litoribus appulsi sumus*, Voss. pr. sec. Cl. Schult. legebat. *Laudantur, ut illos non imminuat aliquis naevus, non imminuat detractatio non ipsa*. Locus hic foede affectus et interpolatus.

Litoribus appulsi) *A litoribus*, Voss. pr. *Appulsi post sumus? homines quorum etc.*, Colb. Cl. Schult. malebat. *Vt litoribus appulsi sumus*, et *custodiebat, consumimur terrore*.

Omnia) *Omnes*, Obr. *Omni*, Voss. sec. omnes Voss. pr.

diebat, consuminur terrore, qui parentibus statim caecitas est: hinc illud evenit, quod sumus pariter alligati: sic magis adversus solutum carcer inventus est. Pudet, iudices, fateri; iam in hoc victus, iam inferior recessi: ex duobus magis amatur, quem tyrannus paratus est alligare. Quantum tibi, amice, debeo? non potuit nos dividere, nisi mater: tibi primum caecitas nuntiata est; tuus hic affectus fuit, quod hoc credidit tyrannus. Quid ille non fecit? ut rex desideravit vicarium corpus, amplexus est catenas: sponderi sibi voluit hominem rediturum: per maria, per matrem repromisit de incertis, tanquam de animo suo. Quis hominum pro se tam multa fecisset? praestitit, inquam, amicus, praestitit rem, quam videbatur ideo tyrannus indulsisse, ne fieret: et hominem, qui in rebus humanis hunc esse nolebat affectum, decipimus, dum tentamur.

IV. Ego non invenio, cur horreat mater carcerem; quid sibi velit quasi destinatas operire cervices: non

Consumitur) *Consumimus*, W. *Consumimur*, Leid. et Voss. omnes.

Terrore) Hoc innuit Petron. initio Satyrici, ubi Piratas, cuos catenis in litore stantes dicit. SCHVLT.

Adversus solutum) Dubitat Badius, num *soluto* legendum, ut sit *adversus*, id est inimicus contrarius soluto.

Amatur) *Amat*, Leid. pr.

Hic affectus) *Hic effectus*, W.

Quid ille non fecit) Turbata omnia videntur prava distinctione; legendum puto: *Quid ille non fecit. Vt* (vel *vix*) *rex desideraverat vicarium corpus, amplexus est catenas: sponderi sibi voluit hominem rediturum: Per maria, per matrem, repromisit de incertis, tanquam de animo suo* etc. *Vt* est quam primum. Vt Virgil. *Vt belli signum* etc. *extulit. Maria* autem numen gratissimum piratis, *amplexus catenas*: Vt paollo post. *Quam fortiter vincula nostra tractavit.* SCHVLT.

Vt rex) *Vt res*, W. Leid. pr.

Desideraverit) *Desideravit*, Voss. sec. recte, ut puto, in reliquis vero Cl. Schultingium, sequuti sumus.

Rediturum) *Redditurum*, W.

De animo suo) *De amico suo*, Voss. pr.

Ideo) *Debere*, Voss. pr.

Esse nolebat) *Esse volebat*, W. Leid. pr.

Carcerem) *Arcem*, Leid. a m. pr. sec. Voss. pr. sec.

Quid sibi velit) *Quod*, Leid. pr.

Destinatas) Ita decl. 4, 4: *Hoc destinatum damnatumque corpus*; decl. 8: *Inter tot destinatos totque perituros.* Florus IV, 2: *Quae omnia, velut infulae, in destinatam morti victimam congerebantur.* Liv. II, 54: *Cla-*

odit me tyrannus, cuius non interest, an alium occidat: miserere mater, si quis est magnorum meritorum pudor; querere quod unum de caecitate impatientius ex nobis amaris semper absentem. Cui tu fortunae, quibus necessitatibus iniicis manum? me ad amicum meum admitteret alterius catena; et tyrannus nunc mihi portas aperiret; subsidio navigium pirata praestaret. Si mehercle ante morerer, ire deberes, mater, ad diem: misera non intelligis quanto te magis pius obligaverit amicus? plus debes homini, qui me tibi remisit, ex quo pati non potes, ut revertar. Libet mehercle, iudices, libet misereri hominum, qui me laudant revertentem: ami-

us insignibus, *velut infulis*, *velatos ad mortem destinari*; vide et Diodor. XVI, 92. Schvlt. Recte quidem vocem *destinatos* ita explicat Vir doctissimus, sed quid est, quaeso, *sibi operire cervices*, aut *sibi destinatas?* mox quidem occurrit, *perituri filii iugulum auctoritate iuris operires*; sed hic illud verbum *operire* (quod inepte Badius per tegere, defendere explicat) corruptum puto: Francius *ferire* coniecerat. Sed si liceret *fingere* reponere, res esset plana, non invenio cur horreat carcerem, cur sibi mater fingat cervices meas, quasi destinatas securi, nam Tyrannus me non odit, et ideo non occidet; posset etiam legi, *carcerem*, *qui sibi velit quasi destinatas redire cervices*, sed locus hic aliis sanandus est relinquendus. Bvrm.

Cuius non interest) *Cuius media non interest*, Voss. sec. unde Cl. Schulting. faciebat, *cuius misericordiae non interest.*

Quaerere quod unum) Et hic intricatus locus, et nugas agit Ascensius. Forte, *querere hoc unum de caecitate*, *quod impatientius* etc. Nunc caecitatis vilium est, quod semper absentem impatientius amaris, quia praesente, post caecitatem, vix frui potest. Vel potius lege, *querere hoc unum de caecitate*, *impatientius ex nobis amari semper absentem*. Sed nondum in liquido haec. Bvrm.

Cui tu fortunas, *quibus necessitatibus*) Lege, *Cui*, *per fortunas*. Aut, *cui tu*, *per fortunas*. Gronov. *Cui tu fortunae*, Obr. et ita voluerat Schultingius, vel *quid tu fortunae*. Almelovenius etiam *fortunae* correxerat.

Iniicis) *Inimicis*, W.

Admitteret) *Admittas aperiret*, omissis reliquis W. Voss. pr. sec. Leid. pr. in margine habet *Tyrannum*. *Tyranni*, Voss. sec.

Ante morerer) Forte, *ante te morerer.*

Magis plus obligaverit) Lege, *pius obl.* Gron. Almelovenius alterutrum delendum putat, et unum in margine, alterum in textu, fuisse. Francius reponebat, *meus plus.*

Qui me) Desunt Voss. sec.

Pati non potes) *P. n. potest*, Voss. sec.

cus mihi credidit, ut redirem; ita nunc ego facio rem magnam! ego sum ille bonus amicus! ille mirabilis! ille narrandus! si qua dicentis fides est, facinus mihi videtur, quod scio me non esse periturum. Sentit, iudices, et ipsa mater rem se facere turpissimam, si necessitate detinear: itaque mulier, quae adhuc de affectu cuncta fecerat, ad legem subito convertitur.

V. Pessima, iudices, causa matris est, in qua plurimum lex potest: *Liberi parentes in calamitate ne deserant.* Facinus est, iudices, hoc dici homini reverso: ita nunc ego contemno matrem; ego despicio caecitatis obsequia, homo, qui omnium calamitatum mearum ambitum in hoc consumpsi, ut redirem? qui inter supremas sollicitudines non pro me rogavi? mihi quisquam contumacium supplicia liberorum, mihi neglectae pietatis minatur invidiam? Bone Iupiter, quanti mihi constitit, ne malus filius viderer? imputem tibi necesse est, mater, quod meum amicum propter te reliqui, ad quem facinus est non reverti. Nondum, iudices, necessitates meas, nondum amici merita refero; interim contendo, tunc esse tantum legis huius usum,

Mihi credidit) *Tibi*, Voss. pr.

Ito nunc) *Ito non*, W.

Ego sum) *Ego* deest W.

Ille mirabilis) *Ille miserabilis*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Si qua dicentis fides) Potius *dicenti*. Gronov. recte: ita Petron. cap. 65: *Si qua est dicenti fides*; saepe etiam efferebant, *si qua fides*, id est si creditis quidquam. Vide nos ad Petron. cap. 62, et Cl. Schult. ad Senec. Controv. XX, p. 240. Burm.

Quod scio) Francius corrigebat, *quod sciam*.

Detinear) *Detineor*, Voss. sec. *Detineat*, Gryph. Colin. Vidov.

Quae adhuc) *Qui adhuc*, Leid. pr.

De affectu) *De effectu*, W.

Ad legem) *A lege*, Leid. sec.

Ego despicio) *An ego despicio caecitatem, non obsequor homo, qui* etc. Schult.

Homo, qui) *Qui* deest W.

Minatur invidiam) *Minatur invidia*, W.

Mihi constitit) *Mihi constitui*, Voss. sec.

Contendo, tunc esse) *Tunc esse necesse.* W. *Tu necesse*, Voss. pr. sec. *Tunc necesse.* Leid. pr. *Tunc necessarium tantum legis huius usum.* Gron.

quum in calamitate soli sunt parentes. Magnam partem mortalium fortuna dimisit a legibus, nec ulla iura tam tristia sunt, ut ea in adversis patiantur homines. Ego, quum me necessitas rapit, sic habeo queri, quasi relinquar: excusatae sunt parentibus liberorum calamitates; et si quem lex ista deprehenderit, in alterius fatum transeat necesse est, tanquam orbitatem. Quid enim si me detinente matre, alter e latere revocaret? et si bella militem poscerent; si legatum patria dimitteret; veluti ad propriam descendam necessitatis meae comploratiouem, si me damnatum poena constringeret, videlicet effringeres carcerem, mater, iniiceres carnifici manum, et perituri filii iugulum auctoritate iuris operires.

VI. Dii deaeque! quam longe est lex, quae retinet hominem, qui poenae non venit! nescis, quantum intelligo, mater, quantam invidiam debeant facere liberis parentes, a quibus relinquuntur. Mater, quae se deseri queritur, illud exclamet: filium meum civitas peregri-

In calamitate) *In* deest Leid. pr.

Soli sunt) *Soli sint*, Voss. pr.

Tam tristia) *Tam stricta*, W.

Homines) *Hominis*, Voss. sec.

In alterius fatum) *I. a. factum*, Voss. pr. Leid. pr. Obscuriora haec verba legendum puto, *excusatae sunt, p. l. c. et si quem lex ita deprehenderit:* excepti et excusati ab illa lege calamitosi liberi, et si lex in calamitate deprehenderit tales liberos, necesse est, ut, illi considerentur, tanquam si pater non haberet filium, sed orbus esset, quum idem sit non habere filios, et calamitosos, qui non possunt adesse parentibus. Burm.

Matre, alter e latere revocaret) Forte: *si me detinente matre, pater ad sese revocaret.* Gronov. Lege, *pater ab altero latere revocaret.* Schult. *Altero latere revocaret*, Voss. sec. *Alter e latere revocaretur*, Leid. pr. *Pater e latere revocaret*, Obr. Forte, *alter e latebris evocaret.*

Veluti ad propriam descendam) Distingue: *vel, (uti ad propriam descendam necessitatis meae comploratiouem) si me damnatum poena constringeret? videlicet effringeres.* Gronov. *Vel ut*, W.

Constringeret) *Constringet*, W.

Qui poenae non venit) *Qui pene non venit*, Leid. pr. Voss. sec. Gryph. Colin. Cl. Schult. coniiciebat, *qui poenam non metuit*, scil. illam, quae iubet insepultos abiici; vide decl. 6.

na sollicitat; ut amoenos nescio cuius recessus orbis petat, debilitati meae subtrahit humeros: iuvenis meus abducitur amore meretricis, et ab officiis civitatis vitiis abstrahitur oculorum. Eiusmodi gemitu filium necesse est persequaris, ut quod detineor, obiter et poena sit: non facit ista lex ad liberos, qui misericordia detinentur: ut turpe sit quod recedo, in eo tantum est, ad quem revertor; et ut facinus sit relicta mater, non faciunt nisi causae relinquendi: homo, qui ad tyrannum revertor, si malo animo relinquo matrem, dignus sum qui detinear. Non est itaque quod subinde nominis vestri beneficia, mater, opponas, non est quod vilitate tua fieri putes, si credimus esse in rebus humanis et alterum affectum amicitiae, quam mihi videtur natura excogitasse, ut coire invicem possit totum hominum genus, quae ideo nondum circa se tenet omnes admirationes, quia tota non contingit, quae tamen pervene-

Sollicitat) *Sollicitet*, Leid. pr.

Orbis) *Vrbis*, Voss. sec. Francius coniiciebat *nescio quos*.

Ab officiis civitatis) Quis hic locus publicis officiis, quum sua modo et privata damna queratur mater? quare mallem legere, *ab officiis pietatis vitiis abstrahitur oculorum*. Francium offenderunt etiam *civitatis officia*, qui *caecitatis* corrigebat, ut et Schultingius fecerat. BVRM.

Obiter) *Obitus*, W. Leid. pr. *Ob iter*, Voss. sec.

Facit ista) *Facit illa*, W.

Vt turpe sit) *Vt turpis et*, Voss. sec.

In eo tantum) *In eum tantum*, W.

Relicta mater) *R. matre*, Voss. sec.

Faciunt nisi) *Faciunt mihi nisi*, Voss. pr. *Non faciunt mihi causae*, Leid. pr.

Quod utilitati tuae) Lego: *non est, quod vilitate tui fieri putes*. GRONOV. *Non est q. vilitate tua f. putes*, Obr. *Vtilitati tuae fieri putes*, W. Lucas.

Quam mihi videtur) *Si qua mihi v.* Leid. pr. Voss. pr. sec. *Si quam*, W. Leid. sec. Lucas. Vidov. *Quem mihi*, manus Viri doct. in marg. Gryph.

Hominum genus) *Humanum genus*, W.

Tota non contingit) *Totam n. c.* Leid. pr. Voss. pr. sec. *Totam non contingis*, W. An *totum?* scil. genus humanum; eo sensu quo Albinovan. Eleg. in Drusum V, 9. *Luctus contigit omnes*, dixit: sed vulgata satis placet, *tota non contingit* illa amicitia, id est omnibus suis numeris perfecta, sed tantum pars eius, quia non licet mihi redire, et fidem praestare amico, redeundo ad carcerem. BVRM.

Quae tamen) *Quae tam.* Leid. pr. *Quae tamen non pervenerat*, W. *Quae iam pervenerat*, Lucas.

rat ad incredibilium fidem, nisi illam vos impediretis: amicitia, plurimorum corporum unus animus, vicariae manus, fortior quam matris affectus.

VII. Rogo quid refert, quid vocetur ille, qui sic amat? quid interest, ex quibus magna merita descendant! vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? et amicum meum putat malle, ne revertar. Finge me positis paulisper meritis, quibus obligatus sum, hoc tantum dicere: amicus alligatus est; ire volo, mater, ut redeat, ut consoler, ut dominum rogem, ut si tyrannus exegerit, vicarium corpus opponam: quid detines? quid moraris? hoc est tempus, propter quod coimus. Nescias an diligat, cuius non habet experimenta, nisi sola felicitas; et si vitae praestes omnia secunda, amicus otiosa res est. Dicturum me putas; hoc exspectat alligatus; exspectat totum immo genus hominum, et nos in hanc fidem persuasionis receperunt, ut si hoc faciam, nemo miretur. Vis scire, mater, quem affectum, quam reverentiam in calamitatibus amico praestare debeamus? nullam legem timuit, ne relinqueretur. Differo interim

Nisi illam vos) *Nisi illa vos*, Voss. pr. sec. *N. illam nos*, Leid. pr.

Plurimorum) *Plurium*, W. *Plurimum*, Leid. pr. distinguit Obrecht. *Amicitia, plurimorum corporum unus animus*, et recte; et ita iam Ascensius explicuerat.

Fortior quam matris) *Fortiore quam maris*, W.

Quid refert) *Quid fert*, W. *Quid ferent*, Leid. pr. Voss. sec. *Quid ferant*, Voss. pr. *Quid fierent*, Gron.

Quibus obligatus) *Quibus oblitus*, W.

Amicus alligatus) *Am. obligatus*, Voss. pr.

Vt consoler) *Vt consoletur dominum*, W. Leid. et Voss. omnes.

Rogem) *Regem*, Leid. et Voss. omnes.

Omnia secunda) *Omnia secula*, W. Leid. pr.

Totum immo) *Totum immotum*, Voss. sec.

Amico praestare) *Amici pr.* W.

Nos in hanc) Forte, *in nos hanc fidem p. receperit.* SCHVLT.

Debeamus) *Debeam*, malebat Schultingius.

Nullam legem timuit) Verba sunt suspecta, quae planiora erant si reiteretur *timuit*, hoc modo, *nulla legem timuit, non timuit, ne relinqueretur.* SCHVLT.

Interim causam) *Interim causas*, W.

causam amicitiae, agere paulisper omnium libet; et tyrannus mihi credidit; volo reverti: nulli unquam mater plus commisit fides, neminem magis obligaverunt exspectationes. Credidit mihi homo, cui res favorabilis contingit, si decipitur; qui sibi excogitasse contra omnes amicos videtur, ut illi imponeremus: non est quod mihi supplicia, quod omnem mortis apparatum, mater, opponas. Facinus est, id tantum hominibus bene credere, quod expedit; et actum est de rebus humanis, si sola servatur utilitatum fides: infinitum est quantum mihi crediderit tyrannus, si me occiderit reversum.

VIII. Intelligit, iudices, et ipsa mater, quantae reverentiae locum amicus obtineat, quae incipit contendere affectu. Nisi fallor igitur, quum ego sim materia litis, hoc primum aestimare debetis, uter in ea calamitate plus fecerit: ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere, mater, queri: quid tibi tam rabido, tam praecipiti dolore voluisti, quid adversis tuis praestare faciem, et in oculos tuos accipere nuntium? non reliquisti tibi ut redimeres, sine dubio adiecisti ad ma-

Vt illi imponeremus) *Vt illum non poneremus*, W.

Omnem mortis) *Omnem artis*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Bene credere) Cl. Schult. malebat, *bene credi.*

Et actum) *Vt actum*, Voss. pr.

Rebus humanis) *Humanis* deest W.

Affectu) *Affectum*, W. *Affectu nisi fallor. Igitur*, Voss. sec.

Vter in ea) *Vt in ea*, Leid. pr. Voss. pr. *Vt in media*, Voss. sec. *Vt in meam calamitatem*, W. *Vter in mea*, Gron. quod probat Schultingius.

Tui genere) *Tui in genere*, Voss. pr.

Rabido) *Rapido*, Leid. sec.

Accipere nuntium) Duriter dictum: Gronovium *accipere beneficium* legere, testatur Cl. Schultingius; ipse explicat malum nuntium, qui potius in animum debebat descendere; nam flere ambitiosum; animo vero lugetur, ut decl. 19: *Amavi filium meum non osculis, non infirmitate, non lacrymis, sed viribus, dolore, patientia*; et ibid. *in animum meum tormenta redierunt.* Forte legi posset, *et in oculos tuos accidere nuntium?* id est nuntio ita confundi, ut inde oculis tuis calamitas accidat. Sed nihilominus dura et coacta manet sententia, ut plura in hac declamatione. BVRM.

Adiecisti) *Obiecisti*, W.

tris affectus, oculos in media orbitate fudisti; sed illud non laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodest iste, qui se citra filium consumpsit, affectus? plus fecisset mater, quae isset ad tyrannum. Alligatus sum; tu nunc sic flebis, tanquam solvar in lectulo, tanquam in tuis manibus exspirem. In quibusdam calamitatibus desperatio non est summus affectus; et quisquis orbitatem statim credit, festinat ad impatientiae securitatem. Insimules licet, mater, tantae pro me impatientiae, tam incredibilis affectus, amicus rem difficiliorem fecit, quod servavit oculos suos, ut alligaretur. Dii deaeque! quantum ille praestitit, qui mihi invidit poenam meam, nec recessit! ille, ille terribilem carcerem facit, qui inde procedit: iam non corporis nexus haerebat: nec aliud quam resederant pondere catenae, consumpti longo squalore vultus, concretae noctibus diebusque super ora lacrymae.

IX. Miseremini, iudices, ne perdat auctoritatem meritum, quod ultra exspectationem est: ponite sub ocu-

Oculos in media) Forte, *oculas in metu arbitatis fudisti*. SCHVLT. Forte, *sine dubio abiecisti matris affectus, oculos in dubia orbitate fudisti*. Abiecisti, id est, inutiliter impendisti nimias lacrymas, ut *abiicere* est vili pretio, ut rem contemptam vendere, vide ad Phaedr. IV, 4, oculos fudisti inutiliter, quum nondum certa esset orbitas, ut mox ait: et ludere et acumen captare videtur auctor in *sine dubia*, abiecisti etc. et *dubia orbitate*. *Medius* et *dubius* vulgo permutarunt librarii; vide ad Ovid. X Met., 288. BVRM.

Citra filium) *Circa filium*, Obrecht. male, ut puto; *citro* est, qui non pervenit ad filium, ipsi non profuit, ut saepe in his declamationibus, *citra* et *ultra* occurrunt.

Sic flebis) *Si flebis*, Voss. pr.

In lectulo) *A lectulo*, Leid. sec.

Exspirem) *Exsperirem*, W.

Insimules) *Dissimules*, W. Leid. et Voss. omnes. Colb. Lucas. Clar. Schultingius volebat, *dissimules licet, mater, tanta pro me i. t. incredibili affectu, amicus rem difficiliorem fecit. Tamen incredibilis*, Leid. pr. *Affectus est*, W.

Ille proestitit) *Ille* deest Leid. sec.

Mihi invidit) *Mihi vidit*, Leid. pr. Voss. pr. *Qui me invidit*, Voss. sec. *Qui vidit*, W. Lucas.

Ille, ille) Non repetunt Leid. pr. sec. τὸ *ille*.

Haerebat) *Habebat*, W.

Sub oculis) *Sub oculos*, Voss. sec. ita *sub oculos venire*, Fabius lib. V, 9, et Senec. I de Benef. 5. Vide quae

lis alligatos, quorum alterum amicus redemerit, alterum mater: rogo uter plus fecerit? Bone Iupiter, quam avide, quam fortiter vincula nostra tractavit! quibus ille precibus exegit, ut sibi crederetur! accipe, inquit, has manus, haec membra, si fieri potest, ut amicum matri remittamus: in totum explebo, si videtur, vicaria poena locum recedentis: vel si vis utique tibi dimissa membra restitui, spondeo quemcumque iusseris aperto iugulo diem. Fidem deorum hominumque! quid non factum est, ut amicum meum poeniteret? ingestum est misero illud carceris tenebrarumque secretum; gravioribus vinculis opus esse carnifex dixit ad bonum amicum: accedere ad illud cubile iussi sunt homines nocentes; et subinde dictum est, vide tamen, amicus si tanti est. Vna vox, unus miseri gemitus: urite, lacerate, distrahite; ille tamen revertetur. Miserere, mater, magna res agitur: amicum meum reliqui contendentem

notamus ad lib. IX Instit., cap. 1, quia tamen *alligatos* sequitur, propter sonum malo hic, *sub oculis*. Bvrm.

Alterum mater) *Alterum manet*, Gryph.

Vter plus) *Vt plus*, W. Leid. sec. Voss. pr.

Quam avide) Desunt Lucae.

Si videatur) *Si videtur*, W. Leid. et Voss. omnes, recte; vid. ad decl. 7, 3, et 5, 19.

Quemcumque iusserit) *Quaecumque iusseris*, Leid. pr. *Quemcumque iusseris*, Voss. sec. Lucas. Gryph. Colin. Vidov. Obr.

Ingestum est) Non satis haec capio, an tormentis quibusdam et terroribus, in secreto carceris occultis; ut secretum accipiamus pro iis, quae in eo sunt. *An ingestus est miser in illud.* Schvlt. *Ingestum*, est ante oculos positum, denuntiatum per minas, ita Claud. III Rapt., 220: *Prima Venus campos Hennaeaque rura maligno Ingerit afflatu.* Senec. I de Benef., 12: *Vbi ante oculos est, et oblivisci sui non sinit: sed auctorem suum ingerit et inculcat;* declam. sequenti c. 4: *Mortem, quam promiseram, quam minabar, ingessit.* Sic et *ingeri* dici, quae in somnis nobis occurrunt, docuit Heins. ad eundem librum vers. 81. Bvrm.

Accedere) *Accidere*, Leid. sec. Voss. pr. Ad *bonum amicum accedere*, *ad illud cubile*, Leid. pr. Voss. sec. *Cubile*, locum poenae. Senec. Thyest. 70: *Abire in atrum carceris liceat mei cubile.* Bvrm.

Vide tamen, amicus) *Videte tamen amice*, Leid. sec. *Vide tamen amice*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec. Lucas.

Si tanti est) *Si tam est*, W.

Vna vox) *Vno uox*, Voss. pr.

cum tyranno: excuso me vobis, humani generis affectus, et tibi ante omnia, mater, excuso, quod fieri passus sum: ulla ergo in rebus humanis necessitas tanti fuit, ut illum amicum meum in carcerem ipse deducerem? ut squalorem meum, meas catenas in membra festinantis exuerem? ut tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterem? Testor te, misera conscientia, et si quod nos in illa necessitate numen adspexit, quantum simus rixati circa catenas, quam omnia fecerim, ut ille potius veniret ad matrem.

X. Fateor, iudices, unius cogitationis pudore victus sum, quod tam magni beneficii difficultatem ab amico non accipere affectus videbatur hominis, qui non credidisset. Miserere, mater; ne me solutum putes, amicum alligavi: hae sunt catenae, quae tegunt membra, quae per maria, per infinita terrarum spatia restringunt: sic non potest carcer effringi. Invideo tyranno; scit alligare amicos, scit tenere dimissum: iterum ac subinde proclamem necesse est; ego amicum meum alligavi; et ut te viderem, poenam meam altero homine implevi: scio quo hoc amicus praestiterit animo, sed

Tanti fuit) *Tanta fuit*, W.

Et si quod) *Est*, Leid. pr.

Numen) *Nomen*, Voss. sec.

Pudore victus) *Pudore devictus*, Leid. pr. Lege *evictus*. Hoc enim proprium verbum, de iis, qui pudore, lacrymis, precibus et similibus incitantur ad aliquid agendum, esse docuit summus Graev. ad Cicer. I Verr., 1; sic et apud Statium IX, 840: *Abit solo post haec evicta pudore*, pro *devicta* scribendum ex MSS. docuerunt Gronovius et Barthius, quem et vide ad lib. VII, 558, et quae nos supra ad lib. VII Inst., cap. 37; abstulit vero hic primam literam vocis *evictus*, ultima τοῦ *pudore*. BURM.

Non accipere) *Non acciperem*, Voss. sec. sed tunc legendum esset *ut tam*.

Solutum putes) *S. tu putes*, Leid. pr.

Per infinitae) *Quae per infinita*, Voss. pr. Leid. pr.

Sic non potest) *Hic*, Obr. et ita iam Schultingius coniecerat.

Ac subinde) *Hac subinde*, Leid. pr. *Ac* deest Lucae.

Ego amicum) *Ergo a.* Gron.

Implevi) *Complevi*, W. Schult. mallet *in altero h. implevi*.

Quo hoc) *Quod hoc*, Leid. pr.

ego rem feci hominis non reversuri. Interrogo hoc loco impatientiam tuam, mater, interrogo, quid faceres, si nos ad te videndam deduxisset alligatos aliquis satelles, si barbarus aliquis? fruereris oculis, fruereris amplexibus? non est quod te ista tanquam levior, tanquam expeditior conditio decipiat. Quid putas esse, quod me dimisit solutum, ire quo vellem? crudelis artifex non reliquit nobis ut imponeremus.

XI. Supervacuo igitur hoc vos in matris causa movet, quod caeca est: hoc, quod nobis invidiam facit vulneribus oculorum, nolite detinendi putare causas; idem videns faceret: nec plus est, quod non potest caecitas ferre, quam mater: ut aliqua filio carere non possit, nonnunquam calamitas facit. Quod si, iudices, in persona mea nec affectu nec meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia vestra debet attendere, quam uter plus patiatur? iam satiavit dolorem mater, egessit aestus, effudit impetum; iam non desiderant oculi, quum cadunt. Adiice quod hanc qualemcumque fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas cooperationes: vis scire quanto

Deduxisset) *Deduxissent alligatos aliquot satellites*, W. Leid. et Voss. omnes, et Lucas.

Barbarus aliquis) *Barbarus aliqui*, Leid. sec. Voss. sec.

Oculis) *Osculis*, W.

Dimisit solutum, ire) Malim, *permisit solutum ire.*

Solutum) *Soludam*, W.

Nobis ut) *Verbis ut*, Leid. pr.

Invidiam facit) *Invidia fit*, W. Leid. m. pr. Voss. pr.

Putare) *Me putare*, W.

Nonnunquam) Lege, *num unquam*, vel *numquam*. Nam pro certo ponit. SCHVLT. *Potest nec unquam*, Gronov.

Satiavit) *Sanavit*, W.

Quum cadunt) *Quum caderent*, Gronov.

Cooperationes) *Comparationes*, W. Leid. et Voss. omnes. Quod explicat Cl. Schult. alias habeat, quarum miseriis suas potest comparare, quae similes aut maiores sustinuerunt; sed an non scripsit *complorationes*, ut mox initio sequentis declamationis has voces confundunt codices. Sic decl. 17, 16: *Volo prius convocare servulos, contrahere libertos, complorare, conqueri*; vel *suas cum paribus rationes*; hoc velle puto, nihil deesse ad vitam commode agendam. BVRM.

intolerabilius sit, quod patitur amicus? excaecavit te, quod ego sic tenebar: ille accipit cibos, quos carnifex, quos tortor apponit.

Tenebar: ille accipit) *Tenebar accepere*, in Leid. sec. Voss. pr. *Tenebar accipe cibos*, Colb. *Ille* deest Lucae; sed Voss. sec. desinit in *tenebar*, et recte, ut credit Cl. Scholt. Gron. sic: *Tenebar, accipe cibos, vel sic filium ter abdicare noluit pater victus* etc. Vnde apparet haec ultima verba huc non pertinere. Forte haec deberent poni supra, post *suas cooperationes*; ut oppositio sint inter matrem, quae habet propinquos, ministeria etc. *Ille accipit cibos; quos carnifex, quos tortor apponit. Vis scire* etc. BVRM.

DECLAMATIO XVII.

VENENVM EFFVSVM.

ARGVMENTVM.

Filium ter abdicare voluit pater, victus: invenit quodam tempore in secreta domus parte medicamentum terentem: interrogavit quid esset; cui parasset. Ille dixit venenum, et se mori velle. Iussit pater bibere. Ille effudit medicamentum: accusatur a patre parricidii.

PRO FILIO CONTRA PATREM.

CAP. I. Lassatus per diversos miserae mentis aestus, et eundem dolorem, dum me ab utroque animi genere semper quod impulit abducit, et in pertinaciam desperationemque neutram mihi licet perferre patientiam; hoc primum a notissima clementia vestra peto, ne miremini, quod inter tam varia tristissimaque fata consilio diductus sum, nec pro malis meis quidquam melius

Similis argumenti est declamatio sive controversia 18 Senecae; haec vero obscura, intricata, nec elegantior praecedenti videtur.

Victus) *Auctus*, W.

Mori velle) *Velle* deest Leid. sec. Voss. pr. sec.

Accusatur) *Accusatum*, W.

Lassatus) *Laxatus*, Leid. pr.

Et eundem) *Sed*, volebat Cl. Bestius de Rat. Emend. leg. cap. 14, §. 6.

Dum me ab utroque animi genere) Scribe: *cum me ab utroque animi genere semper quod impulit, abducat.* Nam *dum adducit et licet*, erat dicendum. GRONOV. Quem vide ad Liv. XXXV, 8; et quae nos ad Phaedr. III, 10 notavimus, Shcultingius quoque hic *abducit* et *licet* voluit reponi; certe *licet* est in Leid. et Voss. om. *Adducat*, Leid. sec. *Impulit*, W. BVRM.

Ab utroque animi genere) Consilio et vivendi et moriendi. SCHVLT.

Neutram) *Neutra*, Colon. unde *neutro* Schult. et legebat etiam *perferre patientia*, ut *perferre* sit positum, sic ut *pati*, de quo Gron. ad Thyest. V, 470. *Neutrum*, Lucas.

Fata) *Facta*, Leid. et Voss. om.

invenire potui, quam ut morerer; nec pro innocentia, quam ut viverem. Novo igitur, iudices, inauditoque genere discriminis utriusque animi reus, qua satis calamitates meas comploratione, quo deflebo gemitu? filium mori volentem paene occidit, quod intervenerat, pater. Videtis adhuc illa secreti nostri contentione rixantem: quidquid citra suprema, citra exitium est, contumaciam vocat; quantum absolutionem adspicit, vitam. Quis post hoc quaerat ac dubitet, quo me affectu iusserit virus haurire, qui parricidium vocat, quod non biberim? permissurus fuit, si bibere voluissem. Quaeso itaque, iudices, delationis hodiernae penitus velitis perspicere causas: obiicere putatis parricidium patrem pro se? necatur, uritur, sine dubio torquetur vita: hoc enim non potest ferre, quod mori filium iussit, nec

Comploratione) *Comparatione*, W. Leid. et Voss. omn. Colb. Quod recte explicari potest, comparando cum aliorum miseriis, quas omnes mea superat, nihil tamen muto.

Occidit) *Occidet*, Leid. pr.

Videtis adhuc) *Vidistis adhuc*, Voss. sec.

Quidquid) *Quid*, Voss. sec.

Absolutionem aspicit, vitam) *Absolutionem voluntas aspicit et vitam*, Voss. sec. *Absolutionem aspicit victus*, Gryph. Colin. Vidov. *Quantum absolutionem, fastidit vitam*, Obr. Quae vellem exposuisset, ego enim nihil in his video commodi sensus. Forte, *quartam absolutionem aspicit* (vel *accipit*) *ut vitam*. Ter enim absolutus iam sum, invito patre, quare iussil me sibi exosum filium, et invito eo viventem venenum bibere, ideoque hanc quartam absolutionem considerat, ut vitam mihi datam, quam vellem mihi eripi. Ita mox: *Vitam non potest ferre.* Certe aliquid latet de *quarta absolutione*. BVRM.

Quis post) *Qui post*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Patrem pro se) *Patrem? pro se necatur*, Lucas.

Necatur) *Necat*, Voss. pr. sec.

Torquetur) *Torquentur*, W. *Extorquetur*, Voss. sec.

Vita: hoc enim) *Vitam ex hoc tamen non*, Leid. pr. sec. Voss. pr. *Vitam hoc tamen*, W. Voss. sec. *Vita ex hoc tamen non*, Colb. *Vitam ex hoc non*, Gronovius: *Vitam ex hoc tantum non*, Luc. Cl. Schult. ita constituebat: *obiicere putatis parricidium pater? Per se necatur, u. s. d. t. Vitam enim ex hoc non potest ferre* etc. *Sine dubio torquetur*; est quasi correctio quaedam, ut apud Tacit. Ann. VI, 6. Torquetur autem conscientia, ut decl. 7, principio. SCH. Ego malim, *per se necatur, uritur, sine dubio torquetur. Vitam hanc*,

coëgit; et scit facinus fuisse in imperio, si innocentia est, quod recusavi. Suae quod crudelitatis est, vel ab invidia se criminibus meis defendit, excusat, et ne vocem illam, tanquam peractum facinus, oderitis, substituit pro malo patre, miserum.

II. Hic est, iudices, deprehensae impietatis aestus: nemo unquam volet innocentem filium videri, quem voluerit occidere. Illud quoque, iudices, a gravitate publica peto, ne quis me mori voluisse non credat: contumaciter, adhuc, prioris constantiae meae more, defendor; alia est mihi ratio, quum vici: fortior sum reus, quam absolutus. Sed tunc tantum par esse non possum calamitatibus meis, quum me constare coepit, nihil aliud esse, quam miserum. Bene, quod rursus vocavit in forum, iussit integritatis agere causam, fecit ut mihi videar perdidisse mortem: si poenitet patrem, quod me bibere iussit venenum, ego ferre non possum, quod effudi. Licet igitur immitissimus senex confundere publicos conetur affectus, querelarum fronte mutata, non sumus novi vobis accusator et reus; nec nos modo pietatis eversae recens asseruit immanitas: parricidam me

(sci meam) *enim non potest ferre.* Non opus habet parricida filio, qui a sua conscientia necatur, urilur, torquetur. BVRM.

Vel ab invidia se criminibus meis) Lego: *Suae quod crudelitatis est, mea invidia, discriminibus meis defendit, excusat.* GRON. Lege, *minimae quod crudelitatis is, vel* (id est etiam) *ab* etc. *defendit et accusat.* SCHVLT. *Sive quod crudelitatis*, Leid. pr. sec. *Sive quod crudelitatis*, Voss. sec. *Sive quid crudelitatis*, Gryph. Colin. Vidov. *Accusat* etiam Ascensius legit.

Substituit) *Sustinuit*, Leid. pr.

Nemo unquam) *Nec novum unquam*, Voss. sec.

Quem voluerit) *Quem voluit*, Leid. sec.

Illud quoque) *Illud quodque*, Voss. pr. et mox, *ne qui.*

Non credit: contumaciter) Obrechtus distinguit: *Non credat: contumaciter*; et ita ism Cl. Schult. volebat; in W. deerant haec: *mori voluisse* etc. *constantiae meae adhuc prioris* etc.

Sed tunc tantum) An legendum, omisso *sed*, *Tunc tandem* ? SCHVLT.

Confundere) *Confunda*, W.

olim vocat: ita est enim, iudices, ita est, iam pridem hominum nefandorum solis nominibus accusatur: sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille, quem desinere iam iusseratis, qui semper ad vos recurrit, et vincitur. Fallitur, quisquis illam de moribus senis lassitudinem vel patientiam sperat: patri, qui abdicare non potuit, minus est filius nocens, quam absolutus.

III. O pertinacissimum accusatorum genus, victi parentes! dum auctoritatem nominis vestri fortius imperiosis asseritis affectibus, et ne pudorem poenitentiamque fateamini, contumacia vindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, ut ter absolverer: namque ut erat in supervacuo odio mei senex prima luce deprehensus, ferre non potuit, quod reddebar invito; et quia a iudicibus non impetraverat, ut abdicaret, apud se tenuit, ne desineret hoc velle. Credidit tamen aliquid profecturum querelarum errore repetito, et speravit iuxta con-

Olim vocat) *Olim vocavit*, W.

Ita est enim, iudices, ita est) *Item, iudices, ita est*, Leid. pr. *Ita est iudices, ita est*, Voss. pr. Lucas.

Nominibus accusatur) Immo *accusat*, nempe me pater, aut *accusamur*, nos scilicet a patre. GRON. Idem censet Cl. Schult. qui et *accusor* coniiciebat. Ascensius capit impersonaliter *accusatur*, id est accusant, solent accusare.

Recurrit) *Recurritur*, W.

Sperat) *Putat*, W.

Minus est) An *non minus e. f. n. quando absolutus* etc. Immo tum magis pro nocente habetur. SCHVLT.

Nominis vestri) *Nominis vestris*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Nominis nostri*, Leid. pr.

Imperiosis) *In periculis*, W. Cl. Schult. volebat, *fortius et imperiosis*.

Meis accessit, ut ter absolverer: namque ut erat) Haec desunt W. Voss. pr. in Leid. pr. margini erant adscripta.

Vt ter absolverer) *Vt* iterum abest Leid. pr.

Supervacuo odio) *Supervacuo odii*, Leid. pr.

Prima luce) Exponit Ascensius prima defensione. Obrecht. edidit *prima lite*; Cl. Schult. *prima vice*; sed *lucem* pro iudicio publico etiam supra occurrisse memini.

Ne desineret) *Ne desinet*, W.

Credidit) *Credidi*, Voss. sec.

Aliquid profecturum) *Aliquid se profecturum*, W.

Querelarum errore) Quis nam hic error? legendum puto, *terrore*, quas voces toties iam confundi animadvertere Viri docti; vide Heins. ad Ovid. Amor. I, 2, 35; Gron. ad Liv. XXIII, 17; et Pearc. ad Cicer. de Orat. II,

tentionem suam, ut lassesceret aliquando pro me iusta miseratio. Quid facerem igitur? quo verterem iam fatigatam innocentiam? nec exire me decebat ex domo, ne viderer quidquid vos non credideratis, agnoscere: nec exspectare poteram, quum mihi rursus aliam seriem malorum minaretur, quod me iam coeperat pater contentione, qua vobis irascebatur, odisse. Tandem infelix misertus mei, misertus patris, quum de praeteritis prospicerem, iurgia tam longa quam vitam, captavi, fateor, omnem occursum, quem mihi videbar exasperare praesentia, exorare dum morior, et tanquam novissimi ambitus genus excogitavi, ut me in honorem sui reverentiamque pereuntem, sic odisse desineret, quomodo parcere solet ira cedenti. Non habet alium, quam mortis exitum filius, qui nec reconciliari potest, nec abdicari.

IV. Erat in domo nostra locus, in quem secedebam semper reus, in quem revertebar absolutus, querelis

42. Ita infr. cap. 7: *Quanto terrore cuncta percutit pudor ille iam victi*; et cap. 8: *Parricidam non facit severitas vestra, non saevitia, non terror.* BVRM.

Quo verterem) *Quo vertemur*, W. *Quo vellem*, Voss. sec.

Qua vobis irascebatur) *Qua nobis i.* W.

Misertus mei, misertus) *Miseritus, mei miseritus*, Leid. sec. *Miseritur mei miseritur*, W.

Prospicerem) *Prospicere*, Voss. pr.

Captavi omnem occursum) Vt periculum facerem, quo in me animo esset. Lego autem, *captavi f. o. occursum, et quem m. e. p., exorare dum morior, tanquam n. a. g. excogitavi.* SCHVLT. *Captavi f. o. o.* etc. *exonerare dum morior* etc. Obr. Ascensius *occursum* explicat omne medium, et quidquid occurrit ad faciendum finem odiis paternis. *Captavi, fateor, hominis occursum*, Voss. sec. Ego mallem, *captavi, fateor, quem ad omnem occursum mihi videbar exasperare praesentia, exorare dum morior.*

Ira cedenti) *Ita cedenti*, Gryph. *Ira cedentis*, Voss. sec.

In quem secedebam) *In quo secedebam*, W. *In quo sedebam*, Gryph. Si auctoribus MSS. non male: *sedere* enim proprie de miseris, et in luctu et sordibus viventibus dici, notarunt iam dudum Viri docti; vide Passer. ad Propert. I, 15, Torrent. ad Suet. Caes. 5. BVRM.

Absolutus) *Absolutus reus*, Leid. pr. sec. Voss. sec.

Querelis meis etc. *imponerem*) Haec desunt W. Voss. pr. Leid. pr. in margine habebat.

meis lacrymisque iam conscius, in quem se ferant. In hunc, non tanquam custodiae patris imponerem (nam quid possit inveniri, quo non me captantis aliquid deprehendere cura sequeretur)? sed, sicut solent qui immori volunt, pudore, non ira, ab omnibus, quae videbantur avocatura, secessi: nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum, aut quod faceret invidiam. Sed quid mihi tecum est integritatis nimia simplicitas? non putat se posse deprehendi, quisquis venenum parat ipse poturus. Totus oculis animoque conversus haerebam miser in opere moriendi, nec dissimulo, cum quadam cunctatione, cum mora, sicuti bonae conscientiae lenta mors est, nec praecipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solum, quod sui miserentur, occidit. Abiit per tacitas conquestiones mens in obitus contemplatione posita: et hausturus potionem, qua renun-

Conscius) Dativum adsciscere hanc vocem ostendit multis Heins. ad Ovid. Met. VI, 588; Pineier. Parerg. I, 4. BVRM.

In quem se ferant) Badius accepit, pro conferunt se, qui latere volunt; ego malim, in quem se ferant lacrymae et querelae; propter quem flerem.

Imponerem) *Imponere*, Leid. sec.

Non me) *Me* deest W. Voss. pr. Gryph.

Sed, sicut solent) *Sed si dicunt solent*, Voss. sec.

Qui immori volunt) Forte *emori*. GRONOV. An, *qui iam mori*, vel, *sibi mori volunt*. SCHVLT. *Immori super infamiam* dixit auctor decl. 5.

Ab omnibus) *Ab hominibus*, Leid. sec.

Non placuerat) *Non placuerit*, Leid. pr.

Sed quid mihi tecum) An, *sed quid mihi non tecum*; dictum autem ut, τί γὰρ μοὶ καὶ μακροῖς αὐλοῖς Suet Oth. Ovid. Trist. I: *Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli*, et ita passim. SCHVLT.

In opere moriendi) *In animo m.* Leid. pr. a pr. m.

Bonae conscientiae) *Bonae et conscientiae*, Voss. sec.

Mors est) *Est* deest W. Leid. et Voss. omnibus.

Miserentur) *Miseretur*, W. *Miserent*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Abiit per tacitas) *Abiit procacitas*, Leid. pr. Vnde coniiciebat Schultin. *Habuit pertinacitas conquestiones*, vel *pertinacissimas*, vel *alitur per tacitas*; sed et *abiit* per conquestiones, tolerari posse putabat, ut *abire in flammas*. Ovidio, ire *in sudorem*, et similia, de quibus nos supr. ad decl. 9, 5. BVRM.

Et hausturus) *Et hausurus*, W.

tiarem rebus humanis, totam apud se repetebat animus innocentiam suam, quum pater secretum, quod per impatientiam pereuntis impleveram, quantum credo, lacrymis meis gemituque perductus, intravit: non potest videri, iudices, suspicatus aliquid de parricidio: quid tererem, cui pararem, nesciebat qui interrogavit.

V. Nuntio vobis, sanctissimi viri, nihil a morientibus fingi: nihil vita laborante simplicius: ad subitum interventum patris non tanquam deprehensus obstupui; facinus me tacente, non pallor, non est confessa trepidatio; nec, sicut accidere nocentibus solet, illa obvia semper errantium patrociniorum verba variavi, quum me repente interrogatione subita avocavit, abduxit, quaesivit quid tererem, cui pararem: sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi, et me mori velle, et eadem veritate confessus sum, venenum esse, quod tere-

Leid. sec. Voss. pr. *Et ausurus*, Voss. sec.— *Qua renuntiarem*) *Quae renuntiare*, Leid. pr.

Quod per impatientiam) Sensas videtar requirere: *quod per impatientiam pereundi non clauseram*. Gron. Sed Cl. Schult. nihil malat; *ita pereuntis affectus*, declam. 16. *Quad impatientia pereundi impl.* Leid. pr. *Quod per imp. praetereuntis impl.* Voss. sec.

Quid tererem, cui) *Quid id tererem, quod cui*, W. *Quid id tererem quod cui*, Vosa. pr. *Qui se tenerem quod cui*, Voss. sec.

Obstupui) *Obstipui*, Voss. sec.

Trepidatio; nec) *Trepidatione*, Voss. sec.

Errantium patrociniorum verba) Numquid, *illa abvia semper peccantium patrocinio verba variari*. Gron.

Cui pararem) *Quod cui pararem*, Voss. sec. sicut et paullo ante, quod videtur adiecisse librarius, qoia non credebal *parare*, ita absolule posse poni; ila tamen Virgil. Aeneid. II, 110: *cui fata parent*, ubi v. comment. Burm.

Et me mori velle, eadem veritate et confessus) Altera copulativa abondat, altera locom migravit. Scribendum: *respondi me mori velle, et eadem veritate confessus sum*. Gronov. Ita edidit Obr.

Eadem veritate) *Eadem veritatem*, Voss. sec. Forte scripserit, *et me mori velle, et eadem veritatem confessus sum, venenum esse* etc. nam *eadem veritate confiteri* an recte dicalor dubito; si dixisset *eadem simplicitate* ut max, tolerandum foret; *eadem* autem pro simol, seu eadem opera, saepe poni solet, ut *alia*, *aliqua* et similia; vide Casaub. ad Theoph. περὶ ἀγροικίας, circa fin. Guiet. ad Terent. Eunuch. prolog. infr. circa fin.: *Potuit eadem*, *potuit peragi brevitate*, *qua iusseras*. Sic ignoratione huius ele-

batur. Date, iudices, patrem, qui filium mori nolit, et credit: quis habeat, iudices, dicenti fidem? venenum filii, quod invenerat pater, non ille potius effudit; stetit quinimmo intrepidus, arrogans, iuxta orbitatem, quam videbat; et mihi mortem, quam promiseram, quam minabar, ingessit: bibe, inquit. Quis post hoc, iudices, exspectat, ut continuo paream iubenti? ita demum mihi non est aliud relictum, si patri parui.

VI. Audite nunc, dii pariter atque homines, quid post tres abdicationes et querelas toties iudicum gravitate percussas, velut attonitus, amens nuntiet seculo pater, parricida saevus, parricida crudelis. Non bibi venenum; hoc est totum facinus meum; vivo, respondeo, non fugio iudicem, non cedo criminibus: iam non miror, quid sit, circa quod impatientia deceptae cru-

gantiae etiam errasse in voce *aliqua*, ostendit Heins. ad Ovid. Trist. III, 4, 75; et sic male tentavit locum sanum Flori II, 12; Salmasius, *cum alia minatus, alia irrepsisset*; ita et Livio XXI, 56: *Quum alia evadere nequissent*, restituit summus Gronovius. BVRM.

Date, iudices) Lego, *date, iudices, patrem, qui filium mori nolit: haec credet? quis habeat, iudices, dicenti fidem?* dicenti filio non credet, quia eum nunquam mori voluit, et propterea nec odio compulit ad mortis consilium; hic vero pater statim credidit, et filium iussit bibere, pro certo credens venenum esse, quia sciebat se effecisse, ut coperet filius invisam lucem abrumpere. SCHVLT.

Quis habeat) *Quis habet*, *i. dicendi f.* W. *Dicendi* etiam Leid. et Voss. omnes.

Ille potius) Quid si *protinus*, Schult.

Intrepidus) *Trepidus*, W. Voss. pr. sec.

Patri parui) *Patri paravi*, Leid. pr. Cl. Schult. volebat, *nisi patri parui.* Contionaturus erat, quam ut accusarer eo nomine, quod non sibi venenum: sed figurate fecit.

Iudicum gravitate percussas) Forte, *repressas*. Deinde: *nunciet pater: parricida saevus, parricida crudelis non bibit venenum.* Filium pater vocat parricidam; non patrem filius. GR. Ego mallem *discussas*, id est irritas factas. Vt ita *nefas discutere*, Flor. III, 18. *Consilia hostium discutere*, Frontin. IV Strat. c. ult. *Rem discutere*, Liv. VI, 41. BVRM.

Non fugio) *Non video*, W.

Non cedo) *Non credo*, Lucas.

Quid sit, circa) *Quod circa sit*, Voss. sec. Cl. Schultingius volebat, *non miror quid sit, quod imp. d. c. c. postquam o. g. modo perdidit senex; vel plus quam orbitatis gaudium est quod.*

delitatis exaestuet, plus quam orbitatis gaudium, quod modo perdidit senex, speraverat, ut occidere me posset meo veneno. Sed quatenus invenisse se putat quod crederetis, ut contentionibus subinde damnatis auctoritatem de novo dolore circumdaret, inusitata commentus est: quae sola mihi superest ratio vivendi, facinus ea simplicitate, ea fide denego, qua confessus sum de veneno. Parricidii agis: abstulisti quidem mihi partem, ut exclamarem hoc loco, fieri non potest. Scio quantum defensioni meae difficultatis adiecerit, quod iampridem in domo nostra humanorum pignorum ratio non constat, sed pronuntiatum liquet, utri ex nobis facilior sit impietas, uter iuxta alterius languorem suprema non fecerit. Tu unicum quotidie proturbare conaris e domo, velles inopiam meam, velles adspicere squalorem: ego osculor illas expellentis manus; ego abiicientis genua teneo; et ad patrem, qui me tam notabiliter odit, non habeo cur velim redire, si non amo.

Orbitatis gaudium, quod modo) Tolle τὸ *quod*: et distingue: *Iam non miror, quid sit, circa quod impatientia deceptae crudelitatis exaestuet, plus quam orbitatis gaudium modo perdidit senex: speraverat, ut occidere me posset meo veneno.* GRONOV.

Invenisse se) *Invenissem*, W. *Invenisse putat*, Leid. pr. Voss. pr.

Vt contentionibus) *Et c.* W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Circumdaret) *Circumdare*, W. Leid. pr. Voss. pr. *Circumdare* vero Cl. Schult. illustrabat ex loco Taciti IV Hist., 11: *Qui principatus inanem ei famam circumdaret.*

Mihi partem) Lego, *pater.* SCHVLT. et ita edidit Obr.

Adiecerit) *Abiecerit*, Leid. pr.

Ex nobis) Desunt Leid. pr.

Vter iuxta alterius languorem suprema) Scribe: *uter iuxta alterius suprema clamorem non fecerit.* Paulo ante: *stetit quinimmo intrepidus, arrogans, iuxta orbitatem.* GRONOV. Lege, *uter iuxta alterius languorem et suprema non defecerit.* Haec vero ad filium pertinent. SCHVLT. *Vitari iuxta*, Voss. sec. *Suprema confecerit*, Obr.

Proturbare) *Perturbare*, Lucas.

Tam notabiliter) *Tam nobiliter*, Voss. sec. Forte rectius: tribus enim indiciis nobilitatum erat hoc odium.

Non habeo cur velim redire, si non amor) Immo, *si non amo.* Sese enim bonum filium facit quamvis mali patris. GRONOV. Probavit Schult. et Obr.

VII. Praevaleret nominis tui fortassis auctoritas, si contentio nostra coepisset a veneno: consumpsisti quidquid est, quod parentes ab omnium scelerum suspicione defendit: non habet pater, unde parricidium de filio credat, nisi quem posset occidere. Me quidem, pater, infelicis huius persuasionis simplicitatem si quis interroget, nec a te parricidium fieri posse credo, nisi meo veneno: facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus, nullis difficilius, quam liberis puto. Vos adhuc in suprema nostra praecipitat auctoritas, qui filium occidere vocatis plerumque gravitatem, sicut abdicationis emendationem, sicut reliqua supplicia nostra rationis fronte protegitis, cunctosque praerigidae mentis affectus vocabulo molliore lenitis. Nos nec felices facinus istud possumus concipere, nec miseri: non perveniunt ad nefas istud nec necessitates: omnis citra desperationem dolor, ira languescit. Et quanto, dii deaeque! difficilius, si patraretur sine conscio, sine ministro, totumque facinus et animum filii poscat, et manus? Memento cuius obiicias immanitatis horrorem, patrem occidere velle: hinc tantum accipis vires, ut mori possis depre-

Simplicitatem) Aut *meae*, aut *simplicitate* lego; vel *me q. p. et infelicis*; ut est in Gron. et Voss. sec. SCHVLT.

Vos adhuc) Illud *adhuc* incommodum est; *autem* commodius: quid si, audacter tamen satis, *Vos adducit in suprema nostra, et praecipitat auctoritas*. *Auctoritas* est ius patriae potestatis. *Suprema* est mors, abdicatio et similia. Vel *adhaec*, id est praeter caussas, quibus filii, in necem parentum armentur, vobis est atrocitas et abusus potestatis. SCHVLT. *Vos ad*, W. *Vos adhuc in suprema nostra rationis fronte protegitis cunctosque percipiat* (*praecipiat* Obr.) *auctoritas*, Victor.

Abdicationis) Lege, *abdicationes*, GRONOV.

Emendationem) *Emendatione*, Leid. pr.

Molliore) *Leviore*, W.

Perveniunt) *Pervenerunt*, W.

Ad nefas) *Ad facinus*, Leid. pr.

Citra desperationem) *Circa*, Leid. pr. *Contra*, Gron.

Ira languescit) *Ita* manus viri docti in ed. Gryph. *dolor et ira* Schultingius volebat.

Si patraretur) *Si paretur*, W. Leid. pr. et Voss. omnes. *Si pararetur*, Gryph. Colin. Vidov.

hensus. Vt sciatis, inquit, verum esse quod obiicio, et abdicare volui: non potest, pater, efficere genus, querendi pertinacia, probationis. Tu, quum dicis; filius me voluit occidere, videris tibi facere prioribus iudicibus invidiam; exclamare, vos faciles, vos misericordes, hunc mihi redditis.

VIII. Sed iniquissimum est, ut abdicatio, quae nec in sui valuit effectum, fidem maiori crimini praestet: non sum reus inexplorati pudoris, nec anteacta vitae meae sub hodierna primum lite tractantur. Felicior innocentia est citra suspiciones, certior post reatum: et quantum infamiae praestant obiecta dum nutant, tantumdem auctoritatis absoluta restituunt. An scilicet superatus est gratia pater, et apud senes, et apud parentes auctoritate praevalui? viderint, qui calamitatibus suis sic blandiuntur, ut sibi affuisse credant misericordiam, favorem: filius a patre delatus, nunquam poterit superior esse, nisi causa. Sane tamen feramus, ut prima abdicatione non egesseris totum dolorem, multa tibi de criminibus meis verecundia querendi, multa paternae pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? reversus es in forum iam ad iudices iratos.

Genus, querendi pertinacia probationis) Male haec vulgo distinguuntur in omnibus exemplaribus, quae vidi, sensus enim, querendi pertinaciam non posse efficere genus probationis. Gronov. *Pertinacia, genus quaerendi probationis.* W. *Pertinacia querenda genus probationis*, Colb. Lucas.

Iudicibus) *Iudiciis*, W.

Iniquissimum est) *Iniquissimum enim est*, W.

Effectum) *Affectum*, Leid. pr.

Innocentia) *Innocentior*, Voss. pr.

Obiecta dum nutant, tantundem) Pessime. Lege: *Et quantum infamiae praestant abiecta damnato, tantundem auctoritas absoluta restituunt.* Gron.

Tantumdem) *Et tantundem*, Leid. pr.

An scilicet) *An solus*, W.

Et apud) *Et* deest W.

Nunquam poterit) *Nunquam potuit*, W.

Non egesseris) *Nonne gesseris*, Voss. sec.

Repetita delatio) *Repetit ad electiore versus es in farum*, Voss. sec. *Reversus est*, Leid. pr.

Quanto terrore cuncta percnlit pudor ille iam victi et redeuntis in damnatam colluctationem? acrior semper ex verecundia dolor: sed et iudicum cura quanto malignior circa rediturum reum? quam multis placet illa de dissimilitudine pronuntiationis auctoritas, et severior videtur diversa sententia.

IX. Tertia vero abdicatio, dii immortales quem apparatum, quem movit ambitum! ego miror quod mihi licuit audiri, quod me non statim primus querelarum tumultus oppressit. Quid post ista novi, pater, obiici potest? inter leges, inter iura consenui; non habeo in moribus meis, quod non melius iudices sciant. Scilicet capit natura rerum, ut futurus parricida non praemiserit notas, nullis ante sit maximi sceleris immanitas tumultuata flagitiis; et quandoque culeo, serpentibus expianda feritas, sub placida mente primam pertulerit aetatem? Aliud est miserorum genus, quod clementia, quod succurrendi favore dimittitur: absolverunt me, qui sciebant non profuturum mihi, quod non abdicarer. Proclames igitur licet; subinde detuli, saepe questus sum, ter abdicare volui: hoc tamen res ista debet efficere,

Cuncta pertulit) Immo *perculit*. Gr. *Protulit*, Colb.

Ex verecundia) *Ex* deletum erat in Leid. pr.

Circa rediturum) *Circa redditum meum*, W. Colb. *Circum redditum reum*, Leid. et Voss. pr.

Quam multis) *Quanti quam multis*, Gron.

Illa de) *Ille de*, Leid. sec. Voss. sec.

De dissimilitudine) *De similitudine*, W.

Pronuntiationis) Deest Colb. et Leid. pr. in margine erat.

Et severior) *Vt severior*, Voss. sec. *Vt saevior*, Gron.

Ista novi) *Ista novit*, Voss. sec.

Non habeo) *Non habet*, Voss. pr.

Non praemiserit notas) Decl. 4. *Necesse est ut maiores notas ventura praemittant.* Schvlt.

Culeo) *Collo*, Voss. sec.

Pertulerit) *Tulerit*, W.

Miserorum) *Miserum*, W.

Dimittitur) *Dimittatur*, W.

Quod non abdicarer) *Quod abdicabar*, W.

Saepe quaestus) *Saepe* deest W.

Hoc tamen) Forte *hoc tantum*. Gr.

Res ista) *Res ipsa*, Leid. pr.

ut tibi non oporteat credi, quidquid aliud obieceris: non enim sequitur, pater, ut me tuis criminibus accuses, quod nocentem tuis moribus probes filium: parricidam non facit severitas vestra, non saevitia, non terror: ad tam grande facinus non ira opus est, sed moribus; non dolore, sed mente: omnes iniuriae levius exasperant, levius oderunt: innocentis filii ultio est, mori.

X. Quod si manifestum est nihil tunc in moribus fuisse meis, quod posset esse suspectum, aestimemus unde postea traxerim parricidii causas. Vos libet interrogare hoc loco, iudices, quis magis debet innocentiam amare? vici patrem; omni nunc sollicitudine, omni labore custodiam illam gratiam, illum ambitum meum, quo remuneror advocatos, quo persolvo iudicibus illud, propter quod audeo domum reverti, propter quod non timeo casus, non subita pro patre, non maligna fata: fidem non capit, ut me tres absolutiones, et innocentem probaverint, et effecerint parricidam. Praeterea, pater, quam infirmum me, quam trepidum reddit ipsa victoria? an scilicet ignoro, quod me reversum circumsistat totius domus maligna cura? quod vivo inter homines, quibus apud te gratiam parat, si de nobis aliqua

Non oporteat) *Non* deest Gryph.

Quod nocentem) *Quod et nocentem* malebat Cl. Schultingius.

Levius oderunt) Videtur scribendum, *levius mordent*. GRON. An, *levius, offendunt*, vel *levius oderunt innocentes. Innocentis filii*. SCHVLT.

Vltio est) *Vltro est*, Leid. pr.

Vos libet) *Vos decet*, W. et Leid. pr. a. m. s. Lucas. *Tete*, Voss. pr. *Vos estote*, Voss. sec. *Vos interrogare*, Leid. sec.

Hoc loco) Desunt W. Leid. et Voss. omnibus et Lucae; sed transferebant haec verba post *innocentiam*, hoc modo, *innocentiam hoc loco libet amare*.

Omni labore) *Omni nunc labore*, Voss. pr.

Custodiam) Forte *custodio iam*. SCHVLT.

Illam gratiam) *Illam gratam*, Voss. sec.

Quo remuneror) *Quo remunerato*, W.

Persolvo) *Persolvor*, Leid. sec.

Fata) *Facta*, W.

Totius domus) *Totus domus*, Leid. sec.

Parat) *Parant*, Leid. pr.

mentiantur, fingant? videlicet hoc nos in facinus praecipitat, impellit, quod aliquid speramus de testamento tuo. Quid? ego non sentio, quod simili scelere missus in domum, a caritate tamen exclusus, abiectus sum? rogo, qua fiducia facinus paro toties delatus, et paterna conquestione petitus? quod vis patrocinium sperem pro parricidio meo? defendi non possem, si bibisses tu venenum. Finge me parricidii voluntatem, finge habere causas; unde occasionem, unde fiduciam? ego nec mori possum, nisi ut deprehendar.

XI. Venenum paro, qui non ministrum, qui non invenio conscium? despicior a libertis: contemnor a servulis; evitant sermonem meum: colloquia fugiunt, et caritatem tui simulant odio mei: an videlicet spero posse fieri, ut ipse porrigam? est enim mihi ac convictus tuos facilis accessus. Venenum mehercle putabis quidquid dederint hae manus: et virus praesentaneum paro, quod statim, quod subito corripiat? At quemadmodum mihi supersit ulla defensio? an lentum, et quod tarda peste consumat, scilicet ut non statim exclames, ut te

Mentiantur, fingant) *Nuntiant, figurant*, W. *Nunciantur fingant*, Voss. pr. Colb. *Nuntientur fingant*, Voss. sec. Forte *mentientes fingant*. Sed saepius copulam omittit auctor.

Quod simili scelere missus) *Quod sim licet remissus in domum*, Obr. *Quod similis sceleri, missus* etc. *et obiectus sum*, vel sine copula legebat Cl. Schult.

Conquestione petitus) *Con. praedictus*, W. Leid. sec. *Preditus*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Quod vis) *Quid vis*, W.

Si bibisses tu) *Tu* deest W.

Qui non ministrum) *Non* deest W. Leid. et Voss. omnibus et Lucae.

Despicior a libertis, contemnor a servulis) Lege *a libertis*. Sic infra 16: *Volo prius convocare servulos, contrahere libertos*. GRONOV. Recepit emendationem Obrecht. neque nos dubitavimus; sic. decl. 18, 7: *Sermones, occursus coram servulis libertisque vitabunt*; et alibi.

A servulis) *A* deest Voss. sec.

Simulant) *Simulat*, W.

An videlicet) *An iudices*, W.

Dederint) *Dederunt*, Leid. pr.

Hae manus) Ita saepe inter loquendum, gestu ostendunt manus, quibus quid egisse se dicunt; ita Act. XX, 34: αἱ χεῖρες αὗται. Curt. IV, 1: *Hae manus sufficere desiderio meo*. BVRM.

At quemadmodum) *Vt q.*, W. Voss. pr. sec. Lucas.

meum virus bibisse non credas? rogo, cui paravi venenum, quod dare non possum, nisi mihi? Ita, inquit, parricidae argumentum est et hoc ipsum, quod habuisti venenum. Omnibus, iudices, quibus ad scelerum conatus adiuvatur deteriorum quotidie fecunda mortalitas, non hanc solam potentiam natura concessit, in quam malis mentibus et nocentium ducuntur ingeniis, sed illis usus ex animo est, totumque quod faciunt, de conscientia possidentis accipiunt. Quid enim si latronem gladio tantum probes? sic munimus et somnos. Excute peregrinantium sinus, haerent tela sollicitis: non vetant ista leges parare, prospicere; nec instrumenta prohibent, sed aestimant usus. Finge me velut in media prosperitate vitae proclamare: Venenum paravi: ad quod incerti casus, ad quod languor, dolor ad quod confugeret improvisa debilitas.

XII. Miramini quod hoc fecerim homo, qui circa me fortunam, qui discrimina humana lassavi? cui nescio quid adhuc paret toties victa delatio? debuit habere in sua potestate mortem, quem iam pater poterat occidere. Non est, inquit, credibile, ut mori volueris absolutus, qui reus noluisti. Poteram quidem dicere, pater: Vixi, dum spero fas esse, ut incipias aliquando misereri, ut te squalor meus frangat, mitigent lacrymae,

Inquit, parricidae) *Inquit parricida*, Leid. et Voss. omn.

Omnibus, iudices) *Omnibus inde*, W.

In quam) *In qua*, Voss. pr.

Ducuntur) *Dicuntur*, Voss. sec.

Quid enim) *Quid tibi*, Leid. pr.

Non vetant) *Noverant*, W.

Languor, dolor) *Languor et dolor*, Leid. pr.

Ad quod confugeret) *Ad quod profugeret*, W. *Confugiret*, Voss. sec. unde Schult. *Confugiet*.

Circa me) Vide ad decl. 1 ult.

Paret toties victa delatio) Scribe: *cui nescio quid parat toties victa delatio.* Iam enim quartum accusatur. Gron. *Nescio quod*, Voss. pr.

In sua) *In sui*, Voss. pr.

Noluisti) *Voluisti*, Leid. pr.

Vixi) *Iussi*, Leid. pr.

Pater poterat) *Potest*, Gryph.

Vt incipias) *Vt incipiatur*, Leid. sec.

Mitigent) *Mitigaret*, W.

pallor exoret: sed ignosce innocentiae, tunc me decuit pertinax et rigida defensio: vixi, ne me videretur expulisse de seculo profundorum scelerum deprehensa trepidatio: ne super cadaver meum proclamare posses. Certe merito timui, merito praedixi venenum, qui vivendi non habebat audaciam: ne supremis meis conviciareris; ne quid posses obiicere iam non negaturo. Verum tibi de impatientia mea fatendum est, eadem mente nolui mori, quum abdicares, qua non bibi, quum iuberes. Sed fruere iterum, fruere saepius confessione tam misera; et quia oculos spectaculo non licuit implere, satientur aures; volui mori: adiice, si videtur, hanc malis nostris contumeliam, ut interroges, quare abdicare me subinde voluisti? Quid ais, rerum naturae pietas? ita iustiores causas habet impatientia, quam corporum damna, quam facultatum tristis eversio? in suprema praecipitat me pater. Ita non haec una vox complectitur omnes calamitates? non videmini nunc vobis universos audire miseros? possimus fortassis alio-

Ignosce innocentiae) *Ignosce. ignosce. in.*, Leid. pr.

Me decuit) *Me docuit*, Voss. pr.

De seculo) *De scelere*, W.

Certe merito) *Certo m.*, W.

Merito praedixi venenum) Excidit vox: *Merito praedixi: sumpsit venenum, qui vivendi non habebat audaciam.* Vel *bibit*, aut *duxit*. Gronov. Forte, *venenum sumat;* vel supplendum est, *praedixi venenum de eo, qui;* ut apud Plaut. Amph. prol. V, 106, vel lege, *quia*, quod commodius. Sch.

Conviciareris) *Conviciaris*, W. Luc.

Posses) *Posset*, Voss. sec.

Negaturo) *Negator*, W. *Negatura*, Voss. pr.

Verum) An sit pro *veritas*, an coniunctio, sensus integer est, quocumque modo capias. Schult.

Nolui mori) *Volui*, Leid. sec.

Qua non bibi) *Quae non b.*, Leid. pr.

Et quia oculos) *Et quia tam oculos*, Gron. Forte, *tum*.

Tu interroges) *Vt interroges*, W. Leid. pr. Gron. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. Obrecht. et puto *tu* vitium esse Leidensis editionis.

Naturae) *Natura*, Leid. et Voss. omnes.

Ita iustiores) Lego, *ita non iustiores*, aut *iniustiores*, et praeterea inferendum *haec*, *haec habet impatientia*. Schult.

Vniversos) Forte, *universas audire miserias;* Schult.

Possimus) *Possumus*, W. Leid. pr.

rum accidentium sperare finem: non habent proximorum odia regressum; quaecumque nexus accepere naturae, et quae sanguine visceribusque constricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt. Quae de primo tenore nascendi vix in contrarium victa deflectunt, diuque pravitatis suae rigore durata, mox in pristinum cursum remissa non redeunt, sed totum pondus omnesque vires inclinata traxerunt; vigore, quo sibi permissa crevissent, in ipsius vitii robur adolescunt.

XIII. In hoc tota est difficultas, ut incipiat non amare filium pater: hoc quum frontem confessionis accipit, reliqua praecipiti furore decurrunt; et redituris caritatibus obstat, quidquid obstiterat odiis: semel sibi parentes liberique mutantur, semel auferuntur. Felices, qui habent in conscientia sua quod debeant emendare, corrigere! illa demum potest ira desinere, quae coaluit ex vitiis liberorum. Ego quid facio, cui non luxuria, non est mutanda petulantia? cuius abdicatio non de meis, sed de patris moribus venit? frustra mihi exhortationes, frustra blandientur vana solatia: hominis, quem pater odisse non desinit, unus exitus est, ut se oderit. Et quan-

Finem) *Fidem*, W.

Non laxantur) *Non lassantur*, Voss. sec.

Vix in contrarium) *Vis i. c. v. deflectit*, W. Lucas.

Diuque pravitatis) Lego, *diuque pravitatis sunt rigore durata*. SCHVLT.

Sed totum pondus) *Sed quo totum*, Leid. pr. Voss. omnes, Luc. Gryph. Colin. Vidov. *Sed* deest W.

Vigore) *Et vigore q. s. p. non. redeunt permissa*, W. *Rigore quo sibi promissa*, Leid. pr. *Vigor*, Leid. sec.

In hoc tota est) *In hoc etiam tota*, W.

Accipit) *Accepit*, Voss. pr.

Obstiterat odiis) *Obstiterat. Ab odiis semel* etc. Leid. et Voss. omnes.

Qui habent) *Qui hunc in c. s. et debeant*, W. *Qui habentur*, Leid. pr.

Cui non luxuria) *Cui est luxuria non mutandi petulantia*, W.

Non de meis) *Non est de meis*, W.

De patris) *De patriis*, Voss. pr. Leid. pr.

Non desinit) *Non meminit*, W. et mox, *ut de se oderit*.

Vnus exitus) *Vnus cuius exitus*, Voss. pr.

Vt se oderit) Ex Terentio repetitum, Hecyr. IV, 1: *Pol iam aderit, se quoque etiam ut oderit*; et simile illud Heaut. V, 4: *Quam ego nunc totus displiceo mihi*. BVRM.

tulum habet de toto dolore nostro ille, quo venitur ad iudicem, dies? ego quum dico, pater me odit, illud exclamo; omnes sine me sunt festi dies, omnis laetitia sine filio; non alloquitur moestum, non assidet ille languenti: gratissimus, quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, conviciatus fuerit absenti. Ego si hoc possum ferre, merui: alia sunt adversa, quae de continuatione sui patientiam parant, quae durant assiduitate, firmantque mentem. Quod te pater oderit, quotidie novum est: minus fortassis urant invicem simultates, et mutuis detestationibus invisa respirent: odium is tantum filius perferre poterit, qui et ipse oderit patrem.

XIV. Vos nunc, iudices, universos quinimmo mortales infelicissimus iuvenis interrogo, quid me facere vultis? Explicuit nos sine dubio de criminibus exitus, quod absolutus sum; tamen non hoc effecit, ne mori velim, sed ut mihi liceat et vivere: victus sum enim mehercle, victus sum, iudices, absolutionibus meis, et (quae certissima est animae laborantis infirmitas) misera felicitate defeci. Quem mihi vultum domum reverso, quem suadetis animum? non decet gaudium meum, exaspero hilaritate: non decet moeror, offendo tristitia: capto

Quisquis d. n. t. a. attulerit) Haec desunt W. *Quisque*, Leid. pr. sed tunc legendum *quisque*, *qui tristius aliud*, Gron.

Vrant) *Durant*, et mox, *respirant*, W.

Invisa) An *invisi?* an *iniuriae?* SCHVLT.

Certissima) *Tristissima*, Gron.

Defeci) *Deflecti*, W. *Quae feci*, Voss. sec.; Schult. malebat, *Miser felicitate defeci.*

Non decet gaudium meum, exaspero) Scribe: *Non decet gaudium me*, *exaspero hilaritate.* GRON. Numquid, *non decet gaudium me*, *nam exaspero h.* facile enim *n*, quo modo veteres scribebant *nam*, voci *me* adiunctum, fuit, quod imperitus descriptor et lector pro *um* cepit. ALMEL. Sed sequentia non admittunt *nam*; *me* recepit Obr.

Non deest maeror) Desunt W. Leid. et Voss. omnibus et Lucae.

Offendo) *Offerendo*, W.

sermonem, invisus sum, tanquam arroganter insultem: doloris causa dicor, si propius adspiciar: videor, si recedo, contemnere. Quousque vincemus? nesciunt prorsus abdicationibus mederi, qui non statim cedunt, qui conscientiae suae rigore nituntur: non vincitur pater, non sum absolutus; quum domum veni, nemo me diligit, nemo reveretur: iam ad nos de penatibus illis non pertinent, nisi secreta, nisi latebrae: non exuo, non depono sordes; et mihi quotidie senex, tanquam accusaturus, occurrit. Attendo quid faciam, quid loquar, qualis adspiciar, et, quod malignissimum est sollicitudinis genus, me ipse custodio. Satiasti me, vita, satiasti: et quum felicibus quoque veniat ex nimia prosperitatis continuatione fastidium, quod taedium paras lassitudine miserorum? consumpta est in lacrymis, in precibus aetas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam gravia promittit integritas? abdicari debet, quem nocentem pater odit; mori, quem innocentem.

XV. Sed ut credamus, inquit, voluisse te mori, cur potissimum veneno? possis quidem, pater, hanc de omni supremorum genere litem facere morientibus: et quia rerum natura varias fatorum vias indulsit animae, in nullo non exitu simili ratione reprehendas quidquid ele-

Sermonem) *Sermone*, Leid. pr.
Aspiciar) *Aspiciam*, Leid. pr. Colb.
Propius) *Propior*, W.
Nesciunt) *Nescimus*, W.
De penatibus illis) *De p. illius*, Voss. pr.
Latebrae) *Latebit*, W.
Non exuo) *Non exuno*, Voss. sec. an pro *eximo?*
Me ipse) *Me ipso*, Voss. sec.
Satiasti) *Sanasti m. v. saniasti*, W.
Lassitudine miserorum) Forte, *miseriarum*. GRON. Et ita Schultingius.
Paras) Forte *paris*, qualis diversitas in decl. 11 notata. SCHVLT.
Sed ut credamus) *Vt* deest W.
De omni) *De omnis*, Leid. pr.
Fatorum) *Factorum*, Voss. sec. *Fatorum viae*, sunt diversa mortium genera, ut Seneca etiam vocat Ep. 91; sed de illis latius agemus ad Val. Fl. I, 502. BVRM.
Reprehendas) *Deprehendas*, W. Leid. pr. Voss. sec.

ctum est. Sic super strictum nudatumque mucronem proclamares, cur non veneno? sed nihil est delicatius exitu, quem non supplicia, non metus, sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas: mihi tamen praecipue cum hoc mortis instrumento propria concordia est: non spargit cruorem, non trucem cadaveris relinquit adspectum: placida est, quieta est. Ingratissime senex, ego et hoc moriendo prospexeram, ne me occidisse alius videretur. Te nunc apprehendo, te interrogo, pater: ita parricida sum ego, qui venenum affero in domum tuam imparatum, rude, terendum, cui tam multa restant, antequam dari possit? ita parricida sum, qui iuxta te quaero secretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quam simpliciter, tam facile respondi? secedo in medios penates, nullos ab introitu praepono custodes, non evito transitus, non excludo venturos. Rogo, utrum haec omnia sunt occidere volentis, an mori? venenum, quod tibi pararetur, invenisses absconsum, reconditum, multum circa illud palloris attoniti, concisa verba, trepida suspiria, et me

Electum est) *Delectum est*, Leid. sec.

Proclamares) *Proclames*, Leid. pr.

Sed nihil etc. infirmitas) Haec omnia desunt W. Voss. pr. at Leid. pr. in margine habebat; qui et *exitum* habebat.

Non trucem) *Nec trucem*, W. Leid. et Voss. omn.

Placida est) Haec quo referri debeant, non video, nisi ad *mors*. Sch.

Occidisse) *Occidisset*, Leid. pr.

Te interrogo) *Te nunc interrogo*, W. *Te non apprehendo, te interrogo*, Leid. pr. *Te non apprehendam, te int.* Voss. sec.

Quam simpliciter, *Tam simpl.* W. Almelovenius malebat transponere, *tam simpliciter, quam facile*, et ita videtur Ascensius voluisse, ego, *quam simpliciter, quam facile*; cum Francio malim. Nisi quis vulgatae vellet patrocinari ex illis Senec. in Thyest. 207: *Facta domini cogitur populus sui, quam ferre tam laudare*, quae tamen etiam transponunt Viri docti; vid. et Cl. Schult. ad Sen. I Suasor., p. 15. Burm.

Secedo) *Si vedo*, Leid. pr.

Omnia sunt) *Omnia sint*, W. Leidens. pr.

Pararetur) *Paretur*, W.

Circa illud) *Vita illud*, W.

Attoniti) *Attoniti*, W.

negantem: parricida deprehensus effudisset venenum, ne fateretur.

XVI. Cur ergo, inquit, si tibi paraveras, non bibisti? breviter, pater, et secundum naturam conditionis humanae respondeo, nihil aliud esse in potestate miserorum, quam ut mori velint. Ego quum dico, mori volo, non hoc dico, moriturus sum: de animo meo respondeo, non promitto de fato. Miraris, quod quamvis iam teneam venenum, multum tamen adhuc casibus incertisque superest: accepere perfossis plerique visceribus vitam tamen ab ipsa desperatione redeuntem? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta mollis iactus explicuit: tam consentaneum est, ne moriatur, qui velit, quam quod morimur inviti: sed malo, sicut coepi, simplici tecum ratione consistere. Nihil aeque, pater, impetu constat, quam mori velle: nec quidquam res humanae impatientius habent pereuntis affectu: hunc si retinere velles, sufficit ut morereris: et rationem

Cur ergo) *Cur ego*, Leid. pr. Voss. prim.

Inquit) *Inquis*, W.

Meo respondeo) Forte, *spondeo*, et *de facto*. Bvrm.

Superest: accipere? perfossis plerumque) Scribe: *multum tamen adhuc casibus incertisque superest? Accepere perfossis plerique visceribus vitam tamen ab ipsa desperatione redeuntem*; nempe dum passi sunt se curari. Gronov. *Superest accipere videmus perfossis*, Leid. pr.; sed *videmus* est in margine. Obrechtus recepit Gronovii emendationem, quam et nos probamus.

Ipsius corporis ruina) An, *ipsius arboris ruina*. Vt Liv. lib. I: *Infelici arbori suspende*. Schvlt. Sed *corporis ruina* de pondere, quod efficit, ut rupto laqueo, corpus cadat in terram, potest capi.

Decepit) *Decipit*, W.

Molis) *Mollis*, Voss. sec. Gron. Quod verum puto: *abrupta* enim absolute ponuntur.

Quam quod) *Quod* deest W. in Leidensi pr. deerant, *qui velit, quam quod morimur*.

Consistere) Vid. ad decl. 6, 9.

Retinere velles) Immo *velis*. Gron. Ita MS. Gronov. et Obr. *Si retinere nolles*, Gryph. Colin. Vidov. et ita Badius.

Sufficit ut morereris) *Suffecit*, Col. Vidov. *Vti moreris*, Leid. pr. *Vt moreris*, Voss. secund. Quod probat

quoque homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem: frangit animum quisquis intervenit; abducit, avocat quisquis alloquitur: ambiunt cuncta moriendi spatia pro vita: ideo nos mehercle crediderim eiusmodi exitum eligere secretum. Minimum est, quod confundat hominem infirmitate morientem, et exiguis causis opus est, ut displiceat obitus, quem misero suasit integritas. Quid si interveniat aliquis, qui gaudeat? qui vindicari se putet? si testes adhibeat oculos, quibus invidendum sit? statim mehercle arrogans vita simulabitur, statim contumax dolor cum deprehensa morte dissentiet.

XVII. Nescis quantum mihi haesitationis paraveris, quum interrogas, dum respondere cogis: sed quem et reddere, iterum litigare, defendi. Me vero tunc pariter

Schult. ut sit a *moror*, sed tunc *nolles* praestaret, vel *nolis*.

Si quis abstulerit) *Et si quis abst.*, Voss. sec.

Intervenit; abducit) Desunt Leid. prim.

Ambiuntur cuncta moriendi spatia pro vita) Malim, *ambiunt*. Quidquid interponitur morae, praebet aliquid, quod suadeat vivere. GRON. Mallem, *blandiuntur*. SCHVLT.

Eiusmodi exitum) *Huius spatium*, W. Credo scripsisse, *crediderim in eiusmodo exitum eligere secretum*. Vltima syllaba τοῦ *crediderim* abstulit *in*. *Secretum*, Suetonio et Phaedro, et in his declamationibus, usitata vox de loco ab omni arbitro libero. BVRM.

Minimum est) Hoc in Ephesia matrona notavit elegantissimus Arbiter cap. 111: *Nemo invitus audit, quum cogitur, aut cibum sumere, aut vivere*. BVRM.

Vindicare) *Vindicari*, W. Leid. et Voss. omnes, Gryph. Colin. Vidov. Obr.

Arrogans vita) Malim *arrogantius*. SCHVLT. Forte, *arrogantia victa simulabitur*.

Cum deprehensa) *Cum comprehensa*, W.

Paraveris) *Putaveris*, Gryph.

Quum interrogas) Lege, *dum interrogas, dum respondere cogis, et quum viderer iterum litigare defendi*; vel, *sic ut viderer*. An, *dum vero respondere cogis, nec vis quidquam credere, iterum litigans, defendenti; me vero*; *vero* non ineleganter repetitum. SCH. *Quum interroges, d. r. c. sed is quem et reddere*, W. Leid. sec. *Sed his*, Leid. pr. sed subducta erant punctis. *Quum interroges v. r. c. sed his*, Voss. sec. *Sed is quoniam et*, Lucas. *Item litigare*, Leid. pr. *Quum interrogas, dum r. c. sed quem et redire in forum litigare, defendi*, Obr. locus corruptus et obscurus.

omnes tenuistis affectus, indignatio, pietas, reverentia, dolor: ego propter patrem mori possum, coram patre non possum: adiice nunc quod et dixisti, bibe. Si mehercle saucium palpitantemque iussisses adigere ferrum, premerem clausis vulneribus animam: si stringere aptatos ad colla nexus, conarer abrupto desilire laqueo: si non iniiceres manum ad praecipitia properanti, flecterem in plana cursum. Merito prorsus, anima, secretum solitudinemque captaveras: intervenit pater, actum est, perit ille susceptae mortis ardor, et utroque nos resolvit affectu: mori non debeo, si vetuerit, non potero, si iusserit. Bibe, inquit: nondum quidem potioni virus aptatum est: sed me ideo deprehendisti, quia adhuc terebatur: multa tamen mihi, pater, ante facienda sunt: volo prius convocare servulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. Bibe: mihi vero tunc adiecisse visus es; teneris, haeres; eamus ad iudicem. Bibe; sed hoc iubes, tanquam negem venenum. Interrogare vos velut in illa secreti nostri praesentia libet, quem mihi post hanc vocem animum datis? dicit hoc accusator, dicit hoc victus, dicit secreto, dicit sic, ut possit negare, si bibero. Bibe: ego quidem volo, et hoc quum maxime paro, sed totum

Tenuistis) *Remuistis*, Leid. pr.

Propter patrem) *Per patrem*, Leid. prim.

Palpitantemque) *Palpitantem*, Leidens. pr. *Palpitantem iussisse*, Voss. prim.

Iniiceres) *Iniicis*, W.

Si stringere) *Si stringerem*, Leid. pr. *Stringerem* omisso *si*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Flecterem) *Flectentem*, W.

Merito prorsus, anima, secretum) Lege: *Merito prorsus, anime secretum*. GROS. *Anime*, Obrecht.

Solitudinemque) *Sollicitudinemque*, W.

Vtroque affectu) Quod nec vivere, nec mori velim, vid. initio declam. SCHVLT.

Complorare) *Et plorare*, W.

Sed hoc iubes) *Sic hoc*, Leid. sec. Voss. sec. *Si hoc*, Voss. pr. *Si hoc neges*, W.

In illa) *In nulla*, Leid. pr.

Datis) Francius malebat, *detis*.

Dicit hoc accusator) Haec omisit Obrecht.

Quam maxime) Lege iterum quum

hunc animum, senex, tua aviditate mutasti. Bibe: quid restat aliud, quam ut recusantis ora diducas? ut infundas per opposítas manus? mihi vero tunc excidit quid velim, quid pararim.

XVIII. Vidi truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore suffusos: iuberi mihi videbar, ut biberem tuum venenum. Nescisti, pater, pertinaciam meam servare, nescisti: filium propter te mori volentem deprehendisti. Vis occidere? veta: invade poculum, ne hauriam, bibam: exclama, temerarie, quid facis? iam desino irasci, iam revertor in gratiam: properabo, ut hoc secum aures ferant, ut impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes, quod me retorsisti, quod ablata sunt sacramenta pereundi: innocenti facilius est mori, si rogetur ut vivat. Fidem deorum, in quam me contumaciam, pater, in quem tunc impulisti contentionis ardorem, quum diceres, bibe! nec vivere mihi libuit, nec mori: ereptus sum miser animo meo, et improvisa vo-

Voss. pr. sec. Leid. sec. *quum maxime*, quod et fuit in Leid. pr. sed mala manu mutatum in *quam*.

Quid restat aliud) *Quid restat quam*, Voss. sec.

Quid pararim) *Quid pararem*, W. Leid. et Voss. omn.

Vero tunc) *Tunc* deest Voss. sec.

Iuberi m. videbar) *I. m. videbatur*, Leid. pr. *Videbat*, W.

Nescisti, pater) *Praecepisti pater pertinaciam m. servare, nescisti*, Gron.

Meam) Deest Leid. pr.

Temerarie) *Te mirari*, Leid. sec. *Exclama temerari*, Voss. sec.

Quid facis) *Quid facio*, W.

Quod in me retorsisti) Alii, *quod me torsisti*. Scribendum: *quod me retorsisti*, GRONOV. *Quod me retorsisti*, Leid. et Voss. omnes, et Lucas; et recte: *retorquere* enim in his declamationibus poni pro *retrahere*, vidimus ad decl. 8, 8.

Ablata sacramenta) An *sacramenta* eo sensu, quo saepius Florus utitur: sed an hoc latinum, *auferre sacramenta pereundi*? Latinum sit, *ablata fuit* (vel *tunc*) *sacra mens pereundi*. *Auferri consiliis* alicuius, et *fatum et mens mala abstulit*, Flor. II, 6. Mens pereundi est propositio. Dubitem an aeque latinum sit, *ablatus sum sacra a mente pereundi*. SCHVLT. Ego *sacramenta*, ut primum explicabat, recte dici puto pro necessitate. Tuo interventu, tuo iussu ut biberem, abstulisti mihi necessitatem pereundi, et mutata voluntate impulisti in contumaciam, ne parerem tibi dicenti, bibe. BVRM.

ce percussus, steti sine affectu, sine negatione attonitus, amens, et me paene aliter occidi. Nihil est profectu improvisorum dolore torrentius, et fractae malorum contentione mentes ad inexspectata caligant; non querelas post hoc invenio, non verba, non lacrymas: ad nullius rei conatum sufficit mori alterius animo, et suo veneno.

XIX. Licet igitur nova me reatus mole convenias, non poenitet tamen illum fixisse, non poenitet, illum spiritum rigoremque pereundi: tanquam parricida moriebar. Pater, qui queritur quod non bibi, iam nunc diceret, deprehensus erat, negare non poterat: essem nunc ter abdicatus, et me contenderet ad iudices meos redire non ausum. Bene quod sic effudi, tanquam rursus vita placuisset: venenum, quod videretur deprehensum, nemo ideo bibisse crederetur, quia sibi paraverat. Dic nunc, non fui passurus, si bibere voluisses: deinde hoc sic probas, ut me hodieque coneris occidere. Non eras passurus: quando, per fidem, iniicis manus? po-

Perculsus) *Percussus*, Leidens. et Voss. omnes, solemni permutatione; sed ego *percussus* praefero; vide ad Petron. 111, ita et mox declam. 18, 9. BVRM.

Negatione) *Negotiatione*, Leid. et Voss. omnes.

Torrentius) *Dolor et horrentius*, Voss. sec. *Dolore horrentius*, Gron. sed recte Schult. explicat torrentius, concitatius, ut solent esse torrentes, et eo affert illud Flor. 1 ult. *Fretum adolescentiae.*

Animo, et suo) Francius delebat *et.*

Non poenitet tamen illum finxisse) Alii *vixisse.* Sed potius: *non poenitet tamen illum flexisse, non poenitet illum spiritum rigoremque pereundi.* GRON. Quid si *stitisse.* SCHVLT. In Gronoviano erat, *non poenitet tamen dixisse, nec poenitet illum spiritum rigoremque pereundi assumpsisse; tanquam finxisse*, sine *illum*, Leid. et Voss. omnes, et Lucas; non dubito veram lectionem esse *vixisse*, et desiderari alterum verbum, ut *rigoremque abiecisse, flexisse*, vel simile; nam *assumpsisse* hic nihil facit; sed et distinctione Obrechti, quam sequuti sumus, satisfieri potest sensui, ut *fixisse rigorem*, sit decrevisse.

Crederetur) *Crederet*, Leid. pr.

Si bibere) *Sed bibere*, W.

Hodieque) *Hodie quoque*, W. Gryph. Colin. Vidov. nihil muta, nec move; vid. Gronov. ad Liv. I, 26, et IV, 27, ubi similiter errabatur, ut etiam saepius apud Velleium Paterculum, et mox hic iterum.

Quando etc. passurus) Deerant

tuit eadem, potuit peragi brevitate, qua iusseras. Non eras passurus: deinde non timuisti, ne mihi animum pereundi vel hoc faceret, quod putabam me iuberi: facinus est, si morior, ut postea quaeratur, an volueris occidere? Tu licet invidiam vocis illius alterius mentis simulatione defendas, occisuri tamen fuit ipsum experimentum: nec interest rigoris, quaedam patiaris, an tentes: nunquam movebit patrem filius hoc, quod moritur, quem non movit hoc, quod paratus est mori. Quid nunc faciam, iudices, pertinacissimo rigori? in quod me componam patientiae genus? videtis hominem, quem nullus animi mei status mutat, quem constantia nostra, quem offendit infirmitas: vivere volo; proturbat, expellit: mori conor; interpellat, exagitat: iam fortassis aliquid, si nobis hodieque clementia vestra succurrerit, paravit, invenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? de filio absoluto fecit, ut mori mallet, de moriente, ut viveret.

XX. Vos vero, sanctissimi viri, quo iam ambitu, quibus possem convenire precibus? Ille vester infelix, ille vester absolutus, flere vetitus est: non habet gratiam suam toties genua complecti, et ad fatigatam misericordiam novi discriminis pondus attulimus. O mors semper imparata miseris, negata cupientibus, quando

W. Colb. Cl. Schult. legebat, *quare non per fidem, iniicis manum?*

Eadem) Id est simul. Vid. supr. ad h. decl. cap. 4.

Mentis) *Menti*, Leid. sec.

Tamen fuit) *Tamen fiat*, W.

Patiaris) *Potiaris*, Voss. pr.

Filius hoc, quod) De usu τοῦ *hoc* vid. supr. ad decl. 13, 2.

Constantia nostra) *Conscientia*, W. Leid. 1, Voss. pr.

Vivere volo; perturbat, expellit) Lege: *Vivere volo? proturbat, expellit.* Supra: *Tu unicum quotidie proturbare conaris e domo.* Gronov. *Vivere nolo*, Gryph. *Proturbat*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Obr.

Hodieque) *Hodie quoque*, Gryph. Colin. Vidov.

Quo iam ambitu) *Quod i. am.* Leid. pr. *Toties quo iam ambitu*, Lucas.

Possem) *Possim*, Leid. pr.

Vetitus est) *Veritus est*, W.

Suam toties) *Toties* deest Lucae.

succurres? me infelicem! perdidi venenum: sed quatenus aliquid, pater, exspectationi tuae repromisi, nolo desperes: fruere quinimmo ante suprema, ante exitum meum, hac voce, vicisti. Nescio quidem quod rursus eligam obitus genus; an placeat reparare virus infelix: sed praedico, testor, quaecumque sederit traditio leti; miserere, ne iubeas; miserere, ne cogas: facilius me occiderent gemitus tui, lacrymae tuae: et ne mihi putes illam secreti nostri excidisse vocem, venenum quidem te iubente bibere non potui, quandoque tamen hoc occidet, quod bibere iussisti.

Traditio leti) Haud dubie *conditio*. GRONOV. Lege, *ratio*. SCHVLT. *Conditio*, Obr.

Me occiderent) *Ne*, W.

Putes) *Putetis*, W. Leid. Voss. omn. Colb.

Secreti nostri) *Secreti vestri*, Leid. sec.

Non potui) *Non potuit*, Lucas.

Tamen hoc) *Hoc*, deest W.

DECLAMATIO XVIII.

INFAMIS IN MATREM.

ARGVMENTVM.

Malae tractationis sit actio. Speciosum filium, infamem, tanquam incestum cum matre committeret, pater in secreta parte domus torsit, et occidit in tormentis. Interrogat illum mater, quid ex filio compererit. Nolentem dicere, malae tractationis accusat.

PRO MVLIERE CONTRA MARITVM.

CAP. I. Etsi, iudices, callidissimus parricida facinus suum sic ordinavit, ut vobis matrem faceret invisam, sive dissimularet misera mortem filii sui, sive quereretur, tantaque monstrorum novitate circumdatam eo perduxit, ut sibi videatur infamaturus iterum vel patientiam nostram, vel dolorem; matri tamen, in cuius calamitatibus ne minimum sibi vindicat orbitas locum, ideo ad vos fugiendum fuit, ut sciretis non illi praestari, quod tacet maritus. Laudo, iudices, laudo miseram, quod interrogare noluit domi, quod nihil fecit et ipsa secreto. Hic coram civitate, coram liberis ac parenti-

Sit actio) *Fit actio*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr.

Callidissimus) *Calidissimus*, Gryphian.

Sic ordinavit) Senec. Thyest. 715, et *saevum scelus iuvat ordinare*. SCHVLTING. Sic declam. 2: *Ordinare dilationem.*

Tantaque) *Tanta monstrorum n. s. eam eo perd.* W. *Circumdatum meo*, Voss. sec.

In cuius) *In* deest W. Leid. Voss. om. Colb. Lucae.

Ne minimum) Dele τὸ *ne*. GRON. Schultingius quoque delet *ne*, vel eo mutato in *de*, et retracto legit, *de cuius calamitatibus minimum. Non minimum*, Leid. pr. Lucas etiam bene.

Vindicat) Abest Leid. sec.

Noluit) *Voluit*, W. Leid. pr.

Nihil fecit) *Nihil feci*, Leid. pr.

Et ipsa) *Et ipse*, Voss. sec.

bus, et (licet dissimulare parricida videatur) coram rumore mater inquirit, quid tormentis unici quaesierit, quid morte compererit. Respondeat, saltem reus, fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiae fronte substitit: nec uxori potest videri parcere, de qua scire voluit an esset incesta: nec filio, quem tanquam sciret, occidit. Ante omnia igitur, iudices, mulier infelicissimi pudoris hoc ab affectibus publicis petit, ne vobis accusare videatur: ream se incesti, ream parricidii putat: exhibet populo conscientiam suam, et adversus quemcumque sermonem, quodcumque secretum, marito famaeque praestat interrogandi potestatem: vellet innocentiam suis probare visceribus, vellet in equuleos, in ignes hanc miseram praecipitare pietatem.

II. Ignoscite, iudices, impatientiae, quae contra callidissimam dissimulationem libertate doloris exaestuat: incestum probaretur silentio patris, si taceret et mater. Equidem, iudices, tam contrarios affectus senis satis admirari, satis stupere non possum: in rumore tam suspicax, post tormenta patiens, modo ad fabulas vulgaresque sermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoque dolore conticuit. Quo repente conversus est? in quam modestiam desperationemque defecit? torsit tanquam dicturum: tacet tanquam dixerit. Fidem igitur vestram, iudices, ne cui praestet magnae severitatis auctoritatem, non posse defendi:

Cur in peracta) *Cum impetrata*, W. Schult. *iam peracta* volebat.

Fronte substitit) An *substiterit*. Scilicet non progressus ulterius ad arguendum uxorem. *Modestiae frons* est praetextus, species, ut bis terve declam. 17. SCHVLT.

Affectibus) *Effectibus*, Voss. pr.

Equidem) *Et quidem*, Leid. sec.

Satis admirari) Non habet Leid. pr.

Reatus etc. *conversus est*) Desunt Leid. sec.

Tanquam dicturum) *Tanquam docturum*, Voss. sec.

Non posse defendi) *Non possum defendi*, Voss. sec.

neve ideo suspicari nefanda malitia, quia se silentio parricida miratur : parcere nunc illum cuiquam tacendo creditis? loqui se quum maxime putat : et si bene artes et profundae mentis consilia perspicio, respondere sibi videtur, plusquam mater interrogat. Fallitur, quisquis hunc esse credit inexplicabilis doloris aestum, et inter silentii confessionisque causas miserum pudorem. Alium exitum non habet, quam ut respondere nolle videatur, quisquis filium occidit, et probare non potest propter quod debuerit occidi.

III. Coniungat quantum volet nocentissimus senex cum rumore populi silentium suum, et relatura ordinem tristissimae sortis collata malignitate cludat ora, compescat aditus : securi tamen estote, mortales, fas est, fas est innocentissimae matri velut in templis, velut apud ipsos proclamare superos, Amavi filium meum matrona, iudices, cuius puellares annos, primam rudemque coniugii mentem nulla libidinum respersit in-

Malitis) *Malis*, W. *Nefandum alius*, Leid. sec. Voss. pr. sec. *Nefandam putetis alius*, Leid. pr.

Se silentio) *Silentio*, non habet Gryph.

Miratur) Lege, *tutatur*. SCHVLT.

Loqui se tum maxime putat) Scribe, *quum maxime*. Vt et infra: *irrumpere me quum maxime puta in illud tuum, parricida, secretum*. GRONOV. Vide de his particulis *quum maxime*. I. Zinzerl. promuls. Crit. c. 22. ALMEL. *Quum maxime*, scripti hic omnes, et ita supra iam restituimus aliquoties.

Plusquam) An non *prius quam?*

Hunc esse) *Hoc*, W. Ita et supra saepius, vid. decl. 5, 6.

Silentii) *Silentium*, Leid. pr.

Debuerit) *Meruit*, W. *Erubuerit*, Voss. pr. sec.

Collata malignitate cludat ora) Lege: *callida malignitate*. Sic infra: *si non est callida non est maligna simulatio*. Et, *damnato supra callidissimum silentium parricida*. GRON. Cl. Schultingius explicat, collatis malignitatis viribus et artibus; ita Plin. Ep. VII, 17. *Quia in numero ipso est quoddam magnum collatumque consilium*, et hoc exigit praecedens verbum *coniungat*.

Aditus) *Auditus*, Leid. pr. W. *Abiectus*, Voss. sec. Vnde *affectus* Schultingius. *Raditus*, Gron.

Securi) *Secum*, W.

Fas est) Desunt Leid. pr.

Respersit) *Respexit*, Leid. pr.

famia, cui impudens rumor, suspicax maritus nihil unquam potuit obiicere, nisi filium: quae pudicitiae prima fiducia est, edidit partum, quem maritus agnosceret; non timuit ne stupra furtivosque concubitus, parvuli vultus, aut crescentis infantiae similitudo detegeret. Natum de te continuo, si quid ipsi creditis, impatientius complexa, quam reliquae parentes, non in nutrices, nec in ministeria seposuit: suis aluit uberibus, suo fovit amplexu: numquid et hos annos parricida, numquid et pueritiam miseri iuvenis infamas? actum est de sacrorum nominum fide, si, ut videatur innocens mater, aetas tantum filii facit. Accendebat hanc erga unicum optimae matris impatientiam rigidus pater, asper maritus: et sibi videbatur parum implere, quem pro duobus conferebat affectum: rarus hic namque ad oscula, difficilis amplexibus; et qui unicum adspiceret animo, quo, quandoque posset occidere, fecit ut notabilior esset caritas matris: omnis igitur miserae sermo cum filio, omnis in publicum pariter egressus: gaudebat etiam quod laudandus occursibus, quod omni frequentia coetuque conspicuus, populo iam ipse fateretur, quod plus amaretur a matre.

IV. Misereminі, iudices, ne nefandas suspiciones ma-

Suspicaxque) *Suspicansque*, W. *Suspicax*, Voss. sec. Obr.

Quae pudicitiae) Malim, *quae (pudicitiae haec prima fiducia) edidit.*

Infantiae) *Infamiae*, Voss. sec.

Detegeret) *Detergeret*, Leid. sec.

De se) *De te*, Leid. et Voss. omnes: rectius, sic enim decet pudicam ut adulterii suspicionem discuteret, natum ex marito dicere.

Reliquae) *Reliqui*, Leid. pr. Voss. omnes. Nihil mulo, quia sequitur, *alui uberibus*: sic *parentem* de matre dixit Cicer. VI ad famil. ult. Burm.

Nec in ministeria) *Ne in m.*, Leid. sec.

Suo fovit) *Sui fovit*, Leid. pr.

Nominum) *Numerum*, Voss. pr.

Erga unicum) *Aegra u.*, Leid. sec.

Impatientiam) *Patientiam*, W. *Impatientia*, Leid. sec.

Quod laud.) *Quo l.* Leid. pr.

Laudandus occursibus) An *laudatus?* ut decl. 19: *Laudatos vultus.* Schult. *Quo gaudendus*, Colb.

Ne nefandas) *Ne* deest Voss. sec.

ritum ex ullius traxisse credatis indiciis: suum rigorem, suum tantum sequutus est animum: filium si non ames, videatur tibi mater adamasse? Questurum nunc me, iudices, putatis de licentia sermonis humani? ego vero iuxta hunc patrem, non accuso rumorem. Quae materia fabulae tam impudentis? quis fuerit auctor, iste probavit, qui credidit: facillimum fuit, ut loqueretur populus de incesto, de quo mirabatur patrem suspicari: haec sunt, iudices, quae mater fecit secure, simpliciter, palam, coram marito, coram civitate. Referat nunc suum iste secretum: iuvenem, quae integritatis prima simplicitas est, nihil timentem, in partem domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit: ibi verberibus, ignibus, omni crudelitatis arte consumpsit. Quis unquam, iudices, peius de innocentia temporum, de sacris meruit affectibus? torsit filium, ut probaretur incestum; occidit, ut crederetur. Ponite nunc ante oculos, iudices, duorum parentum confessionem: mater exclamat, filium amavi: pater dicit, occidi: nefas est utrumque putetis innocentem. Iam quidem, nocentissime senex, grande deprehensae feritatis indicium est, quod quum filium occideris, ut interrogeris, exspectas: non erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicum? et homo filii cruore perfusus, non

Ex ullius iudiciis) *Ex illius tr. c. iudiciis*, Leid. pr. sec. Voss. pr. *Vllius indiciis*, Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov. quam veram lectionem puto.

Questurum) *Quaesiturum*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Quis fuerit auctor) *Qui f.* Leid. sec. Voss. pr. (qui et *actor*) sec. *Impudentis* (*de quo mirabatur*) *qui f. a.* Victor.

Qui credidit) *Quid credidit*, Leid. pr. a m. s.

Integritatis) *Integritas*, Leid. pr.

Prima) Deest W.

Qua nulla) *Quia nulla*, W.

De sacris) *Peius de sacris*, W.

Incestum) *Incestus*, Leid. pr.

Oculos, iudices) *Iudices* deest Leid. pr.

Vtrumque) *Vt utrumque*, W. Francius volebat, *utrumne*.

Non erumpis) *Nunc erumpis*, Voss. pr.

proclamas? non deos hominesque testaris? non occidis et matrem? scilicet modestia te scelerum tuorum quam maxime decet; et ideo tibi relinquis, unde sis quietae patientiae.

V. Miser parcis uxori, coniugales deos, et lectuli iura revereris: o quam non habet, nec quod mentiatur! Malae tractationis agimus: placet ergo, iudices, ut illa voce, qua matrimoniorum conquerimur iniurias, gemitu, quo corporum contumelias, damna, cultus, et negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorum suprema plangantur? quid tamen facere vultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem, si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? mater, quae de morte filii maritum malae tractationis accusat, non vindicat, sed probare contenta est, quod non debuerit occidi. Omittamus paulisper, iudices, orbitatis tristissimae dolorem, et in parricidio malae tractationis reddamus aliunde causas! ita non iuste quereretur uxor, si diceret: adulterium de me facile suspicatus es, cito credidisti? matronalis pudor tutelam non ex sua tantum innocentia habet; infirmitas huius sexus non potest totam improbitatis existimationem debere tantum moribus suis: omnis in feminas venit maritorum praedicatione reverentia; omnes sermones originem de vestris pectoribus accipiunt: tri-

Occidis et) *Occidisset*, Voss. sec.

Modestia te) *Modestia et*, W.

Quam maxime) *Quum maxime*, Voss. sec. Vide paulo ante, et alibi. *Quamquam m.*, Gron.

Tibi relinquis) Lege, *tibi relinquendus*, vel *relinquitis*. SCHVLT.

Sis quietae) *Sois quietae*, Gron.

Nec quod mentiatur) *Nec quid m.*, Lucas.

Plangantur) *Praeclangantur*, W.

Legem) Notabiliter: fuit ergo lex, ne aliter matronae, quam ad summum malae tractationis agerent; etsi quid gravius esset, quod queri vellent: vide decl. 8 et in. SCHVLT.

Si diceret) *Si diceretur*, Leid. sec.

Totam) *Tantam*, Leid. pr. Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov.

Improbitatis) Immo *probitatis*. GRONOV. Ita W. Leid. pr. Obr. Francius etiam *aestimationem* malebat.

stior vultus, querela, fastidium, fatum est coniugii. De pudore pronuntiat, mittit in ora populi, mittit in fabulas: hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putant: nemo peiore exemplo temere de uxore credit, quam cui omnes credituri sunt. Sane faciat vos pronos ad suspiciones nimia caritas, et ex impatientia diligendi plerumque descendat, ut credas facile, quod timeas. Furtiva stupra raptosque concubitus obiiciat vel falso maritus, fas est, fieri solet, parcius tamen, si iam sit et mater, si in fidem castitatis uxoria fecunditate profecerit: Quid si sit iam iuvene quoque filio severa? iam nurum nepotesque prospiciat?

VI. Miseremini temporum, ne alienae innocentiae interpretationem de suis quisque moribus trahat: incestum posse fieri pater hoc solo vult probare, quod filium potuit occidere. Rumor, inquit, fuit: et hercules cui contra rerum naturam, contra parentes liberosque credatur. Rumor fuit: hoc ergo sic audiemus, tanquam si diceres, conscius detulit servus; nuntiavit ancilla; improvisus adstiti; dum non timeo, adveni: rogo, iudices, utrum credibilius putatis incestum de matre, an de rumore mendacium? rem impudentissimam populus loquendo fecerat, nisi pater credidisset. Pessimum, iudices, humanarum mentium malum est, quod semper avidius nefanda finguntur: nec usquam se maius operae pretium putant maligni facere sermones, quam

Fatum est) *Factum est*, Voss. sec.

Ex impatientia) *Ex* deest Leid. et Voss. omnibus.

Fas est) *Fas sit*, Lucas.

Parcius tamen) *Patri tamen*, Leid. pr.

Severa) *Secura*, Leid. pr.

Ne alienae) Francius malebat, *nec al.*

Et Hercules) *Est H.* W. Leid. sec. Voss. pr. sec. *Est hoc igitur hercules*, *cuius*, Leid. pr. Francius coniiciebat, *is hercules*.

Nefanda) *Infanda*, Gryph.

Nec usquam) Francius volebat, *nec unquam*.

Maius operae) *Magi opem*, W.

quum incredibilia quasi deprehensa narrantur. Necesse est contentiosius loquaris, quod probare non possis; et affirmationem sumit ex homine, quidquid non habet ex veritate. Est tamen hoc iniquissimum de loquacitate populi, quod plerumque famam accendit contentio non credentium: materiam miraris rumoris, de quo nemo nec sibi credit; quam qui narrat, assignat alii? Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbissima, maligna, fallax, et similis silentio tuo.

VII. Quid et ipse de rumore senseris, vis breviter probem? tormentis quaerendum putasti, an verum diceret: sane sit aliqua publici sermonis auctoritas in illis, ad quae fas est populi pervenire notitiam. Video cur adulteria proferantur in fabulas; explicantur per ministeria, per conscios; habent inconsulta gaudia: pars voluptatis videtur esse iactatio. Facinus vero, cui, si fas

Contentiosius) *Contentiosus*, Leid. sec. Voss. pr. Colb. *Necesse est ergo contentiosius*, Victor.

Affirmationem) Id est confirmationem, ut *spem affirmare*, Liv. lib. I, 1, et *affirmare* vel *refellere*, Livius et Tacitus. SCHVLT. Sic affirmare *opinionem*, Livius lib. XXXII, 35; et *errorem*, lib. X, 41. Tacit. XIV, 23: *Sequuta anceps valetudo iram Deum affirmavit*, et ita in Institutionibus saepe *affirmationem* pro asseveratione dixit Fabius; vid. lib. V, 12; et XI, 3 et alibi. BVRM.

Famam accendit contentio non) *Quod plerumque accidit, contentionem credentium fama*, W. Voss. pr. sec. Leid. sec. *Quod plerumque accidit contemptio non credentium fama.* Leid. pr. et Gron. nisi quod *contentio*. Cl. Schultingius dubitabat, an legendum esset, *et q. p. accidit, contentio non credentium famae materia, miraris rumor res est de qua etc.*

Sibi credit) *Sibi creditur*, W.

Sine indice) *Sine iudice*, Leid. pr. sec. Voss. pr.

Res ex incertis) *Res incerta*, W. Gron.

Tormentis quaerendum) *Tibimet ipse quaerendum p. a. v. dicerem*, W.

Publici sermonis) *Publica sermonis*. Obr. male, non enim sermonis, cuiuscumque est auctoritas publica, sed aliqua est publici sermonis, id est famae, rumoris. BVRM.

Ad quae fas est) *Ad quae nefas est*, Colb.

Video cur) Malim, *vide*; ita infra *adhibeo*, pro *adhibe*. SCHVLT.

Proferantur) *Proferentur*, Voss. sec.

Per conscios) *Per socios*, W.

Habent inconsulta) *Hunc inconsulta*, Leid. pr.

Esse iactatio) Vide Tacit. XI Ann., 26, et ibi Lips. SCHVLT.

est, ut illud humanae mentis capiat audacia, circumdatur undique nox profunda, densior caligo tenebrarum, quod nocentes suis quoque oculis vix fatentur, non servo, non creditur ancillae. Quid internuntiis, quid opus est ministeriis? sufficit animus duorum, explicat omne filius materque secretum: incestum tanto incredibilius est, quanto et de illo plures loquuntur. O misera conditio sexus, cuius ipsae plerumque virtutes fabulas parant! cur ista nullis in publicum gaudet egressibus? unde adversum omnes tam rigida conversatio, tam severus affectus? nihil concupiscit, nihil ergo desiderat? filius possidet cuncta tempora, universos occupavit affectus, filius matris tota iactatio est. Rogo, numquid adamavit? mihi credite, non est nefandorum ista simplicitas: da, ut sit haec inter matrem et filium conscientia, parcent osculis palam, abstinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas substringetur in publico; sermones, occursus, coram servulis libertisque vitabunt; et maximi sceleris ardor captabit affectare gravitatem.

VIII. Elige, parricida, quod voles, incestum diligens suspectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid

Capit audacia) *Capiat*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colin. Vidov. Obr. *Vt illud ad humanae mentis capiti ad audacia*, Voss. sec.

Quod nocentes) *Quid nocentes*, W.

Non creditur) *Non credit*, Voss. sec.

Quanto etc.) *Quantum* etc., W.

Ipsae plerumque) *Plerumque* deest W.

Cur ista nullis) *Cur ista in nullis*, W.

Affectus) Deest Leid. sec.

Nihil concupiscit) Videtur legendum, *nihil concupiscit? nihil ergo desiderat.* Scil. nihil illi abest, quod quaerere velit, in publicum progrediendo etc. vel lege, *nihil concupiscit ergo, nihil desiderat.* SCHVLT.

Filius possidet etc. *iactatio est*) Haec ignorant W. Leid. pr. Voss. pr.

Parcent osculis) *P. oculis*, W.

Coram servulis) *Coram servis*, Leid. pr.

Affectare caritatem) *Affectare gravitatem*, W. Leid. pr. Voss. sec. Colb. Lucas, Gryph. Colin. Vidov. quod verum putamus.

Incestum diligens) *Incestus d. suspectus non erit*, Leid. pr.

Deprehenditur) Francius volebat, *deprehendetur.*

Sed quid ego) *Sed quia ego*, W.

ego sic ago, tanquam inauditum, incredibile scelus loquutus sit populus? teneo in hoc sermone facinus unius mali mariti: non interest incestum de uxore fingat, an credat. Quid! iste ergo non timuit tam nefandae rei famam; nec ad aures patris pervenire rumor erubuit? dissimules licet, a te malignitas accepit ortum; te sequutus est, quisquis hoc ausus est narrare, proferre. Da bonum patrem, bonum maritum; dicturum me putas; non credet? nesciet esse rumorem. Ite nunc, iudices, et adhuc dubitate, quis famae fuerit auctor, cuius pater agit causam.

IX. Speciosus, inquit, fuit: non magis hoc facinus in matre est, quam crimen in filio: speciosus fuit! ut hoc obiici possit, ut debeat, adiice, et adulter, et raptor, in illa matrona maritali dolore paene percussus, in illa virgine publica succlamatus invidia; quamquam haec quoque intra notos decurrunt iuventutis excursus. Quid ais? ab incesto libidines coeperunt? hoc primum unquam iuvenis admisit? hoc solum argumentum sumis

Credat) *Credet*, Leid. sec. Voss. pr.

Quid! iste ergo) Lego, *quid? iste ergo*; vel *ita ergo n. t. t. n. r. famam?* Schvlt.

Non erubuit) *Non erubuitur*, W.

Da bonum) *Dabo bonum*, Voss. sec.

Dicturum me putas) *Dicturumne putas*, Leid. pr. Colb.

Ite nunc) *Item nunc*, W.

Quis famae fuerit auctor) *Quis fuit auctor*, W.

Obiici possit) *Obiici posset*, Leid. et Voss. omnes.

In illa matrona) *In* omittit Gryph.

Pene perculsus) *Percussus*, W. Leid. et Voss. omnes; et recte, ut modo vidimus ad declam. 17, 17. *Pene* omittit Colon. et coniiciebat, *bene* Schultingius.

Succlamatus) *Suo clamatur*, W. *Succlamatur*, Gryph. *Succlamatus* est omnium clamore exagitatus; ut decl. 19: *Omnium maledictis succlamatus; omnium denotatione damnatus est.* Bvrm.

Intra notos discurrunt) Legendum *decurrunt*; sic Flor. I, 13: *Rapidissimus procurrentis imperii cursus, Gallorum Senonum incursione supprimitur*, ut mirum non debeat videri, si hic legatur, *decurrunt intra excursus.* Schvlt. *Decurrat*, W. *Decurrant*, Leid. et Voss. omnes; sed in Voss. sec. decrant, *iuventutis excursus, quid ais, ab incesto libidines coeperunt?* mallem tamen, *iuventutis excessus.*

ex forma? dic potius, deprehendi iuvenem mihi venena miscentem; in necem meam conscientia sceleris est armatus. Infinitum est quantum debeat ante fecisse filius, ut de illo incestum pater sibi credat. Speciosus fuit! quis enim non est formosus filius matri? amant debilitates; amplectuntur illum morborum suppliciorumque pallorem; et in vires caritatis accrescit ipsa miseratio: non impedit aegrae pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget: amare liberos unus affectus est: liberi, marite, liberi non amantur oculis: non complectitur mater ore, non vultu; sed est in filio matri nescio quid homine formosius. Possit forsitan novitas sollicitare visus, expugnare mentes: in matris adspectu coalescit infantia, pueritia consurgit, iuventa subrepit, speciosum suum quotidie videt, miratur, amplectitur: quae tamdiu amavit, quando incipiet amare desinere? non est opus, nocentissime senex, ad hoc nefas caritate, sed amentia, sed furore: ut in iuvene suo mater possit concupiscere quod formosus est, oderit oportet, quod filius est: et adeo sacris affectibus non adiuvatur in facinus, ut ad illud nisi per oblivionem sui transire non possit.

X. Quid? quod et incredibilius est, quod parem duorum poscit insaniam? et ad incestum opus est, ut ada-

Deprehendi) *Reprehendi*, Gryph.

Meam conscientia) *Meam, in conscientiam sc.*, Leid. pr.

Debilitates) *Debilitatos*, W. *Debilitates filiorum*, Leid. pr.

Mater ore) *Eos moter ore* Francius volebat.

Homine formosius) *Homine* deest Voss. sec. Forte, *omni homine formosius.*

Incipiet amare desinere) *Incipiat*, Leid. et Voss. omnes. Gron. *A matre desinere*, Voss. sec.

Quod formosus est) *Quod conformosus*, Voss. pr. *Quod formosior est*, Vidov.

Vt ad illud) *Vt in aliud*, W. *Ad aliud*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb. Vidov. *Ad olium*, Leid. pr.

Oblivionem sui) *Sui* deest W.

Quid? quod etc. poscit) Desunt haec W. *Quid quod et hic* Leid. et Voss. omnes. Gron.

met et filius, non ut adametur solum: ab utro deinde vultis incipere preces, venire sermonem? audebit hoc rogare filius matrem? mater hoc impetraturam se sperabit a filio? Hunc animum tuum, senex, quo quum maxime taces, si non est callida, non maligna simulatio, de fide tanti sceleris interrogo, an potest mater admittere, quod loqui non potest pater? Speciosus fuit: libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo, ut, si filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus? si virginem usque ad notabilem speciem natura formavit, timeat oscula pater, horreatque contactum? dii deaeque male perdant tam impudentes sollicitudines, tam nefarios metus! prope est ab incesto, timere ne fiat: malo simplicitatem, quae non vereatur infamiam, malo nudos affectus, inconsultamque pietatem: nihil de se fingi, nihil credat posse narrari: teneat insatiabiliter, avide: tanti fama non est, ut amet filium mater sollicitudine pudicitiae. Me quidem, marite, si quis interroget, omnes matres liberos suos, tanquam adamaverint, amant: videbis oculos nunquam a facie vultuque deflectere, comere caput, habitumque componere, suspirare, quum recesserit, exsultare, quum venerit, conserere manus, pendere cervicibus; non osculis, non colloquiis, non praesentiae voluptate satiari. Hoc est ergo in tam nefanda suspicione saevissimum; ince-

Vt adamet) *Vt amet*, et mox, *ametur*, W.

Solum) Deest Leid. et Voss. omnibus, et Lucae.

Audebit hoc) *Audebit hic*, W.

Callida) *Calida*, Leid. pr.

Si virginem) *Sed virginem*, W.

Nihil credat) *Nihil credant*, Leid. et Voss. omnes.

Sollicitudine pudicitiae) *Si pudice*, Voss. pr. sec. id est *pudicae*, quae limuit inde labem pudoris et malam famam.

Comere caput) *Comam caput*, W. Leid. pr.

Non osculis) *Non oculis*, W. Leid. sec. Voss. pr. sec.

Voluptate) *Voluntate*, Leid. et Voss. omnes. Francius volebat, *non praesentis voluptate.*

Hoc est ergo in tam) *Hoc ergo tam*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. *Hoc est*

stum non potest fingi, nisi de optima matre. Exsecrarer mehercle, iudices, si crimen istud clarius obiecisset filio pater, si usque ad verborum processisset amentiam: nemini minus fas esse debet credere incestum, quam qui propter illud paratus est filium occidere.

XI. Quid? quod non credis tantum, nefande, sed quaeris? ita tu non times monstri huius agitare secretum? Populus loquitur incestum, sed tu nega: civitas infamat; tanto magis osculare unicum; et coniugem tene: pariter duos circa tuum stringe complexum. Proh inaudita feritas! ita patri non sufficit non credere incestum, quod non potest probare? Ferrem tamen adhuc suspiciones tuas, nefandissime senex, si dissimulanter indicia tanti sceleris agitasses: observa sermones, secreta custodi, omnium dierum noctiumque momentis sagax scrutator insiste: quid tibi cum abruptis? quid cum supremis? incestum iam credas oportet, ut torqueas. At tu, proh nefas! verberibus, ignibus, et tota crudelitatis arte scrutaris rem, de qua non deberes interrogare servos, de qna vernilium quoque corporum patientiam petulanter excuteres: laminas accendis, equuleos moves, et parricidio suspicaris incestum. Nescis quod praeceps, quod

ergo tam, Voss. sec. *Ergo* deerat Lucae.

Si usque) *Sed usque*, W.

Agitare) *Pro exagitare*, et inquirere. Vt paulo post, *agitare indicia*: et decl. seq. *Agitare secretum*. Sch.

Populus loquitur) *Idcirco*, vel, *ideo populus l.*, Victor.

Stringe) *Constringe*, W. Varie tentavit haec Schult. *et coniugem: bene pariter duos, et circum hunc suum stringe complexum*; vel pariter *duos tuo circumstringe complexu*; vel nihil muta, nisi *circa* in *circum*, ut sit pro circulo trium se amplexantium.

Prô inaudita) *Prô nefas, inaudita*, Leid. pr.

Non credere) *Non* deest W.

Indicia) *Iudicia*, W.

Sagax) Omisit Obr.

Incestum iam) *Incestum cum iam*, W.

Vt torqueas) *Vt* deest Gryph.

At tu) *An tu*, W.

Scrutaris) *Scrutari*, Voss. pr.

Vernilium) *Vennlium*, W. in Leidensi pr. turbatum erat, et *vernialium* videbatur esse.

Laminas) *Iam minas*, Leid. sec. Voss. pr. sec. Colb.

Equuleos) *Et equuleos*, W.

abruptum tam nefandae diligentiae furore commoveas? pater, qui de incesto filium torquet, non est neganti crediturus. Omnium quidem, iudices, incertorum suspiciones pessime semper a corporibus incipiunt; nec bene de cuiusquam moribus illam partem hominis interroges, quae non animo, sed dolore respondet: nondum dico quem torqueas, quis inter equuleos ignesque ponatur, cuius arguta prius indicia praecedant: novissimum debet esse, quidquid torquet et punit. Fidem hominum deorumque! ne gravitatem putetis a novissimis ultimisque coepisse: non habet probationem facinus, de quo pater non potest alium torquere, quam filium.

XII. Video qua possis ratione defendi, si omnia ante fecisti, ut incestum aliter erueres. Quid ais? interrogasti servulos; non potuit conscius inveniri: exquisisti ancillas; non apparuit ministra flagitii: non obscoena literarum commercia, non fatentis deprehendisti, nefande, blanditias; nihil invenis maritus, dominus, pater: i nunc, et dic scisse rumorem. Sed ut torqueas, ducatur tamen quaestio per coniugis ministeria, per filii servulos; in

Suspiciones) *Suspicationes*, Voss. pr.

Cuius arguta) Lego, *argumenta prius indicii praecedunt*, vel, *cuiusmodi argumenta prius et indicia praecedunt.* SCHVLT.

Quidquid torquet) *Quidquid obiecit torquetur*, Leid. pr. *Quidquid obiiceret torquetur*, W. Voss. pr. *Quidquid obiret torquetur*, Voss. sec. Grouov. *Torquetur*, etiam Leid. sec.

Si omnia) *Scilicet omnia*, Obr. Francius corrigebat, *si omnia ante fecisses.*

Non potuit) *Nec potuit*, W. Leid. et Voss. omnes.

Non apparuit) *Nec ap.*, W.

Deprehendisti) *Reprehendisti*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Nihil iuvenis maritus) Scribe: *Nihil invenis maritus, dominus, pater. I nunc et dic fuisse rumorem.* GRONOV. Ita iam ediderunt Gryph. Colin. et MSS. codices ita exhibent, et Obr. Vidoveus habet *iuvenis*, errore, ut puto librariorum, propagato vitio. *I* non habebat Lucas.

Scisse rumorem) Miror hoc mutassa summum virum. Quid? an immemorem dicemus eorum, quae olim ad Statii XI Theb., 108 notaverat?

Ducatur tamen) *Ducatur tantum*, W..

illa potius vilitate desaeviat: prius est ut repudietur uxor, ut divortio fiat in domo grande secretum: excedit omnem immanitatem, filium ideo torquere, ut scias, an innocens torqueatur. Vnicum, pater, ignibus verberibusque interrogas; rogo, quid facturus, si pernegaverit? videlicet ut laudes, deinde dimittas, ut amplectaris perusta vitalia, et laceri pectoris vulnera pietati rursus admoveas. Solus superest pudor homini, qui torsit unicum, ut torquere debuerit: faciat te necesse est res ista pessimum patrem, et oderis oportet filium, cui satisfacere non possis. Iamiam malo venena, ferrum, subitos ictus, improvisamque mortem: incestum qui non credit, torquere non debet; qui credit, statim debet occidere. Quod si tormenta etiam filii placent, si praestanda est satisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quaestionem: in media civitate, in ipsa constitue fama, advoca illos malignos, illos loquaces; et seculi rem exquire audiente populo: coram omnibus torqueri debet, de quo loquuntur omnes: interroget quisque quod volet, suis auribus, suis credat oculis. Cur in abditam semotamque partem iuvenis abducitur? secretum quaestionis nec incesto filio debetur, nec innocenti. Dabo adhuc inter secretum publicationemque temperamentum: advoca propinquos; adhibe amicos; circumpone iuveni serios senes; intersint magistratus; assi-

In illa potius) Francius volebat, *in illam potius vilitatem*; sed vide ad decl. XV, 6.

Vtilitate) *Vilitate*. Scripti omnes, et optimae editiones.

Scias) *Sciat*, Gryph.

Innocens) *An nocens*, Leid. pr. Voss. pr.

Deinde dimittas) *Deinde admittas*, Leid. pr.

Laceri pectoris) *Lateri corporis v. pietatis*, W. Mallem, *vulnera pietati rursus refoveas.*

Vt torquere) *Vt* deest Leid. pr.

Etiam filii) *Et filii*, W.

Nefandi rumoris) *Nefandi oris*, Voss. pr. Leid. pr. Francius volebat, *nefando rumori.*

Seculi rem) *Sceleris rem*, W.

Quisque) *Quisquis*, Leid. pr.

Suis auribus) Omisit Gryph.

Serios) Francius malebat, *severos:*

stant, quibus habere possit civitas fidem: praestare debes aut tibi, ut probare possis, si confessus fuerit, aut filio, si pernegaverit.

XIII. At tu, nefande, crudelis, tollis quaestionis alteram partem, efficis, ne possit amplius innocens esse, qui tortus est. Quid agunt contra populum tormenta secreta? praedico, testor, iterum dantur malignis alimenta sermonibus; et a quaestione seposita, in maius redditur incertum: coram omnibus torquere debet filium pater, et qui vult absolvere, et qui est paratus occidere. Non vultis, iudices, ad facinus indignissimae quaestionis accedat, et quod ipse torsit filium pater? adeone non potuit libertis aut servulis necessitas ista mandari? non carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filii non aversos tenuit oculos; ipse vestes scidit; velamenta laceravit; manibus flagella concussit; renovavit ignes, et mori filium contentione non sivit; diduxit os, quod iam suprema claudebant; fovit animum, ut longis cruciatibus patientia sufficeret: o dignum patrem, cui dicat innocens filius, feci! Non mehercle, improbe, mihi proclamaturus hoc loco videor, hominem, qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri: cur excluditur infelix a sua causa, a sua quaestione?

Praestare debes) *Debet*, Voss. pr.

Ne possit) *Ne possis*, W.

Reditur incertum) *Redditur*, W. *Incestum*, Voss. sec. Gryph. Colin. Vidov.

Torquere debet) *Torquere debeat*, Gron.

Et quod) Francios legebat, *quod et.*

Adeone non) *Adeone potuit*, Leid. pr.

Necessitas ista) *Nec. ipsa*, Colon. ut mors intelligatur. SCHULT.

Carnifex potius) An *potuit?* FRANC.

Non aversos) *Non adversos*, Leid. pr. edit. Pith.

Concussit) Francius volebat, *incussit.*

Contentione non sivit) Forte, *momento non sivit.* GRONOV. *Contentione non sciunt*, W. *Scivit*, Leid. et Voss. omnes. *Contentione* non debet moveri, mox, *scimus unde venerit ista contentio.*

Diduxit os) *Diduxit omnes*, Leid. pr.

Patientia) *Patientibus*, Voss. sec. Forte *patientius.*

In matrem) *Ob matrem*; manus viri docti in Gryph. edit.

adhibe speciosi cruciatibus hanc nimis amantem: huius gemitus excipe; huius suspiria oculosque custodi: si quod facinus admissum est, torquebis quidem filium; sed fatebitur mater.

XIV. Irrumpere me tum maxime puta in illud tuum, parricida, secretum: iniicio properanti quaestioni manum: inhibe ictus; subtrahe paulisper ignes: quidquid est quod eruisti, profer in medium; memento te fecisse de filio, propter quod tibi non debear credi. Quid spiritum dolore praecipitas? quid miserae intervalla patientiae pertinaci crudelitate continuas, si frustra tibi sufficere credis, quod audieris, nuntiare, proferre? incestum ut credatur, ipse debet audiri. Mirabar et ego, iudices, si tam nefanda quaestio alium exitum potuisset habere, quam mortem: hic est parricidii pudor; sic desinunt, quae incipere non debent: facinus quaestionis, operis scelere maiore, exire tibi videris per orbitatem. Scimus unde venerit ista contentio; nihil extorsit saevitia misero: vincit torquentem, qui occiditur. Iamiam non miror, quod post ista non habes vocem, verba non invenis: unicum sine teste lacerasti, unicum occidisti; soli tibi deinde notum vis videri celare facinus,

Speciosis) *Speciosi*, W. Leid. et Voss. omn. Gron. recte: filii pulchri, ut saepe supra.

Tum maxime) *Cum maxime*, Leid. pr. sec. Voss. sec.

Puta in illud) *Putat in illum*, Leid. pr.

Iniicio) *Parce*, Leid. pr. *Iniice manus*, viri docti in Gryph. ed.

Eruisti) *Meruisti*, Lucas.

Profer) *Proferre*, Voss. pr.

Propter quod) *Propter* deest Leid. pr.

Continuas) *Continueris*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

Quod audieris) Desunt W. Voss. pr. *Quod credideris*, Leid. pr. Cl. Schult. mallet, *frustra nec sufficere credis, quod audieris.*

Non debent) *Non debuit*, W.

Scelere maiore) *Scelere maius*, Leid. Cl. Schult. legebat, *maioris*. Ascensius *operis* ab *operio*, pro obtegis capit, recte; mox *celare facinus.*

Deinde notum vis) *Inde vis*, W. *Notum* omittunt etiam Leid. et Voss. omnes et Lucas.

Celare) *Celeravé*, Gron.

et in parricidio quaeris aliunde tristitiam: praepostera res est filium occidere, deinde erubescere: fas non est, non esse notum, propter quod se parricida putat innocentem. Eligas utrum voles, aut tormenta damnes necesse est, aut silentium: quod non debet indicari, quaeri non debet. Possis videri fortassis, crudelissime senex, silentium filio praestare, si viveret: consumpta est paterni nominis religio, omnis pietatis sublata reverentia: si hoc ille meruit, et parum in quaestione, parum ultionis in morte est. Vindicare vis confessionem? traduc cadaver, et super illa vulnera omnes pone causas: non est eiusdem fateri, cur torseris, et tacere, cur occideris.

XV. Quid ais, severissime parricida? filium consumpsisti per flagella, per laminas. Potes tacere? viscera de tuis concepta vitalibus, sanguinem, qui de tua fluxit anima, non insania, non furore, sed, quantum vis videri, consilio, gravitate lacerasti. Potes tacere? super vulnera unici, super exustos artus metuendus assistis, et causas quaerente matre, quaerente populo, hoc solum dicis, occidi? contenta esse debet incerto? Interro-

Putat) *Putet*, W.

Quod nna) *Quod si aon debet iudicari, non debet quaeri*, Leid. pr.

Pietatis) *Pietas*, W. Franciuscon-iiciebat, *omai p. s. reverentia.*

Meruit etc.) *Meruerit parum*, W. Leid. pr. *Meruit parum*, Voss. sec. Lucas, et ita Francius.

Super illa vulaera) *Super illo vulaere*, W.

. *Potes agere viscera de tuis*) Lego, *Filium consumpsisti per flagella, per laminas: potes tacere? Viscera de tuis concepta vitalibus, sanguinem, qui de tua fluxit anima, non insania, non furore, sed (quantum vis videri) consilio, gravitate lacerasti: potes tacere? Super vulaera* etc. GRONOV. *Potes tacere, viscera*, Leid. pr. *Potest agere*, Voss. sec.

Super exutos artus) Lege, *exustos*. SCHVLT. Recte: ita etiam W.; et sic paulo ante, *ut amplectaris perusta vitalia*, et mox, *laceros artus et perustum complexa corpus*; et decl. seq. cap. 6: *Laceratis exustisque visceribus*; ubi etiam *exutis* erat in codice Voss. sec. BVRM.

Iacerto) *Incerta*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas. *Contempta esse debet incesta*, Voss. sec.

gari nunc te, marite, credis a matre sola? causas mortis illius reposcit sollicitudo generis humani: stant circa liberos attoniti parentes; horret invicem se caritas fraterna complecti; rupta est illa osculorum inter soceros generosque simplicitas. Quousque nos cum silentii tui interpretatione committis? si nihil factum est, quod debeat erubescere temporum pudor, quid sibi volunt verba media, suspensa? si nefas prodigiosis simile fabulis deprehendisti, miserere, ne sis una morte contentus: incestam gravius odisse debes, quod et venit in forum, quod audaciam innocentis imitatur, et tacenti videtur irasci. Quum filium propter rumorem torseris, propter tormenta occideris, non est media res, ut neutrum sciamus: mater quidem, iudices, innocentissima hoc complorat, hoc ferre non potest, quod nihil parricida respondet.

XVI. Sed nobis videtur iamiam esse dicturus: non fallit nos, nefande, quid captes, hoc quod supra silentium trahis alta suspiria, quod prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur auctoritas, et in fidem erupturae vocis affertur, ut fateri videaris invitus: dic tamen, par est huic rei matris integritas, ut

A matre sola) *A matre, solas causas* Voss. sec.

Fraterna simplicitas) *Superna s.*, W. Leid. pr. Colb.

Generosque) *Tenerosque*, Voss. sec.

Committis) In certamen mittis; sic mox, *nos cum perpetua sermonum malignitate committis*; ita *pugnare*, Cic. pro Quint. SCHVLT.

Quousque nos) *Nos* deest Voss. pr.

Factum, quod) Francius volebat, *quo*; sed et erubescere quartum casum amat.

Media) Id est indifferentia, ut paulo post, *non est media res: medium responsum*, Livius. SCHVLT. Possunt et *media verba* dici dimidiata, vel etiam vulgaria, ex formula quasi dicta, e medio sumpta. Quibus molestos interrogatores dimittimos; de qua significatione agemus ad Ovid. II art. am., 507. BVRM.

Quum filium propter) Forte, *Num fil. pr. ru. torseris, num propter*. SCH.

Iam iam) *Iam Iamque*, Leid. et Voss. omnes, Lucas, Gryph. Colin. Vidov.

Quod prorumpenti) *Quod in pror.*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

mentiaris? O quanto nunc dolore torqueris, quod instantem non potes aliqua truci proclamatione discutere: non verba tibi contra miseram, sed argumenta desunt: non voce, sed probatione deficeris: quod solum datur, relinquis infamiae, et nos cum perpetua sermonum malignitate committis. Qui interrogantem nec damnat nec absolvit, rumore contentus est: modestiam mariti pariter et patris accipite: de muliere, quae convinci non potest, sufficere sibi putat, ut incesta credatur: quis unquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingenium? quia non potest probare quod dixerit, captat ut credatur, quod non dixerit: dissimulas, taces, saeve, crudelis? invenisti tormenta patris: audi quid misera simplicissimo dolore proclamet: non efficies, inquit, callidissime parricidarum, ut non audeam cadaver amplecti.

XVII. Ego vero incesta sum, si possum moderari gemitus, comprimere lacrymas. Coite in funus, omnes liberi, omnes parentes, custodite planctus meòs, observate suspiria: si quid feci, si quid admisi, fatebor. Ecce supra lectulum effusa feralem, laceros artus et perustum complexa corpus, exclamo: teneo unicum meum, velit nolit invidia, meum misera formosum: hoc erat, quod infelicissimam matrem ultra solitae caritatis exa-

Non potes) *Si potes*, Leid. pr.

Deficeris) *Deficieris*, W. *Deficis*, Leid. pr.

Interrogantem) *Interrogantem uxorem*, W. Leid. et Voss. omnes.

Deprehendit) *Deprehendat*, W.

Quod dixerit) *Quod dixit*, Leid. pr.

Captat ut) *Captn ut*, Voss. sec.

Callidissime) *Candissime*, Leid. pr.

Ego vero incesta sum) *Ego vero incerta sum:* sed quae sequuntur usque ad vocem *observate*, desunt Colb. in Leid. pr. margini adscripta, *ego vero*, Leid. sec. Voss. pr.

Si possum) *Si possem*, Voss. pr.

Lacrymas) Deest W.

In funus) *Coite simul*, Leid. pr.

Teneo unicum) *Te teneo* malebat egregius Bestius de Rat. Emend. leg. cap. 14, §. 7.

Misera formosum) *Miserum, formosum*, W.

gitabat affectus, amabam, marite, periturum: infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi videor defuisse, cessasse, multum de laetitia, multum perdidisse de gaudiis: nemo unquam filium nimis amavit. Excuso tibi, inquit, iuvenis innocentissime, quod supremis tuis nondum praestiti misera comitatum: vivere quidem, te defuncto, continuo non debui, sed mori, marito tacente, non potui. Rumpam taedium lucis invisae, sed prius licuerit coram civitate manibus tuis iusta persolvere, quum damnato supra callidissimum silentium parricida, nihil te dixisse constiterit: ignosce, quod ad iudicium istud orbata duravi: timui, ne si ad exitum impatientia, si praecipiti pietate properassem, faceret alium parricida de mea morte rumorem.

Nemo unquam) *Nemo utique*, W. Forte, *nemo unquam filium minus amavit.* Vt filio se excuset, quasi non satis adhuc amasset.

Sed prius) Francius volebat, *si prius.*

Quum damnato) *Quum damnatus*, Gron. Voss. sec.

Nihil te dixisse) *Nihil tradixisse*, Leid. pr.

Ignosce) *Ignoscite*, W.

Orbata) *Orbatam*, W.

Si praecipiti) *Praecipiti properassem*, omissis *si* et *pietate*, W.

DECLAMATIO XIX.

Ex superiore Argumento.

PRO VIRO CONTRA VXOREM.

CAP. I. Debebatur quidem tristissimae orbitatis misero pudori, ut iam taceremus omnes, et post tam prodigiosas rerum sermonumque novitates, oportuerat hoc esse novissimum de malis infelicissimae domus, quod occidi filium pater: sed quoniam mulier immodici semper affectus, super cuncta, quae vel passus sum paulo ante, vel feci, reatus quoque me dolore concussit, veni petiturus a vobis, ne me scientem silentium contentioni praestare credatis: non quia occidi filium, taceo, sed occisus est, ut tacerem. Vtinam, iudices, negare possem quod occidi! utinam totum miserae necessitatis ordinem fas esset intrare, et oris huius premere secretum! Miratur hanc aliquis patientiam meam? ardor ille, qui me

Debebatur) Gronovianus incipit, *Quia, iudices, multa signa processerunt pudorum, ut iam maceremus, at post tam prodigiosas* etc. Sed notatur tamen nonnullos incipere, ut vulgo habemus.

Pudori) *Pudor*, W.

Quod occidi) *Quod occidit*, Leid. sec.

Quae vel passus) *Vel* deest Voss. pr.

Concussit) *Percussit*, Gron. ut declam. praeced. *Maritali dolore percussus*, et ita hic Francius corrigebat.

Ne me) *Ne* deest W.

Silentium contentioni praestare) Forte: *confessioni*; ideo silere, ne confitear. Sic mox, ubi nunc vulgo editur: *Nec contenta contentione mariti*, vett. edd. habent *confessione*. GRONOV. *Contentioni*, liti explicat Badius, sed potest contentioni uxoris, quae contendit ut respondeam, explicari.

Sed occisus est) *Sed quia occisus est*, W.

Negare possem quod occidi! utinam totum) Haec desunt W.

Intrare) Suspectum; *celare* aut simile quid quaerendum. Forte, *intra me et oris huius p. s.* aut *non omissum*, *non intrare* quod magis placet. SCHVLT. *Inter oris huius*, W. *Intra me et oris h. pr. s.* Obr. Forte, *intra pectoris huius premere secretum*; quod minimum recedit a vulgata. BVRM.

Ardor) *Et ardor*) Leid. pr.

modo impegit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est: quidquid erumpere posset in proclamationem, parricidio peractum est, in orbitate conticuit: non habeo affectum, nisi quo cuncta tantum patiar, audiam, feram: utrumque de filio fieri non potest, ut et occiderim, et fatear, cur meruerit occidi. Quapropter, iudices, satis admirari, satis stupere non possum, quod mulier, cuius praeter optimam sane conscientiam, sexus quoque maiorem malis nostris pudorem praestare debebat, tacere non potest silentium meum.

II. Novo quinimmo fabulosoque secum impatientiae genere dissentit: queritur de populo, quod loquatur; de patre quod taceat: nec contenta confessione mariti, nihil se dissimulare, nihil scire reatus auctoritate testantis, mavult de silentio meo facere secretum orbitatis. Istud amentia sit, an innocentia, perditus dolor viderit: ipsius animus potest scire quid filius meus dixerit, quae me putat habere, quod dicam. Fidem igitur vestram, iudices, ne vos orbitatis miseratione confundat sola mater, neve maximae calamitatis ibi tantum putetis resedisse sensum, unde vos lacrymae gemitusque conveniunt: mei magis debetis in uxoris comparatione misereri, qui filium et perdidi, et occidi: ego sum infelicior ex parentibus duobus, qui quidquid, iudices, ista complorat, et patior, et feci. Felicem ignoratione conscien-

Ipsa sui) *Ipse sui*, Leid. pr.

Conticuit) Malim, *conticui*. Gron.

Silentium meum) *Meum* deest W.

Confessione mariti) *Contentione*, W.

Se dissimulare) *Se simulare*, Victor.

Auctoritate testantis) *Auctori attestantis*, Obr.

Facere secretum orbitatis) Distingue: *mavult de silentio meo facere secretum. Orbitatis istud amentia sit, an innocentia*. Gronov. *Orbitatis* omittit Gron.

Quid filius) *Quod filius*, Voss. pr.

Unde vos lacrymae) Francius legebat, *unde vox, lacrymae* etc.

Misereri) *Miseri*, W.

Et perdidi) Desunt Leid. sec.

Qui quidquid, iudices) *Iudices* deest Leid. sec. *Qui* non habet W.

Felicem ignorantiae conscientiam)

tiam matris, quae sufficit interrogare! maior me impatientia, maior urit affectus: cur filium occiderim, indicare non possum, nec poenitet, quod occidi: infelix senectus, misera patientia, sic quoque quam multa dicenda sunt. Fuimus quondam, iudices, fuimus felicissimi parentes, quum adhuc rudis unici nobis blandiretur infantia; duravitque domus tota prosperitas, quamdiu pariter fruebamur, pariter diliximus, quamdiu civitas de nobis hoc solum poterat loqui, filium nos habere formosum: ut vero in eam adolevit aetatem, in qua corporalibus bonis iuventus insolenter exsultat, superbus atque arrogans, in nullum vitae genus, non in privatos, non in publicos actus florentem duxit aetatem.

III. Dii immortales! quantus qualisque circa iuvenem rumor ingemuit! omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est, donec et ipse consensum circa se publici doloris agnosceret: inde rarus in publico, et tanquam patris occursus, tanquam civitatis ora vitaret. Non est leve concipere verbis, in quantam civitatis exsecrationem, in quantam culpam iuvenis inciderit: dictus est occidere posse patrem; dictus est dignus, quem posset etiam pater occidere. Quid fa-

Forte, ut *Felix animi, felix curarum.* Suspicor tamen: *Felicem ignorantia conscientiam matris, quae sufficit interrogare.* Tò *sufficit*, ut infra: *Viscera unici lacerare suffeci.* Gron. *Felicem ignoratione conscientiam*, Leid. sec. Voss. sec. qood placet Schultingio et mihi. *Felicem ignorantiam conscientiae*, W. *Sufficit interrogare maiorem et patientiam*, Voss. sec.

Indicare) *Iudicare*, W.

Misera patientia) *Misera impatientia*, W.

Ruris) *Pueri*, Obr. Quod ipsi ex vitiosa librariorum Leidensium aberratione in mentem venisse puto, ediderunt enim *ruris*; quom in MSS. et edilis omnibus sit *rudis*; recte: ita decl. 18: *Prima rudisque coniugii mens*, et *rudes anni*, libr. I Inst., ubi vide.

Exsultat) *Exinsultat*, Voss. sec.

Superbus atque) *Superatque*, Voss. sec.

Qualisque) *Qualiscumque*, W.

Ingemuit) An *increbuit?* Schvlt. Ita et Francius conieceral.

Succlamatus) *Succlamatur*, W.

Publici doloris) Flor. IV, 7: *Publici doloris oculos ferre.* Schvlt.

Et tanquam) *Et* deest W.

Civitatis exsecrationem, in quantam) Desunt W.

cerem, iudices, infelicissimus senex? iamiam non evitabat fama nec patrem; iam meis auribus nemo parcebat: interrogare non audebam; dissimulare non poteram. Fallitur quisquis me putat quidquam fecisse consilio: impetus ac temporis ipsius nescio quis ardor explicuit: praeparari filio tormenta non possunt. Est in miseris penatibus pars remota, seposita, profunda tenebris, tristis accessu, omnibus apta flagitiis, et in qua audeat facere facinus et pater: illo, fateor, dum me variae cogitationes per totius domus spatia circumagunt, quantum intelligere licuit, improvisus adveni. Et ille quidem ad conspectum meum, tanquam deprehensus, obstupuit, refugitque trepidus, puto, ne quaererem causam: irrumpo festinanter, avide, sine liberto, sine servulo, sicut me deprehenderat temporis illius fatum, manibus, ictibus, et quaecumque ex obviis dolor in telorum transtulerat usus, ultra vires senectutis aggressus; ignes ex proximo raptos, verbera, quae casus obtulerat, non diviso dolore, non per partes, non per intervalla suspenso, sed semel, sed pariter invado: pars secreti fuit, ut ipse torquerem.

IV. Dii immortales! quae contumacia, quae fuit illa patientia, quum domi torqueretur a patre, non invocare matrem? non repugnavit iuvenis; non opposuit ma-

Infelicissimus) *Et infelicissimus*, Leid. pr.

Non evitabat) Francius malebat, *devitabat.*

Non audebam) *Non audibam*, Voss. sec.

Apta) *Aperta*, Leid. pr. pro Var. lect.

Cogitationes) *Cotiones*, Voss. sec.

Et ille quidem) *Et ille quod*, Leid. pr.

Obstupuit) *Obstipuit*, Voss. sec.

Sine servulo) *Sine* deest Voss. sec.

Temporis) *Temporibus*, Leid. pr. *Dolor* deest Leid. pr.

Non per intervalla suspenso) *Nec per i. suspensus*, W. *Nec per i. suspensos*, Leid. et Voss. omnes.

Quae contumacia) *Quae fuit illa patientia, quae contumacia*, W. Leid. pr.

Non invocare) *Non vocavit*, W.

nus; nullum imploravit auxilium: mersis tantum deiectisque luminibus, tanquam unquam flagella sustinuisset, tanquam meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciem: verberibus, ignibus, laudatos vultus, velut illis irasceretur, opposuit: reddo testimonium novissimum pudori; quum iam mori vellet, occisus est. Laudo, iudices, patientiam matris, quum et ipsa semper plurimum esset domi, et ab illo secreto fortasse non longe, intervenire noluit, interpellare non ausa est. Sed et manibus meis gratulor, quod non propinquus aliquis, non amicus irrupit: occidissem, quisquis me tunc ausus fuisset interrogare pro filio. Sepelivi tamen lacera membra; funus indulsi; ossa collegi: non iniecit uxor lectulo manum; non inter exsequias planctibus elisisque uberibus mihi fecit invidiam: unde in hanc impatientiam prorupit, exsiluit? domi me nihil interrogavit. Possum iam, mater infelix, coram liberis ac parentibus, possum audientibus diis hominibusque clamare: et ego amavi filium meum, non osculis, non infirmitate, non lacrymis, sed viribus, dolore, patientia: unicum, quem si acie clausisset hostis, vicaria morte servassem; si subitum cinxisset incendium, extulissem relicta meorum parte membrorum; eripui malignitati,

Mersis t.) Hinc adstruitur elegantissima lectio codicis Florentini apud Auctorem Hercul. Oet. 1348: — — *Ora quid flectis retro Caputque mergens.* Pro *moerens*, et ita *mersn nare*, et similia, de quibus Barth. ad Stat. VI Theb., 800, et Heins. et Drakenb. ad Sil. Ital. X, 78, apud quos ex Stat. V, 502. *Mergere oculos* et *ora* producitur, accommodate ad hunc locum. Burm.

Tanquam unquam) *Tanquam nunquam*, Oxon. *Tanquam ut eius*, W. latet aliquid.

Tanquam meis) *Tanquam eis*, Voss. sec.

Novissimum pudori) *Novissimi pudoris*, Leid. pr.

Iam mori) *Tam mori*, Leid. pr. Voss. sec.

Non propinquus aliquis) *Non aliquis amicus irrupit*, W. omissis reliquis.

Exclusit) *Exsiluit*, W.

Domi me) *Domine*, Voss. pr.

Quem si) *Quemque si*, Voss. pr.

Si acie) *Si acies*, W.

abstuli famae. Habeo quod imputem tibi, naturae pietas: rem difficillimam feci, quod non me potius occidi.

V. Malae tractationis accusat: adeone, uxor, tibi parum videor dedisse poenarum post periculum et labores, ne lucrifaciat pater, quod occidit filium suum? non pudet ergo, si irasceris parricidae? quid tibi cum lege, quam vos propter minores accepistis affectus? querelas habet ista, non gemitus, et matre seposita solam complorat uxorem. Rursus ad populum vocas miserum pudorem? materiam novi rumoris accendis? perdidi ergo rationem secreti mei: sic omnia feceram, ne quid aut quaeri posset, aut dici: iam vero quid impudentius, quid indignius, quam quum sibi de liberis credunt licere tantumdem, et aequum ius patris ac matris esse contendunt? quasi nesciant nobis arbitrium vitae necisque commissum? Non est privilegium, filium occidere, quum fieri potest; nec quisquam tantum ideo fecit, quia liceret. Viscera unici lacerare suffeci: ignosce, si non potes mihi credere: nemo filium suum occidit odio; non erit tanti iuvenis invisus. Illud est in patribus us-

Habeo quod) *Habes quod*, Gron.

Naturae) *Natura*, Voss. sec.

Et labores) Forte, *ut labores*; et pro *pericula*, lego *post parricidium*, loquitur ex sententia mulieris. Satis magna mihi poena quod filium occidi, satis id poenae videtur, ut labores, ne lucrifaciat id pater, id est impunitum auferat quod occidit. SCHVLT.

Quid tibi cum lege) Quae agis ut mater, non ut uxor. SCHVLT.

Lege) *Legem*, W.

Quam vos propter) *Quam vos propterea*, W. *Quam propter vos*, Leid. pr. Voss. sec. Colon. *Quam propter avos*, Voss. pr. *Quam propterea vos*, Gron.

Complorat) *Deplorat*, W.

Novi rumoris) *Materiam novi, novos rumores ac*, Leid. pr.

Nesciant nobis) *Nesciant sparibus n. a. v. n. filiorum commissum*, W. pro *nesciant nobis patribus*.

Non est privilegium) *Non est ergo pr. f. occidere, nec cum f. potuit, nec quisquam tamen ideo f.* W.

Suffeci) *Suffici*, Leid. sec. Voss. sec.

Mihi credere) *Mihi crede*, Voss. sec.

Non erit tanti) *Non erit tantum*, Voss. pr.

In patribus) Lego, *matribus*; et mox, *quod sic amant, sic succurrunt.* SCHVLT.

que ad parricidium terribile, quod amant, quod succurrunt, quod sibi videntur aliter non posse misereri. Non est quod vos ab aestimatione malorum meorum mollior sexus abducat: maioris affectus est filium occidere, quam vindicare: desine igitur me, mulier, fatigare interrogationibus tuis: ita tibi non videtur omnia respondere pro filio, qui dicit, occidi? et licet comprimantur exclamationes, ora claudantur, nihil negat, qui hoc fatetur. Atqui summorum facinorum ipsa immanitas innocentia est: filium pater non demens, non insanus occidi: hominem extra sensus affectusque positum quisquis nunc miseratur, occidit.

VI. Vides senem, sanguine suo fluentem, laceratis exustisque illis sanctioribus carioribusque visceribus, super exanimis unici corpus cruentis manibus iacentem? horreo cadaver, et velut corpora, quae caelestis exanimavit ignis, adire propius timeo. Ad quaedam facinora sufficit claudere oculos, vultus avertere, tacere, mirari, et incredibiles calamitates relinquere suis causis. Miserere, ne quid amplius quaeras, ne quid interroges: dicturum me putas, parce seculo, parce marito, parce patri? tu vero parce illi, qui occisus est. Novum, iudices, uxoris in marito

Sibi videntur) *Sibi videtur*, Voss. pr.

Me, mulier) *Me* abest Voss. sec.

Pater non demens) *Pari non d.* W.

Quisquis nunc) *Quisquis non*, W.

Miseratur) *Miseretur*, Voss. sec. Gron.

Fluentem) *Fluente*, W.

Exustisque) *Exutisque*, Voss. sec.

Sanctioribus) *Sancioribus*, Leid. pr.

Carioribus) *Canoribus*, W.

Horreo) Videtur periodus transposita, et subiungenda sequenti. Quia et commode locaretur, post vocem *occidi*, ante *vides senem*; sunt autem omnia accipienda tanquam eo dicta, ut ostendatur ita recens factum esse, ut adhuc fieri videatur, et quam ipsi patri sit illius cogitatio dira et molesta. Schult.

Caelestis exanimavit ignis) His corporibus, et locis, ubi erant exstincta, quaedam tributa religio; vid. Gron. ad Plaut. Trin. II, 4, 138. Schult. *Caelesti exinanivit*, Voss. pr. *Caelestis exanimat*, W.

Ne quid amplius quaeras) Desunt W.

In maritum) *In marito*, W. Leid.

crimen audite : silentium est, de quo queritur. Solebat indignatio vestra convicia nostra ferre non posse, et matronalis dignatio dicere videbatur : non parcis erga me, marite, verbis; nullam habet nostri tuus sermo reverentiam ; facile prorumpis in opprobria ; facile quod libet obiicis ; exclamas, et dum nimium libertati vocis indulges, potest populus aliquem de me facere rumorem. Tu, mulier, obiicis mihi rem, quae nulli unquam crimini fuit; solam in nostris moribus innocentiam voce reprehensam tuetur taciturnitas : vide cur manus, cur verba peccare videantur: illis infamamus; his torquemus, occidimus. Vis scire quam non possis queri de silentio meo ? felicissima fueras, si idem fecissemus omnes. Finge me paulisper sepositis silentii causis hoc tantum respondere; non prodo secretum.

VII. Ex omnibus, iudices, quibus humana pectora seriis gravibusque conplectuntur affectibus, nullam dif-

et Voss. omnes, et hoc mutarunt scioli; vid. ad decl. 15, 6. *Crimen* vero hic est criminatio, accusatio; recte autem Badius notat, ironiam esse ad imitationem Ciceronis, de qua Fabius lib. IV Inst., cap. 1. BVRM.

Matronalis indignatio) An *dignatio*. SCHVLT. Et ita Obrechtus : recte, ut puto; vox haec Suetonio reddita saepe a viris doctis, et optimis auctoribus usitatissima; forte tamen legendum, *matronalis mihi dignatio dicere videbatur*, nam *mihi* passim in his codicibus scribitur unica litera hoc modo *m*, unde facile fit *in*; vid. ad decl. 9, 8. BVRM. *Matrimonialis*, Leid. pr.

Quae nulli) *Quae ulli*, W.

Solam in moribus) Lege, *sola in* (vel *de* vel *ex*) *nostris moribus in voce* (sc. populi) *reprehensam tuetur* (vel *tuebitur*) *taciturnitas*. SCHVLT.

Tuetur) Abest hoc verbum Leid. et Voss. omnibus.

Vide cur) *Videtur cum*, Leid. pr.

Illis infirmamus) Scilicet verbis, *his* sc. manibus, ut recte Vallam notasse, in margine Edit. Gryphianae legitur; vid. ad lib. II Instit., cap. 5, et ita recte *his* ante *occidimus* omittunt MSS. W. Leid. et Voss. omnes. BVRM.

Quam non) *Quantum non*, Leid. pr.

Me paulisper) *Meo p.*, Voss. sec.

Quibus humana pectora seriis gravibusque complectuntur affectibus) Forte : *conspiciuntur*, id est, conspecta fiunt, hominum oculos in se convertunt. GRONOV. *Humana* deest W. *Gravibus*, Voss. sec. Pro *seriis* Francius malebat, *severis*, pro *complectuntur* Schultingius *complentur*; ut et

ficiliorem, quam silentii credo virtutem; adeoque promptissimo sermone facile delinquimus, ut constantiam tacendi neque in aliis ferre possimus. Crimen hoc in me mulier vocat, quod in priscis illis morum mentiumque rectoribus fuit prima sapientia, quod quosdam totius vitae pertulisse patientiam magis illa misera miratur antiquitas, quam quod temporum vices, siderum cursus, et profunda naturae velut conscia ratione sanxerunt. Quae per fidem impotentia est effringere rigens sacra dissimulatione pectus? evolvere animum, quem super sua secreta compositum, non laetitia, non dolor, non necessitas, non fortuna laxaverint? Quisquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem: nec adeo coniugali societate cuncta miscentur, ut nihil sibi adversus hanc concordiam proprium relinquat animus: est aliquis etiam a sanguine suo secretus affectus, genusque reverentiae, ut tacenda minime velis scire carissimos: quaedam non possis verberibus, equuleis eruere: et plerosque videas fortiter super sua secreta morientes. Agedum, si videtur, utrumque sexum, om-

Badius coniecerat. *Seriis* non movendum. Saepe enim *serius* et *gravis* in his declamationibus iunguntur; vid. V, 18; XV, 3. BVRM.

Adeoque) *Adeo*, W.

Promptissimo) *Promptissimos*, Voss. sec.

Possimus) *Possumus*, W.

In me mulier) *Non mulier*, Leid. pr. Forte, *crimen novum*, ut modo cap. 6.

Patientiam magis illa misera) Lege: *quod quosdam totius vitae pertulisse patientia magis illa severa miratur antiquitas.* GRONOV. Lege, *quorum* (vel *quod*) *quosdam tota vitae pertulisse patientia, magis illa seria* (vel *severa*) *miratur antiquitas. Tota*, ut supra, *duravitque tota domus prosperitas*; et decl. 2: *Mors quae statim tota est*; vid. decl. 8, pr. dixit tamen, *totius orbitatis patientiam*, ut hic, *totius vitae*; et decl. 2: *Mortium pertulere patientiam.* SCHVLT. *Patientia magis illa mira miratur*, W. *Sera*, Obrecht. qui et *patientiam* recepit.

Quam quod temporum) *Per quam temp.*, Victor.

Conscia) *Conscientia*, Voss. sec.

Quem super sua) *Quae supra*, Leid. pr. *Supra*, Leid. pr. Voss. pr. sec.

Fortuna) *Fortuita*, Leid. sec.

Hanc concordiam) *Hanc* deest W.

Super sua) *Supra sua*, W. Leid. Voss. omnes.

Morientes) Vide Iustin. XLIV, 2.

nem conditionem, omnem scrutemur aetatem: nullum sine conscientia pectus, nulla vita sine causis tacendi. Si te interrogaret omnia maritus, haberes aliquid et tu quod non fatereris: et quanto silentium gravius est in sene, verecundius in marito, sanctius in patre?

VIII. Pudeat nos, mulier, infirmitatis: vicit nos modo iuvenis ille constantia; mori voluit, ut taceremus. Vides, mulier, quibus interpretationibus praestes tuum dolorem? diceris ideo me interrogare, quia scis omnia me potius pati malle, quam loqui: quis enim in hac civitate non novit taciturnitatis meae rigorem? quis ignorat, qua cuncta soleam ferre patientia? ne occisurus quidem suspiria gemitusque praemisi: nihil feci, unde erupturum quandoque per orbitatem patris animum, aut tu praescio timore sentires, aut ipse periturus. Hanc nunc me iactare conscientiam putas, quod nihil in publico, nihil in ullo mihi permisi proclamare conventu: ego vero non sum questus de iuvene nec tibi, nec captavi, ut illum mecum et mater odisset. Frustra te putas extorquere accusatione posse, quod mihi non ipsae ca-

qui dicit Hispanos *turmentis pro silentio rerum creditarum immortuos.* SCHVLT.

Omnem scrutemur) *Omnemque scr.* W.

Vides mulier) Lege, *vide*, vel *videsne*, ita cohaerent melius. SCHVLT.

Quibus interpretationibus) *Quibus impetrationibus*, Leid. et Voss. omnes. *Quibus in pectoribus*, Gron. *Quibus imprecationibus*, Marg. Gryph.

Quia scis) *Qnia scias*, W. Leid. pr. Voss. pr. sec.

Qua cuncta soleam ferre patientia) Ex codice Ioannensi Cl. Wasse ad Sallust. Iugur. 33 profert, *quam inulta cuncta*, unde ille facit, *quam inulte cuncta*, nesciu quo sensu.

Ne occisurus) *Nec occ.* W.

In urbitatem) *Per urbitatem*, W. Leid. et Voss. omnes, Gron. Quod rectum puto: nam *erumpere in orbitatem*, pro in caedem filii, ut Badius exponit, huc nihil facit: sed *per*, id est, propter orbitatem, se nullum verbum facturum, sentire potuisse uxorem aut filium dicit. BVRM.

Conventu) *Cunventus*, W.

Non sum questus) *Sum* deest W.

Nec tibi) Francius legebat, *ne tibi quidem*, et mox, *mater odisses*.

Mecum et) Desunt W.

lamitates, non dolor, non meditatio orbitatis expressit: uras licet, durabo, perferam: passus sum iam quod erat difficilius; occidi. Torsit, inquit, filium meum: breviter, iudices, ratio reddatur: infamem quid refert, an innocentem, si illud omnibus liquet? Iuvenem cunctis pignoribus invisum, omnibus affectibus gravem maligni fecere sermones: quid agimus, anime? quemadmodum effugimus, evadimus? in tanta infamia nihil facere, credentis est: vis me circuire singulos, reclamare populo, cum rumore rixari? Tuae fortassis infirmitati conveniat negare; me tantum fortior assertio unici decet: eripiendus est non contentione verborum, sed ut civitas stupeat, ut erubescat.

IX. Torquere me filium putas! invidiam facio populo: videor mihi illis verberibus lacerare famam, illis ignibus increpare rumorem: quaestio de infami filio unam rationem habet, ut probes innocentem. Dii mala prohibeant, ut noveris illum dolorem, quo potest torquere filium pater: nihil est infelicius homine, cui de unico suo mors sola non sufficit. Iuvenem, in cuius animo perdiderant nomina nostra respectum, quem quotidie necesse habeamus excusare rumori, qui inter nos formosum malebat agere, quam filium, verberibus ignibusque consumpsi: vis, vis scire quanta tormentorum

Expressit: uras licet) *Expressit iras. Licet.*, Voss. sec.

Redditur: infamem) *Reddatur infamiae. Quid*, Leid. pr.

Si illud omnibus) *Si aliud omnibus*, W. Leid. Voss. omnes, Gron.

Liquet) *Liquetur*, W. Schultingius tollit distinctionem, et legit, *infamem q. r. a. innocentem, si illud* (vel *istud*) *o. liquet, iuvenem, cunctis* etc.

Anime) *Animi*, Gryph.

Reclamare) *Proclamare*, W.

Eripiendus est) *Est* deest W.

Lacerare famam) Desunt W.

Nihil est) *Est* deest Leid. sec.

Vnico suo) *Vnico suo filio*, Leid. pr.

Respectum, quem quotidie) *Respectum naturae quotidie*, Leid. pr. a m. pr. *Quem*, pro Var. lect.

Habeamus) *Habebamus*; W. Leid. pr. sec. Gryph. Colin. Vidov. Obr.

Ignibusque) *Ignibus*, W.

ratio fuerit? debuit etiam tortus occidi. Si tamen utique, mater, vis scire causas, leviter audi: prospiciebam miser in grande quandoque facinus proropturum, quod otio vitam, quod desidem domi perdebat aetatem: non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam, non tentare maria, non rura colere, non administrare rempublicam, non ducere volebat uxorem: praeterea traxerat ex frequentibus castigationibus taedium patris, et in exsecrationem mei, conscientia, qua non emendabatur, exarserat; timebat occursus, non audebat adire; colloquia, oscula, convictusque fugiebat. Breviter perditissimae mentis definienda mensura est; oderat me filius, et timebat: filium igitur totius civitatis existimatione damnatum, quem adhuc vivere mirabantur homines, torsisse me putatis? ego vero occidi, tarde, diu. Quaestionem illud vocas? poena, supplicium, et malorum meorum exitus fuit: nulla ratio est interrogandi hominem, cui non est fas nisi negare.

X. Quanta tamen mihi fuit et in quaestione moderatio? non enim praecipiti raptus impulsu exsilui repente, subito, nec captus dolore caeco impatientiae meae velox vulnus indixi. Non potest non ratione occidi filius,

Leniter audi) *Leviter*, Leid. et Voss. omnes. Quod verum est, et vindicabimus ad Ovid. III, Epist. 80. BVRM.

Non iura colere) *Non rura*, W. Leid. Voss. omn. Luc. Gryph. Colin. Vidov. et alii; nec dubito quin recte; nam maribus opponuntur melius rura, iam in administratione reipub. continentur. BVRM.

Non audebat adire; colloquia) In Colb. erat, *adire colloquia*, sine distinctione: *Non audebat ire colloquia*, Voss. sec. Forte, *inire colloquia*.

Exsecrationem mei) *Mei* deest W.

Qua non) Malim, *quia non emendabatur*.

Exsilui) *Exsilii*, W.

Nec captus) *Ne captus*, Leid. pr.

Velox vulnus induxi) Alii *indixi*. Sed scribendum, *inflixi*. GRONOV. *Indixi*, W. Leid. et Voss. omn. Gron. Quod cur mutemus nulla causa est. Ipse Gronovius supr. ad decl. 13, 5, elegantiam huius verbi egregie illustraverat, ut enim ibi, *damnum et fumem indicere*, ita hic, *vulnus indicere*. Est enim vulnus, damnum quod in morte filii faciebat, orbitas, ut recte ex Iustin. lib. I, 8, et Tacit. Agric. 6, notavit Cl. Schult. BVRM.

quum ante torquetur: dedi moras, spatium, tempus indulsi. Vides quantam hinc malignitatibus potuerim praestare materiam? si in illo secreto, gladio tantum, si vulneribus egissem, exitum fecerat iuvenis deprehensi: non est igitur, mulier, quod mihi facias duplicatae quaestionis invidiam, id est, quod torsi, et occidi: sola est huius necessitatis ratio de morte: illud est parricidium, filium torquere victurum. Putas iuvenem vivere potuisse, cui iam non poterat, nisi morte succurri? quem contra malignos sermones asserere coeperam, non reddidi rursus infamiae, neque in oculos et ora vulgi de secreto patris emisi: providentia mea tibi quoque, mater, ne in hunc interrogetur, eripui. Ille vero non fuit post tormenta laturus vitae pudorem, ut interrogaretur a singulis, ut negaret. Verum, mulier, affectibus tuis renuntiandum est; ad totius domus nostrae pertinere innocentiam credidi, ne se ipse potius occideret. Sentit, iudices, mulier ad ius querelae suae, nec quod torserim, nec quod occiderim, pertinere: itaque quaerit, quid mihi dixerit ille, de quo nescit, an dixerit. Quid ais, mater impatiens? ita in morte filii tui nihil aliud ad te pertinet, quam quid loquutus sit? ita, si respondero, remittis parricidium, tormenta non obiicis? o inconsultam muliebrem semper amentiam! quid iu-

Quartam hinc) *Quartam huic*, Leid. pr. Voss. pr.

Si vulneribus) *Seu vulneribus*, W.

Duplicatae) *Duplicare*, W. Leid. pr.

Torquere victurum) *Occidere meturum*, W.

Malignos) *Magnos*, W. Leid. Voss. omnes.

Providentia mea) *Providentiam meam*, W. Leid. et Voss. omn. Gron. Colb.

Ne in hunc interrogetur) Lege, *ne in hunc interrogaretur*. Gron. An, *ne in te adhuc interrogetur*, vel, *ne in hunc interrogeris*. Schvlt. *Interrogaris* etiam Francius voluerat.

Ne se ipse) *Vt se ipse*, W.

Itaque quaerit) *Ita*, W. Leid. Voss. omnes, Colb.

Loquutus sit) *Loquutus est*, W.

Respondero) *Respondeo*, W.

venis in tormentis dixerit, tanquam ignoret, interrogat: nihil me comperisse non credit, tanquam sciat, quid dixerit.

XI. Fidem communis sanguinis, fidem communium malorum! ne parricidii me velis agitare secretum, ne calamitatibus nostris gravem facias innocentiam tuam: viderit quid meruerit iuvenis ille, ego iam possum suprema revereri, et post exitum unici revertor in patrem: maior defunctis liberis praestanda reverentia est, nec quidquam minus convenit affectibus patris, quam si insultare videatur occiso: in gratiam me cum filio reduxit orbitas; iram nostram mors severa composuit. Quinimmo recogitanti mihi totum secreti illius ordinem, subit tacita miseratio, quantam ego debeam reverentiam filio, quem potui torquere solus, quem potui solus occidere. Perseveras, cogis, instas? invicem, te, mulier, interrogo, cur si tantopere volebas scire, quid interrogarem, quid ille loqueretur, non irruperis in quaestionem, quam nullis ministris, nullis custodibus vallaverat pater? quanto melius, mater, ipsum adisses? quanto fortius interrogasses una? quanto tibi plura dixisset? quis te, mulier, affectus abegit, tenuit, exclusit? Agnosco verecundiam tuam: timuisti, credo, ne si in illo secreto fuissemus omnes, occidisse filium diceretur et mater: instas tamen, et miseri senis ora diducis. Puta

Me velis) *Mei velis*, W.

Ne calamitatibus) *Nec calamitatibus iis*, Leid. pr.

Viderit) *Videat*, W.

Revertor in patrem) *Revertor ad patrem*, Leid. pr. *Revereor in patrem*, Colb. male; dictum enim est, ut decl. 12: *Ab homine descivimus*, et apud Statium: *vi cogendus et armis in mores hominemque Creon*; et Terent. Eun. 35: *illum se convertisse in hominem*; v. Schult. ad decl. 1, 2. BVRM.

Affectibus patris) *Aff. matris*, W. Leid. pr. Voss. sec. Gron. Luc. *Affectus*, Leid. sec. Voss. pr.

Iram nostram) *Ira vestra*, Leid. pr.

Adisses) *Odisses*, W.

Abegit) *Elegit*, W. An *exegit*?

Ne si in) *Si* deest W.

Diducis) *Deducis*, Leid. sec. Voss. pr. sec.

me hoc solum dicere, ex maximi facinoris cunctatione veniens, quid audierim, nondum scio: totus adhuc sum in parricidio meo; et post mortem unici omnia, quibus laceratus, occisus est, in animum meum tormenta redierunt: est quidem difficile, ut aliquem pati pudorem parricida videatur; verumtamen stupore, amentia, et silentio in orbitate defeci: ablata est mihi omnium verborum fides, omnis sermonis auctoritas: nec habet causam loquendi, cui non potest credi.

XII. Desine, mulier, interrogare: filium, quem occidit pater, nec absolvere nec accusare iam debet. Quid, inquit, dixit, quum occideres? Miseram parricidii innocentiam, quod hoc me non potestas, non magistratus, non propinquus aliquis, non amicus, non ille semper loquax populus ac malignus interrogat: quiescitis, tacetis: me infelicem! numquid scitis omnes? Puta me, mulier, hoc tibi respondere, non habent incredibilia vocem: quaedam maiora sunt, quam ut illa capiat modus sermonis humani. Tu vero crede nihil aliud fuisse quam furorem: insanisse me puta; videbam, quae non fiebant; audiebam, quae nemo dicebat: hoc solum non insanientis habui, quod tacebam. Finge me respondere, nihil dixit, nihil loquutus est; non credis? atqui multo minus creditura, quid dixerit. Accipe, mulier, brevem

Cunctatione) Lege, *percunctatione*, vel *percontatione*. Gron. *Coniunctatione*, Leid. sec. Voss. sec. *Et maxime facinoris quid audierim*, omissis reliquis W. Voss. pr. *Ex maximo facinore quid audierim*, Leid. pr. Cl. Sch. vel *percunctatione*, vel *convictione* legebat.

In parricidio) In his verbis desinebat Voss. sec.

Animum meum) *Animum tormenta rediere*, W.

Et silentio) *Et in silentio*, W. Leid. sec. Voss. pr. *In silentio orbitate*, Leid. pr.

Quid, inquit) *Quis inquit*, Leid. pr.

Quiescitis tacetis) *Qui scientes taceret*, W.

Me puta) *Me puto*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Gron.

Dicebat) *Diceret*, W. Leid. pr. Voss. sec.

veramque rationem, cur in quaestione iuvenis occisus est: torquebam, nec interrogabam: si qua ad aures tuas ab illa quamvis remota domus parte perlata vox est, meus gemitus fuit, meorum viscerum dolor. Quaeris, cur nihil dixerit? quia non habuit, quod scire vellem, quod audire deberem: nihil aliud quaestio illa captavit, quam silentium, quod praestare vita non poterat: quisquis in tormentis occiditur, ideo tortus est, ut occideretur. An tu quaestionem illam fuisse credis, qualis vernilibus corporibus adhibetur? ideo enim equuleos movebam artifex senex, tendebam fidiculas ratione saevitiae, ut leviter sedibus suis emota compago per singulos artus membra laxaret. Consumptus est spiritus silentio sui, et verbera ignesque animum pariter vocemque cluserunt: videbatur mihi premere gemitus, tenere suspiria: et sic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine, qui sciret.

XIII. Miraris hanc in filio contumaciam, in iuvene patientiam? patri torquenti non potest aliter responderi, quam ut mori malit, quam confiteri: quod sufficit igitur interrogantibus respondeo, mulier, occidi. Fallitur quisquis exspectat, ut obiiciamus illa communia; ego vero proclamo, non luxuriosum, non amore meretricis infamem; nihil ille delinquebat, quomodo liberi

Vernilibus) *Venalibus*, W. *Venerabilibus*, Leid. pr.

Ideo enim) *Ideo est*, W. Legebat Schult. *ipse ego enimvero.*

Artifex senex) An, *carnifex*. An, *sine carnifice senex*. SCHVLT.

Tenebam fidiculas) Forte *tendebam*. GRONOV. *Fidiculos*, W. *Tendebam* recepit Obrechtus.

Leviter) *Leniter*, Gron.

Emota) *Remota*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr. Lucas.

Verbera) *Verba*, W.

Videbatur) *Videbantur*, W.

Et sic) *Et* deest W.

Malit) *Mallet*, Voss. pr.

Quod sufficit) *Quid sufficit*, W.

Illa communia) *Illa crimina*, Leid. pr.

Nihil ille) *Nihil enim illa*, Voss. pr.

Quomodo) *Vel quomodo liberi*, Gronov.

solent; monstrum erat inenarrabile, quod nollem deprehendere, quod ferre non possem. Miratur aliquis, quod non abdicaverim, nec notissima ultione patrum fuerim tantum expulisse contentus? tuus, mulier, nefarius, tuus inconsultus non permisit affectus: filium, cui contra severitatem meam ignoscebas, quem mecum odisse non poteras, sequuta fuisses abdicatum. Finge iuvenem dixisse nescio quid, ego audire nihil potui: non enim potestatis alicuius more consederam, nec torquentibus aliis agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta et passus sum pariter, et feci: non vacabat aures praestare verbis, excipere gemitus, aestimare singultus: avocavit me contentio, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta sunt festinatione praecipiti: idem patris affectus est torquere, ut scias, occidere, ut nescias. In meam, inquit, infamiam taces: ita nunc primum laboras misera de fama, et post unici mortem pertinere ad te coepit, quid loquantur homines? scilicet filius impensus est, ut erubesceres, ut male audires? adeone hoc captanti non erat satis, rem totam commisisse rumori.

XIV. Ego vero me famae tuae, mulier, opposui, et inter matrem filiumque medius parricidium feci: unicum occidi, ne quid aliud loquerentur homines. Alioqui si hoc capto quod putas, quousque taceo? in quod tempus differo illam, quam me putas premere, vocem? Ecce reatus iudicium pronuntio, ego tamen scire me nego: egregiam rationem malignitatis! loquuturus adversus

Quod ferre) *Quod facere*, Leid. pr. pro Var. lect.

Quem mecum) *Quae mecum*, W.

Agebam iudicem patrem) Virum, pater, an iudicium, vel *iudicis partem*? GRON. *Agebam iudicem patrem. Pater ego*, Gron. unde Schult. *agebam iudicem. Pater*, *Pater ego.*

Et passus) *Et* deest Lucae.

Pariter) *Et pariter et feci*, Leid. pr.

Idem patris) *Patris* deest Leid. pr.

Rumori) *Minori*, W.

Ne quid aliud) *Ne quid; ne aliud*, Gron.

Pronuntio) *Ecce reatus*, *iudicium*, *pronuntiatio*, Obr. in Gron. videtur fuisse *pronuntias*.

uxorem, feci ne mihi crederetur. Fateor igitur, nihil ad certum indubitatumque perduxi, hoc est quinimmo, propter quod ad mortem usque contendi: non explicant tormenta quaestionem, quae occidunt. Quid, inquit, dixit? felicem te, misera, si nescis quid dixit: ita non es contenta conscientia tua? non sufficit, quod non habuit ille, quod negaret, quod fateretur? poscis verba quaestionis, cogis, extorques: testor, tu facis, ne possis negare quod dixero. Quid dixit? parasse se parentibus venenum? negas: proditionis agitasse sermones? negas: tyrannidis inisse consilium? negas: et quidquid dixero, negabis. O bonae conscientiae incauta simplicitas! ita non times, ne coactus loqui multa fingam, multa componam? si potes scire, mulier, an mentiar, scis quid dixerit. Quid dixit? nihil: quid dixit? omnia; maledixit seculo, fecit temporibus invidiam, detestatus est patrem, conviciatus est matri: quid dixit? plus quam interrogabam. Vicisti, mulier, obstinationem meam: audi breve succinctumque responsum, quid dixerit; quod quaeris, quod putas.

XV. O si quis in illam vos secreti nostri potuisset adhibere praesentiam! vidissetis novum genus quaestionis, stabam senex furiis monstruosae feritatis accinctus, manibus exsertis, hinc ignibus, hinc verberibus armatus: super ora, super oculos iacentis assistens clamabam, furiose, demens, tace: et ille velut exustis am-

Ne mihi crederetur) *Ne mihi occideret*, W.

Nescis quid dixit) Francius volebat, *dixerit*.

Tu facis, ne) *Tu me facis ne*, Voss. pr.

Proditionis agitasse sermones? negas) Haec desunt W. Leid. pr. Voss. pr.

Quid dixit? plus quam) *Qui dixit plus quam*, W.

Responsum, quid dixerit) *Dixit*, W.

Quod quaeris, quod putas) *Quid quaeris, quid putas*, Leid. pr. sec. Voss. pr.

Monstrosae) *Monstruosae*, Leid. pr. sec. Voss. pr. Colb. vid. ad decl. 4, 20.

Exsertis) *Erectis*, Gron.

Assistens) *Exsistens*, Voss. pr.

Demens, tace) Francius corrigebat *taces*.

putatisque, per quae dolor exit in verba, fuit attonitus, amens. Quoties admotis ignibus ad aliquam corporis partem, totum pectus imposuit? quoties hiatu oris, avide flammas adversus exeuntia verba collegit? quum vero iam totus calor verberibus expulsus, viribus novissimi doloris erumperet, pertractis ab ima pectoris parte suspiriis brevissime collecti spiritus, ille, quo redditur anima, singultus fuit similis exclamaturo nescio quid, quod et tu fortassis audires. Occupavi, fateor, et advocatis, quas iam consumpseram, viribus, manibus, telis, totoque corpore pariter annixus antequam mentiretur, occidi. Misera temporis illius recordatio! deficientem in manibus meis filium vidi, adspexi ora pallentia, frigidos anhelitus, interrupta suspiria, et animam magno silentio exeuntem; non tamen tormenta laxavi, non subtraxi restinxique flammas. Miserere, mulier, ne quaeras amplius vocem huius affectus; filium, qui moriebatur, occidi: non perdidi tamen, non perdidi unici mortem, fortuna: non perdidi; iam me non interrogat, nisi sola mater: consiste, agedum, mulier, loco meo, et in habitum paterni furoris accincta admove equuleos, flagella, laminas: praedico, testor, aliter non possum loqui, aliter mihi non potest credi.

Dolor exitus) *Dolor exit in verbis*, Leid. pr. *Dolor exit in verba*, W. Gryph. Colin. Vidov. quod placet. *Dolori exitus in verba*, Obrecht.

Pertractis) *Pertractatus*, Gron. ut supra *adortata* pro *adorta*. *Pertrectatis*, Voss. pr. Forte, *protractis*.

Et tu) *Et* deest Leid. pr.

Adnixus) *Adnisus*, W. Leid. sec. Voss. pr.

Filium vidi) *Filium meum vidi*, W.

Advocatis) Francius volebat, *revocatis*.

Restinxique) *Restrinxique*, W.

Non perdidi tamen) Desunt Leid. pr. sec.

Non perdidi unici) *Non perdidi iam unici*, Leid. pr.

Fortunam: non perdidi) Scribendum: *Non perdidi tamen, non perdidi unici mortem, fortuna: non perdidi, iam me non interrogat nisi sola mater*. Gron.

In habitum p. furoris) *In ambitu p. doloris*, W. *Doloris* etiam Leid. pr. Voss. pr.

Equuleos) *Oculos*, Leid. pr.

XVI. Quamquam, miserrime iuvenis (fas est enim iam tuos alloqui manes), exprimere mihi vocem nullus poterit dolor; quantum volet, laceret, vel occidat: vincere me tormenta docuisti. Si tamen fas est cogitationis memoria tractare verba miserae quaestionis, cur me coram populo magis interrogas? eamus, uxor, in illam desolatam domum, in illud iam patris filiique secretum, ibi me interroga, ibi, ubi torsi, ubi occidi, ubi adhuc forsitan filii tui vaga per moestos penates anima discurrit: porrigat aliquis imaginem iuvenis occisi, ponat in sinu matris illas vestes, quibus ipsa iuvenem misera comebat: eamus ad tumulum, misceamus super busta lacrymas: ibi aut tacebimus pariter, aut invicem confitebimur: iam iam miser mori possum, explicuit te sollicitudo, pietas. Non scribo tabulas, testamento suprema verba non credo, et ego moriar in tormentis meis: illud tantum novissimis precibus a te, civitas, per liberos, per coniuges, per natos, a te, uxor, per occisi iuvenis umbram peto, a te, mater, ne quid amplius quaeras: tu infamiam ne dicas.

Nullus poterit) *Nullius p.* Voss. pr. Francius volabat, *nullus potuerit.*

Quantum volet) *Quantumque volet*, W. *Quantulum volet*, Leid. pr.

Super busta) *Supra busta*, Leid. pr. sec. Voss. pr. *Per busta*, W.

Suprema) *Supremo*, W. Leid. pr. sec. Voss. pr.

Per coniuges, per natos) *Ferre coniuges paterne*, W. Voss. pr. *Per coniuges peto a te uxor*, Leid. pr.

Tu infamiam ne dicas) Haec verba ad civitatem vel populum diriguntur, non ad matrem, a qua quod peteret, iam exposuit; hic indicat, quid a civitate vel populo: nimirum, *tu infamem ne dicas.* Sic enim scribendum censeo. Quod, ut et superiora, pluribus illustrari potuissent; sed et nos festinamus et typographus. Gronov. Legendum possit videri: *Ne quid amplius quaeras* (ex me morituro, aut post mortem meam) *tuam infamiam ne dicas.* Praeterea in Gronov. erat: *N. precibus a te civitas p. l. p. c. p. natos ne de me uxorem dissentire permittas.* Vnde corrigebam, *sic sentire permittas.* Sensus emendationis, ne permittas sic de me sentire uxorem, quasi mortem mihi acceleraverim, ut illi conflarem invidiam. Sch. *Tu, infamia, ne dicas*, Obr. *Tu famam*, Leid. sec. *Tu famiam*, Voss. pr.

EX QVINTILIANO

EXCERPTA

NVNC PRIMVM EX CODICE VOSSIANO

QVI EST

IN BIBLIOTHECA LEIDENSI

EDITA.

EX QVINTILIANO
EXCERPTA.

CAECVS IN LIMINE.

ARGVMENTVM.

Ex incendio domus adolescens patrem extulit: dum matrem repetiit, et ipsam, et oculos amisit. Induxit ei pater novercam. Haec se incesti a caeco appeti patri insinuat; venenum etiam illi parari, quod iuvenis in sinu haberet: sibi dimidiam bonorum partem promissam, ut porrigat. Intravit ad caecum pater: interrogat, an vera sint. Ille negat. Exquirit reperitque insutum venenum: quaerit cui parasset. Ille tacet. Recedit pater, et, mutato testamento, novercam facit heredem. Eadem nocte strepitus in domo fuit. Familia intravit: occisum invenit, novercam iuxta mortuum dormienti similem, parietem sanguine palpatum, caecum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub pulvino cruentatum. Accusat caecum noverca.

Noverca. Miror non sentire vos, patres conscripti, tantorum malorum tam evidentes probationes, pudetque in tanta turba rerum per se loquentium accusantis subire operam: non est opus verbis, si rerum ordinem recte aestimetis; cogitis tamen; et dicam minus, quam actum sit. — *Quintilianus.* Sentio, iudices, pudori iuvenis, pro quo minimum est, quod parricida non est, gravissimum videri, quod contra novercam absolvendus est: plurimum quoque caeco de reverentia perire

virtutum, quum in patrocinium eius affertur, quidquid alium defenderet innocentem: sed ad causam venio. Cur abdicatus est filius? — *N.* Quia in patrem perfide egit. — *Q.* Nullus ab incredibili incipit: infinitum est, quod fecisset videns, si potuit parricidium caecus facere. — *N.* Novercam prius tentabat. — *Q.* Praesente vel absente patre? — *N.* Absente. — *Q.* Idem faceret etiam, eo praesente: caeco praesens absens est. Tu vero insidias parabas. — *N.* Ego ei dona dabam, non insidias. — *Q.* Mulieris dona insidiae sunt. — *N.* Me sibi alliciebat; patre veniente se subtrahebat. — *Q.* Sed nec venientem videbat. — *N.* Venenum se habere negavit. — *Q.* Si quidem nemo habet, quod nescienti illatum est. — *N.* Conscius spoliari noluit. — *Q.* Quia immeritum se scivit. — *N.* Insutum repertum est. — *Q.* Subtilius noverca, quam caecus suit. — *N.* Rationem parati dare non potuit. — *Q.* Peccatis praemeditata ratio nunquam defuit: miror eum non dixisse; volui, parricida sum. Venenum, quod portat caecus, ipsius est: sic accusat. Sed esto: suum sane sit; quomodo porriget? — *N.* Mihi promisit dimidium, ut porrigam. — *Q.* Quid? Secreto, Patres Conscripti, de parricidio privignus et noverca loquuntur: ita se non putat uterque tentari? Nunc locum istum transeo: sed, per Deos immortales, quae servatori patris cum veneno ratio? quam incredibile est, ut patrem oderit, veneno tentaverit, qui, ut perderetur, pati non potuit? quid opus est veneno? servasse matrem potuit; parricidium sic fecisse, ut optimus videretur filius. — *N.* Atqui nunc infestum habebat, quod scilicet novercam induxit; quod in secretam partem abstrusit. — *Q.* Immo consilio ipsius iuvenis actum est, ut domum, quae caecum tantum habebat et senem, novo consolaretur coniugio. Quid autem in publico caecus? nusquam minus offenditur, quam in secreto. Sed dono,

ut commotus sit; non tamen adeo: nusquam infestissimus erat pater, qui in locum successit oculorum. — *N.* Atqui pro matre potius excaecatus est. — *Q.* Patri caecitatem praestitit, qui oculos amisit, dum, quam pro eo reliquerat, repetit. Nihil agis, mulier: facilius est, ut occidat patrem, a quo sit ipse servatus. Omnium hic, quos miseros fecere virtutes, innocentissimus; parricidium negavit ante, quam pater occideretur: fac tamen velle: numquid illud elegisset tempus, quo non nisi cum noverca reperitur pater? Istud etiam dono: quo autem modo per tot domos inauditus pervenisset. — *N.* Iam tunc iter consuerat. — *Q.* Esto: atqui non uno, non duobus ictibus super pulvinar iugulari poterat? quid dormis? — *N.* Secura eram. — *Q.* Quod quod manus non erravit; non in te cecidit, sed ipsam eius statim percussit animam; nonne etiam palpitavit? nonne plane tum citavit? tu iuxta quid dormis? — *N.* Quomodo actum sit, a pariete quaere. — *Q.* Quivis igitur parietem palmet: tertio non tinguet. Sed et vestigia caeci ac mulieris non conveniunt. — *N.* Quid? quod in limine repertus est. — *Q.* Facie quidem ad planctum versa. — *N.* Non habes, quid pro in se dicas. — *Q.* Abunde scis, quid nocens primum abicit? illud, unde facinus peregit. Congesta sunt, P. C., in miseram caecitatem venenum, cruor, ferrum; et quidquid non potest esse negligentiae, nisi nescientis. Vobis autem notum est: non debet caecus suspicionem argui, sed deprehendi. Te vero super omnia testamentum mutatum arguit.

Quod quod) Forte, *Quid? quod manus.* Vt mox: *Quid? quod in limine repertus est*, et centies alibi.

Tertio) In MSS. est *ttio*, sensum puto esse ex decl. 1, 11: *Debet proxima pars a cubiculo patris habere plurimum sanguinis, sequens minus, tertia minimum.* Vnde et contraxisse in unam, duas priores declamationes excerptorem videmus.

Quid pro in se dicas) Corrupta verba, nec sequentia clara; mox lege *suspicionum.*

MATHEMATICVS.

ARGVMENTVM.

Quidam de partu uxoris mathematicum consuluit. Is respondit, virum fortem nasciturum, et parricidam. Quum adolevisset, qui natus est, bello patriae fortiter fecit: causam voluntariae mortis in senatu reddit. Pater contradicit.

Vir Fortis. Positus, P. C., in ea conditione tristissimae sortis, ut nec morte dignus sim, nisi parricidam me putetis, nec praemio, nisi innocentem; adeoque ludibriis miserae sim necessitatis implicitus, ut odii mei favorem impetrare a vobis habeam; quaeso per omnia, quae ante hoc tempus circa nos ordo veritatis explicuit, attulisse me credatis urgentium malorum probationem. Mori debeo, quia non aliter parricidium vito: sepulturam peto, quia praemium merui fortiter agendo. — *Pater.* Proponit, P. C., quod non necesse est; petit, quod donandum non est. — *V. F.* Donandum esse, patet: ego illud pro omnibus meritis loco praemii peto. — *P.* Si pro benemeritis mortem datis, pro contrario quid donabitis? — *V. F.* Non id peto, ut mortem donent, sed legem sepulturae ut leniant. — *P.* Illam potius leniant, quae parricidam in profluentem mittit. — *V. F.* Nisi me andierint os am̊ iuvenes in servanda republica tepidi fient. — *P.* Nisi te servaverint omnes, qui minus egerint, desperati erunt. — *V.* Vtrumne vivere debeat, qui nasci non debuit? — *P.* Vtrumne mori debeat, per quem virtus vivit? — *V.* Videtis, quid sequatur, P. C.: in ea quidem peribit probitas reipublicae; non peribit opprobrium, si eius salvatio ad parricidas defluxerit. — *P.* Dum mori mavis, probitatem salvas;

Nisi me) Locus corruptus. Forte, *nisi me audierint, omnes omnino iuvenes, in servanda reip. tepidi fient.*

dum senatus, quod suum est, facit, opprobrium non incurrit. — *V.* Quomodo mea vita ducenda sit, non video: membra mea suspecta habeo; me ipsum timeo: iam mihi vita mors est. — *P.* Sic, sic etiam vivendum est, ut pro republica moriendo vivas. — *V.* O quantum scelus, ut pater etiam suspecto tam gratus filio, ab eo, quem servat, perimatur! — *P.* O quanto maius, ut iuvenis tot patribus totique reipublicae gratissimus in conspectu omnium moriatur! — *V.* Videte incommodum; si patrem occidero, ut factum iudicat, dolore motus mihi manum imponam. Peribit igitur uterque: levius ergo, P. C., ut solus moriar. — *P.* Sit sane incommodorum examinatio, si moriatur ille, et ego. Quid mater? quid sodales? quid quod ille fortis, ego debilis? ille iuvenis, ego senex? ille futurus, ego praeteritus? Quis potius morietur, quam qui fere mortuus est? quis satius vivet, quam per quem omnes vivunt? quis maiora aget, nisi qui maxima egit? ad ea igitur servandus est. — *V.* Atque maioritas hoc scelere implicabitur: a praesagiis nihil exigas, nisi ut de tribus duo praecesserint: tertium factum puta. — *P.* Immo in dubiis multa deprehendimus; plura reprehendimus: de futuris nullum certum est, donec accidat. — *V.* Mathematicus quem fefellit? Caelum quando erravit? Deus quando non explevit? — *P.* Mathematicus, si homo est, fallere potest: caelum non errat, sed non semper deprehenditur: vidi ego stellas rutilantes subita, nescio qua, invidia obfuscatas videntibus subtrahi; sed et quaedam in tanto aëris spatio inconcurrere possunt; quaedam etiam in ipsis hominibus nasci, quae visum turbant. Pro deo autem si respondeam; sume, utrum vis, verum an falsum praevisum et edictum sit: si verum, nulla praecisione frustrabitur; sin falsum, nulla ratione metuetur: non igitur quare moriaris, ipsius etiam mathematici iudicio invenitur.

AEGER REDEMPTVS.

ARGVMENTVM.

Quidam duos habebat filios, frugi, et luxuriosum. Peregre profecti a piratis capti sunt. Luxuriosus languet. Ambo de redemptione scribunt. Pater omnibus suis venditis, proficiscitur: audivit a pirata, unius erit hoc, utrum mavis eligere: aegrum redemit, qui, dum revertitur, mortuus est. Alter ruptis vinculis rediit. Alimenta poscit; contradicit.

Pater. Aestimate, P.C., inopinatum calamitatis genus filium rediisse. Vivebam, ut viderem: sperabam, ut aleret. — *Filius.* Numquid ab eo alendus eris, quem piratis reliqueris? — *P.* Non relinquit, qui abducere nequit. — *F.* Potuisti sanum recepisse. — *P.* Non potuissem ad aegrum rediisse. — *F.* Patet, quod illum magis dilexisti. — *P.* De duobus talibus neutrum magis diligit, qui aegrum redimit. — *F.* Illum elegisti. — *P.* De duobus liberis nemo eligere potest; de miseris potest. — *F.* Tu relinquendum iudicasti: ille gavisus est; relictum tua mendicitate mendico; eius morte non doleo. — *P.* Haec me tua impietas absolvit; meliorem elegisse convincit; sed occasione non utar: sola miseria consuluit. — *F.* Ille iam solutus erat: iam eum pietas redemerat: ego vinculis, ego fame urgebar. — *P.* Quem pirata alebat, pater negligeret? In quem pirata pius erat, pater quid ageret? — *F.* Me redempto illum dimisisset. — *P.* Imo si ego non venissem, illum remisisset. — *F.* O quam aptam causam! si illum redditio, me redemptio reduxissem. — *P.* O multo aptiorem! fortem evadere, de-

Si illum etc. reduxissem) Lege, *si illum redditio, me redemptio reduxissent.* Illum aegrum sponte reddidissent, si me redemisses modo.

bilem redimere, patrem pascere. — *F.* Quod eum magis dilexeris, etiam convictus probat: illi semper lenis, mihi asper exstitisti. — *P.* Tu frugi, ille fragilis; te serio, illum misere diligebam: aliter, atque aliter, non magis atque minus. — *F.* Quis non indignetur, quod validus fragili, quod sanus aegro postponitur? — *P.* Quis inde potius indignetur, nisi si plus amatur? irasci enim, quod non sic postponatur, impatie hominis qui magis diligitur. — *F.* Ipse pirata utrumvis obtulit. — *P.* Conditio, non nisi duro redemptori ponitur. — *F.* Si durus esses, etiamsi non, iam certus in me haesisses. — *P.* Fateor, quod odiosum est, P. C., deliberavi, eoque languori adieci. Sensit aeger, quod essem neutro languente facturus. — *F.* Probat, quam irrationale fuerit redimi, non potuit reduci; quam inutile, mortuus est. — *P.* Atqui probat fortuna, quam rationale esset, dum facit residuum rediisse, quam utile; pater homicidio liber est. — *F.* Cur non maius attulisti, ut et ego redimerer? — *P.* Nemo pro liberis plus dedit, quam qui sibi nihil reliquit: feci, quod potui: tu redde, quod debes. — *F.* Ab eo pascendus es, quo mendicus effectus es. — *P.* Pro duobus pretium contraxi. Vis scire, quid pirata, quid pater egerit? duos redemi: unum recepi. — *F.* Ego mihi, non tibi debeo, quod redii. — *P.* Evasisse te putas: dimissus es: meum id fecit datum amborum pretium: mea pietas: a primo negligentes sunt in secundo: inde remittunt. Pasce igitur; et merui, et lex praecipit. — *F.* Pater pascendus est, sed bonus. — *P.* Quid legi imprecer? Aut pascas, aut vinciaris. Vah! ita pascit, qui cogitur: vis patris nomen non corrumpi? bonum patrem filius alat: lex malum; si vis, affectum debes: si minus, servitutem. Nullus pater malus est, quum infelix esse incipit: non potest nec malo patri gratia persolvi.

Impatie) Forte, *impatientis est.* — *Irrationale*) *Irrationali*, MSS. — *Redemi*) *Redimi*, MSS.

GEMINI LANGVENTES.

ARGVMENTVM.

Consulti medici dixerunt eundem esse languorem. Desperantibus reliquis, promisit unus, se alterum sanaturum, si alterius vitalia inspexisset. Sanato uno, accusatur pater ab uxore malae tractationis.

Mater. Quamvis, iudices, plurimum infelicissimae matris adversitas miserationis abstulerit, quod ex duobus liberis, pari desperatione languentibus, alter evasit; et plerisque maximum dolorem prima fronte tractantibus videatur aviditas gaudiorum, ut modo ad totius orbitatis redacta patientiam, iam non sit unius salute contempta; non possumus tantum affectibus nostris hanc primam tristissimae calamitatis alligare mensuram, quae ex ipsa solatii sui conditione descendit: filium itaque a patre et mendico, quem commisi, requiro. — *Pater.* Licet, P. C., doloris quantitas absolutum me recte fecerat, magisque plangendum, quam respondendum erat; ne quid tamen vel negligenter, vel humane actum putetis, impatientiae muliebri mos agendus est: idque primum audiat, quod communium liberorum rationem sibi non debeo. — *M.* Quae plus praebet animae et sanguinis, particeps erit tantum doloris? — *P.* Vt unus sanaretur, alter interiit. — *M.* Vt unus evasit, ita et alius evasisset. — *P.* Considera utrumque periturum, gaudebis unum esse redemptum. — *M.* Vide de duobus neutrum periisse, nisi occisum. — *P.* Ingratissima omnium mulierum non quereretur, nisi iste evaserit. —

Abstulerit) *Abstuleris*, MS. — *Alligare*) *Allegare*, in Declamatione, ut et *conditione*.

M. Insanissimum patrem omnium! desperare de utroque non potest, dum unus sanatus est. — *P.* Iniuste impetitur, qui aequo dolore confunditur. — *M.* Quisquis sibi rem magnam fecisse videtur, a dolore explicatur. — *P.* Non minus diligebam. — *M.* Non citius desperasses. — *P.* Ego tantumdem perdidi. — *M.* Non perdit filium, qui occidit. — *P.* Vnus non occidetur, ne uterque moriatur? — *M.* Duos occidit, cuius, uter occideretur, non interfuit. — *P.* Medici moriturum iurabant. — *M.* Ipsa desperatione debuerat crevisse Karitas. — *P.* Orbitatis impatientia confusus fui. — *M.* Te ipsum interfecisses. — *P.* Ad huius vitam me servavi. — *M.* Forsan ad illius mortem: satius erat orbum, quam parricidam esse. — *P.* Non est parricidium, nisi ex affectu. — *M.* Certe etiam si periturum elegisses sanandum. — *P.* In mortuis vivorum sanitas quaerenda est. — *M.* Sanitatis ratio decidit, si medicina tantumdem consumit. — *P.* Non elegi, sed uter interesse negavi. — *M.* Hoc probat: sic, sic: si evadat uter et uterque. — *P.* Fateor, P. C., diu deliberavi; non statim cessi. — *M.* Dum deliberas, dum detractas, in utroque parricidii peccas. — *P.* Quid facerem? dixit; sanabo. — *M.* Dixerat; occidam. — *P.* Nonne magnum, sanare filium? — *M.* Nonne maius, occidere alterum, maximum aegrum? — *P.* Salva est pietas, ubi, quidquid fit, pro vita fit. — *M.* Maxima est impietas, occidere filium pro homine, quem non putas evasurum. — *P.* Cui credendus est aeger, nisi medicis? — *M.* Atqui ipsi desperabant. — *P.* Speravit unus: credidi. — *M.* Quibus verbis? — *P.* Causam ignoro: ex inspecto remedium scio. — *M.* O fallacissimum! dicit se, quod nescit, scire. — *P.* Caput deposuit. — *M.* Ne-

Ex affectu) *Exaffectum* MSS. — *Maximum aegrum*) Lege, *maxime*.

mo non tutus promittit, quod expertum iri non debet. — *P.* Idem est languor. — *M.* Qui nescit, quod genus, nescit an idem. — *P.* Simillimi. — *M.* Tamen discreti. — *P.* Simul orti. — *M.* Multum caeli interlapsum est. — *P.* Simul languerunt. — *M.* Simul evaderent: sed cur occidis? — *Medicus.* Vt sanitatis causam inveniam. — *M.* Id est, ut inveniam, cur non debeam. Cur aperis? — *Med.* Vt inquiram. — *M.* Si statim moritur, non acquiris: si durat, sanari poterat. Quis autem, P. C., inquirendi modus est? in viscerum tractatione levissimum est, quod mortuus est. — *Med.* Pactum solvi: unum sanavi. — *M.* Patet, quod unus occisus sit: quod autem alius per eum sanatus fuerit, nunquam constare poterit: insuper quod totius doloris cumulus est, quod tam desolatii honus est, viventis etiam vita laesa est eo, quod fratris morte notata est: maluisset ipse, quam sic vivere, languere, mori.

Desolatii) F. *desolati onus.*

CORPORIS PROIECTI, SIVE ANVS CAECAE.

ARGVMENTVM.

Qui habebat uxorem et filium, captus a piratis, scripsit domum de redemptione. Vxor flendo oculos amisit. Filius, retinente matre, profectus vicariis manibus patrem redemit: id est, in vinculis decessit: abiectus in mare, et appulsus ad litus patrium evectus est. Pater eum sepelire vult. Mater prohibet.

Pater. Quum diversissimam, P. C., auribus vestris calamitatem auferam; nam et id doleo, quod a piratis solutus sum, et quod a filio nimium dilectus: super omnia tamen id angor, quod supremo prohibeor obsequio. — *Mater.* Licet totam, o iudices, saevitiam in me fortuna congesserit, nunquam tamen id timere potui, ut a marito remotam, a lumine privatam vellet deserere et filius. De levioribus agam: mulier sum: quae huius sexus patientia? quae vires? quod consilium? — *P.* Haec autem sexualis debilitas venia satis fulta est, nec militare, nec navigare, nec orare: uno etiam in loco levibus officiis addictae estis. — *M.* Quid quod affectuosa quibusque movebar minimis? inpatiens difficilius regitur? — *P.* Recte solus non suffecit pro patre *iüt.* — *M.* Omnium ingratissimum exstitit: tu ludos negabas, ego patiebar: tu cedebas, ego protegebam: tu impensam stringebas, ego solvebam. — *P.* Maius est mores constituere, quam corrumpere; acquirere, quam solvere: ei etiam acquirendo captus sum. — *M.* Quid quod caeca dimissa sum? est aliquid ipsa caecitate formidolosius?

Id est) Lege ex vulgatis *idem*, et mox *eiectus* est.

iut) Forte, *utrique*, vel in *utrumque*.

nonne qui hoc sensu privatus est, ceteris omnibus laesus est? — *P.* Hanc formidinem rerum ! parum consuetudo, locus et familia removebat: vivendi vero damnum reliquorum sensuum voluptates sarciunt: ego omnibus his privatus eram: litigare caeci possunt, captivi nec vivere. — *M.* Quid quod annis solatio destituta sum? nihil habet natura senectute miserius: haec etenim nec amat quemquam, nec amatur ab ullo. — *P.* Invidiosa igitur est: a iuniori itaque consolari non potest. Pro eo aevo eundum est. — *M.* Vide, quam non amaverit: praesens pro absente neglecta sum: omnibus sensibus eum praetulit. — *P.* Non fuit non amare; non praeferre, non id egerit, et praesentem et absentem amisit. — *M.* Quid quod ego rogabam, ille sciebat? — *P.* Nullo modo magis exprimitur affectus, quam literam: visus, quam auditus, altius imprimit: ipsa videtur; ipsa relegetur. — *M.* Haec omnia praetereo: ad id venio, quod mater relicta est. — *P.* Adde pro patre, et nihil delictum est. — *M.* Quid? nonne ego magis contuli? nonne animam dedi? novem mensibus fovi? — *P.* Atqui ego genui: tibi commisi: meum reddidisti. — *M.* Noluit mihi oculos reservari. — *P.* Atqui voluit oculis cariorem reddere. — *M.* Si eundum erat, cur non prius ivit? — *P.* Quia detinuisti: quia locum ignorabat. — *M.* Cur redemptione non egit, ut ambo redissent? — *P.* Tibi censum dimisit: se ipsum posuit. — *M.* Magis ipsa pro te, quam ipse pro me passus est. — *P.* Quidquid in me egit, pro te fecit: nonne magis mori, quam caecari? — *M.* Vivam non consolatur: mortuus non recipietur. — *P.* Stulta est cura, quae spe caret: ego redimi poteram; tu sanari non poteras. — *M.* Com-

Parum) Puto *privatarum*. — *Quam literam*) Forte, *quam per literam*. — *Redemptione*) Forte, *de redemptione*.

nunc opprobrium erat: haec misera nec maritum habet, nec filium. — *P.* Nunc tale est: hic miser nec patrem habet, nec matrem; vel si habet, quo facto? pater vitam, sepulturam mater aufert. — *M.* Intellexerunt piratae: proiecerunt: noluit eum tellus; non vult eum mare. — *P.* Sepelissent certe; sed immanitate sceleris diu fluctuant: tellus optabat; sed mare tibi reservabat: quid dicetur? obtulit mare matri, mater mari. — *M.* Non agnosco filium. — *P.* Imo non ego uxorem. — *M.* Non credo meum, quod non doleo. — *P.* Crede, et dolebis: si hoc habet caecitas, ut non doleat, ego caecus fiam: an, quia non amasti, non doles? — *M.* Nisi amassem, non detinuissem. — *P.* Si amas, cur non recipis? sin autem, cur detines? — *M.* Malebam utrumque, quam alterum. — *P.* Imo neutrum: nec passa es maritum redimi, nec filium sepeliri. — *M.* Patior, si prius lex passa fuerit, quae de calamitate agit. — *P.* Esto: nonne parenti succurrit? utrique non potuit. Ite: insepultus abiiciatur: non negat post abiectionem sepeliri. — *M.* Quid est, P. C., aliud, matrem dimittere, quam non filium esse? nemo potest et dimittens et filius esse. — *P.* Sane, si alienus est, sepeliri debet. — *M.* Atqui manus non addam. — *P.* Sed nec nostras prohibebis. — *M.* Quid nutatis, iudices? filiorum novistis levitatem; nisi istum vindicatum sit, maternitas peribit: pretium. — *P.* Nonne, iudices, omnes patres estis? Omnes piraticari potestis; nisi haec redemptio recta sit, frustra generatis; frustra filios habetis: peribit totius vitae ratio.

TORMENTA PAVPERIS.

ARGVMENTVM.

Pauper et dives inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadan pauper cum filio revertebatur. Interfectus est adolescens Offert se pauper in tormenta, quod sit a divite interemptus. Dives ex lege contradicit.

Pauper. Sentio, iudices, casibus meis id accrevisse, ut nec vindicari dolor queat, nisi saevus videar; et si talis fuero, plurimum calamitatibus meis miserationis deperire. Vos autem, quid non, quo talione arguam, considerate: percussorem filii mei video: facinus vestrum est, non reprehendere, si falsum est: facinus meum, non probare, si verum. — *Dives.* Levius fallaciam esse, quam facinus probari potest. — *P.* Vtrum sit, quaestionibus inveniendum est. — *D.* Quomodo scire potes? obscura nox percussoris notitiam abstulit. — *P.* Tibi vero iunioris electionem auferre non potuit. — *D.* Inimicum me habes, inde accusas. — *P.* Atqui et tu mihi solatium non impleres, et ille interim aufugeret: falleris: hominis, cuius unicus occisus est, unus inimicus est. — *D.* Cur non te potius, quam filium? — *P.* Vt in illo utrumque perimeres: ideoque ille occisus est, ut viderem; ille fortior, ille, qui in mea morte aliquid egisset. — *D.* Cur non ambos. — *P.* Quia defendi non poteras. — *D.* Quis mecum in actu stetit? — *P.* Facinus sic deposuisti, ne ab alio cognosci posset. — *D.* Quos testes adhibes? — *P.* In has angustias facinus strinxisti, ut soli adessent, qui ageret, et cui non crederetur:

Deposuisti) Lege, *disposuisti*, vid. ad decl. 12, 1: *Ordinare*, 18, 1.

fortuna etiam mihi tam socios ademit, quam servos: ille mihi pro utroque erat. Pro sociis sanguis hic, pro servis tormenta stent. — *D.* Hoc autem probationis genus inter liberos iniquum est. — *P.* Nullum videri debet iniquum, quod est unicum. — *D.* Pro fidem hominum! iudices, attendite: cur non id potius egissem per alium? — *P.* Quisquis mandat, magnam sceleris voluptatem amittit. Duo crudelissima coniunxisti; ut et tu faceres, et ego viderem. — *D.* Cur non adiuvisti? cur non percussorem invasisti? — *P.* Hoc vel socii vel servi possunt: vultis, invadam, o iudices? quis interim labentem excipiet? — *D.* Cur saltem non clamasti? — *P.* Quum animus abest, ei vocem adesse quaeris? filium coram patre occidere secretum est; tormentis autem publicum fiet. — *D.* Libertatis respectu tormenta non colligo. — *P.* Immo vero conscientiae trepidatione, qua torqueri inimicum non vis: quae, tu, est haec pietas. — *D.* Malo te vita frui. — *P.* Certe: sed ut nostro dolore fruaris magis; quum effeceris, ut optem, non potest magis torquere, quam tormenta negare. — *D.* Misereri debetis, o iudices, corporis sponte pereuntis. — *P.* Animae potius misereantur: corpori non parcant. — *D.* Adeo composuit; adeo animum firmavit, tormentis non defidit. — *P.* Neminem in tormentis comitatur animus: in quaestionibus tantum corpora sumus. — *D.* Adeo durus est, ut non laedatur. — *P.* Non adeo durus tamen, ut non moriatur. — *D.* Atqui liberum hominem torqueri non liceat: legem audite. — *P.* Hoc eius responsum est, cuius tormenta poscuntur: hoc tantum est, ut nemo liber invitus torqueatur. — *D.* Numquid lex corrumpenda est? — *P.* At sane intelligenda, quae a servis

Quaeris) Lege *credis?* vid. ad decl. 12, 11.

Quae, tu) Lege *quae tua*, vel *quanta est haec pietas.*

Defidit) *Diffidit.*

non secernit: impatientiae tantum nolentis succurri Omnium beneficiorum natura est, ut non sit necessita sed potestas: quidquid honos est, desinat esse, si cogas —*D.* Itane omnes aliae leges rigidae et constantes erunt haec sola ad placitum? — *P.* Quae vero omnes? Caeci talionem permisit, non coëgit: caedem vindicare pass est, non praecepit: nescis, improbe, nescis? paene le vius est ultionem perire, quam potestatem: servituti genus est coacta libertas. Vis scire, quid lex ista promi serit? non exigo, ut torquearis. — *D.* Non est mirum P. C., si mavult mori, quam vivere, qui mavult servus quam liber esse. — *P.* O prava libertas, ex qua oritur occidendi facultas: ego vero vindicari malo, non mori. — *D.* Torqueri non debet, qui tormenta exigit. — *P.* Quid interest exigam, an recusem: brevi verum fatebor invitus. Non debet postulans non torqueri; sed tormentum duplicari; sed diu non credi; sed obiici: tu ipse postulasti. — *D.* Intelligite, P. C., intelligite: si huius postulationi cesseritis, peribit conditionum discretio: peribit legis observatio: peribit libertas. — *P.* Non minus adest, iudices: si enim huius protervitati aquiescitis, vertetur in actionem permissio, in depravationem legis determinatio, in neglectum paternitatis veneratio: et, ut tormentis salva sit iustitia, plus est, de quo quaeritur, quam quomodo quaerendum est. Iam tandem infirmitatem meam vobis allego: si vocem meam in equulei ignibus amisero, tamen vidi: si undique collectus dolor occiderit, tamen vidi.

GLADIATOR.

ARGVMENTVM.

Dives et pauper odiosi. Filii eorum duo dilecti sibi invicem fuere. Poscit legatio divitem. Vadit filius: piraticatur: rescribit. Moratur pater. Amicus vadit: venditum reperit gladiatore paratum: subit: moritur. Redemptus redit: patrem defuncti alit: abdicatur.

Filius. Licet, iudices, me nemo miserior exstiterit praeter unum, quem et ego miserum feci, nunquam tamen hanc miseriam timere potui, ne post redemptum per alienas manus filium, patri misericordia displiceret. — *Pater.* Misericordia quam non displicet; sed nec error placet. — *F.* Cur igitur abdicas? — *P.* Inimici filium dilexisti. — *F.* Non dilexi filium, sed amicum. — *P.* Non desinit esse filius, quia amicus: debuerat desinere fore amicus, quia talis filius. — *F.* Ego diligentem odisse non poteram: quem nec tu pauperem, si te amasset, oderas. — *P.* Impotentissimum me fecisti. Nemo cum illo stat, quem filius deserit. — *F.* Memento, pater, pro quo tot pericula subierint, non dices desertum esse. — *P.* Mihi unum auferebas, illi duos dabas. — *F.* Sic tibi unum auferebam, ut duos darem; sic illi dabam, ut neutrum in te haberet. — *P.* Qui solus est, habetque hostes, morti addictus est. — *F.* Vide, quam solus sit, pro quo filius mori perrexit. — *P.* Non poteras et illum amare, et me non odisse. — *F.* Numquid non poteras

Gladiatore) In MSS. erit *gladiate* superscripta ultimae syllabae *a*, an ut *piraticari*, sic novum verbum *gladiare*, vel *gladiatare* formavit? vel legendum, *cum gladiatore comparatum*, ad pugnandum scilicet.

Subierint) Lege *Subierim*.

et illum odisse et filium amare? — *P.* Ille mortem mih parabat; tu ei amorem. — *F.* Quid? patri mortem pa rit, qui filio vitam praestat? prae omnibus vincit, qu abeuntem non retinuit. — *P.* Quem retinere non potuit abire dimisit. — *F.* Atqui corripuisse potuisset. — *P* Rogas, ut inimicum meum pascam. — *F.* Rogo, u illum pascas, qui pro te egenus factus est; qui abeunt filio facultatem totam commisit. — *P.* Rogas, ut odien tem me, nec diligentem te amem. — *F.* Vis scire, quic tu, quidve ego debeam? pro te egenus, pro me orbu factus est: non potest non amare illum, pro quo sib nihil retinuit. — *P.* Pater nocentem pro filio amabit: filius inutilem pro patre non oderit? — *F.* Pro t ipso; pro te: ego enim pro te subii, ille pro me: reciprocatur ergo actus in te. — *P.* Tu laudem tuam exa minas, non meum opprobrium. — *F.* Non: servator enim meo nihil dare possum; tu nulli famosius, quam in immerito. — *P.* Ingrato serviam? — *F.* Nunquam praestitori ingratus fuit, qui sibi nihil praestare potuit. — *P.* Adiecisti vilitati nostrae, quod per inodiosos vita tibi servata est. — *F.* Accumulasti iunitati tuae, quod filio carere maius, quam odio. — *P.* Qui poterat tam constanter odisse, non poterit ulterius amare. — *F.* Qui poterat unicum filium obsidem dare, non poterit, quod sic emit, non amare. — *P.* Si durasses, ego venissem. — *F.* Si aeque amasses, non adeo lentus esses: fac ve nisse; sed nec sic redimi potuissem. — *P.* Tu ipse su bisses, forsitan evasisses. — *F.* Fortior me interfectus est: fateor tamen me voluisse, sed dicebat unum interesse, utrum mortis vicarium mallem, an comitem: nemo unquam pro missione magis rogavit; sed et in ipso

Inodiosos) Forte, *mihi odiosos*; vid. ad decl. 19, 6. *iunitati tuae*) Puto *immunitati tuae*.

scrimine omnia vulnera aeque tulit: hoc uno moritur, uod amplius amicum non videbit. Postremo mihi pa-·em dimisit: ego non alam? Viderint, P. C., ego re-emptionis meae pretium peto: si impetro, fecit pater on quidquid debuit: si minus, non intelligo, quomodo parricidio se solverit, sed nec ego me a debito, nisi et d mortem revertar.

SEPVLCRVM INCANTATVM.

ARGVMENTVM.

Quae defunctum nocte videbat, marito indicavit. Ille, mago adhibito, sepulcrum incantavit. Mater filium videre desiit: maritum malae tractationis accusat.

Mater. Nova, P. C., calamitatis differentia, tam pro ilio, quam pro matre: in maritum malae tractationis acrymas effundo. *Pater.* Fictum, et muliebre argumentum est. — *M.* Nunquam fructum fuit, quod exclamavit calamitas. — *P.* Si quid matri de morte filii dolendum erat, ad sepulcrum potius flendum esset. — *M.* Plus mihi pater, quam urna abstulit: venientem ab urna filium alligavit. — *P.* A me quaerit, quod combussit. — *M.* Odi ignes, odi rogum; donec eriperetur, tenui: rediit; impedisti. — *P.* Si impeditorem quaeris, mortem accusa. — *M.* Mors multum reddidit, tu totum abstulisti. — *P.* Quidquid post mortem memoratur, doloris renovatio est. — *M.* Non potest de reddítu dolere, quae de morte non potuit consolari. — *P.* Si meum repetis,

Adhibito) *Adhibitos*, MSS. vitiose. *Fructum*) Obscurius expressum verbum in MS. erat, sed legendum, *nunquam fictum fuit.*

defunctus est: si alium, non habui. — *M*. Nam ade defunctus est, qui rędit, qui consolatur, qui horas se vat, venire gaudet, redire promittit. — *P*. Inauditun incontingens postulat. — *M*. Si magnum est, quant rarius, tanto maius. — *P*. Nihil deterius, quam di sperare, nocte falli: utrumque tempus amittitur. — *M* Nihil iucundius, quam die desiderare, nocte frui. — *P* Omnes matres in invidiam ducit, qui quidquam ad ea ab urna redire arguit. — *M*. Illae sane invideant, dur ego invidia solvar. — *P*. Ita nascimur, ut moriamur — *M*. Frustra nascitur, qui aeterno moritur. — *P* Infinitus erit luctus, qui nullum finem colligit. — *M* Parvus erit dolor, qui medietatem recipit. — *P*. Cu de filio magis credendum, quàm patri? — *M*. Qua magis sollicitatur, magis acquirit. — *P*. Si venisset, e quidem vidissem. — *M*. Si non vidisti, nescis, utrun venerit, an non. — *P*. Cur ad me non venit? — *M* Affectum matris moriens noverat: gratiam retulit: ill primum rediit, cui ereptus est: solve; veniet et ad te — *P*. Cur non in die? — *M*. Cur stella die non lucet lux in luce non discernitur. — *P*. Cur prima non veni nocte? — *M*. Infelix tenui, ne surgeret. — *P*. Inani persuasio ex cogitationibus orta erat. — *M*. Adhuc ori retur, et videri posset. — *P*. Maternos territabat inquietando somnos. — *M*. O paterni affectus! exicium filium videre timuit. — *P*. Ego etiam aeque perdidi. — *M*. Ex quo perdidisti, nunquam adeo desiderasti, ut videres. — *P*. Somnium est, quod quereris. — *M*. Esto quidquid ad miserrimos pertinet, eo crudelius eripitur quo minus est. — *P*. Non est tantum, ut hic tractan-

Dum ergo i. solvari) Lego, *dum ego invidia solvar*.

Exicium) Quid hoc monstri nescio, an *eximium*? sed voluit credo indicare iam perditum opinione vulgi, sed redeuntem matri, et si vellet, etiam patri. An *elicium*, ut Iupiter *elicius*? sed vix credo.

dum sit. — *M.* Si aeque doleres, quantum esset, sentires: vis audire, quod sentire non potes? Nihil de filio, nisi diem perdideram: venientem non lugebam. — *P.* Contra natura magis: defunctum redire cupis. — *M.* Quid? cuius ars contra naturam constitit, an matris, an magi? — *P.* Vt me solvam; aut nihil est animi nobis a morte relictum, aut mors ipsa nihil. — *M.* Quid? philosophia evacuata est? num anima immortalis est? non potest cum corpore interire, a qua corpus fabricatum est. — *P.* Esto: immortalis est: includi ergo non potest. — *M.* Cur igitur magus ascitus est? — *P.* Quo vinculo inclusus est? ubi catena? ubi moles? — *M.* Quo magis evocandus erat carmine, quo solo teneri potest, quidquid per se intelligens est. Scis, quid fecisti, omnium saevissime? omnium parricidarum maximum: illum abstulisti, qui mori non poterat: mihi nulla spes, nisi apud magum, relicta est: solus animam evocare poterit, qui includere potuit. — *Magus.* Laboriose inclusus est. — *M.* Venire nitebatur, tanto facilius evocabitur: dimitte, sevocatus est: exsecrabilis eris, si libentius ad ligandum muneraris.

Contra natura) Forte, *contra naturam agis*, *defunctum r. c.*

Aut nihil est) Versus sunt Lucani ex lib. III, 391. Nisi quod apud eum legitur, *Aut nihil est sensus animis morte relictum*, *Aut mors ipsa nihil.* Neque variant codices.

Parricidarum) *Parricidorum* MS. forte pro *parricidiorum*.

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS.

ARGVMENTVM.

Pauper et dives inimici. Vtrique tantum liberi. Bellum incidit civitati. Dives, dux factus, in castra profectus est. Rumor ortus est ab eo prodi rempublicam. Processit pauper in concionem: accusavit divitem proditionis. Absente eo a populo liberi lapidati sunt. Dives a bello victor reversus filios pauperis ad supplicium petit. Offert se pauper. Contradicit dives.

Dives. Nunquam id exspectaveram, iudices, ut de inimici supplicio quaereretur; nec posse de ultione dubitari, quam mihi tam liberi doloris civitas debet. Proditionis me inimicus notavit. — *Pauper.* Rumor fuit. — *D.* Atqui tu rumoris caput. — *P.* Mihi tam facile non crederetur. — *D.* Nihil est tam capax calamitatum, quam bellum. — *P.* Numquid non mihi inter alios loqui, flere licuit? numquid, quod rebus careo, verbis carere debeo? — *D.* Rumorem creasti: adultum in concionem detulisti: calumniatus es. — *P.* Esto, adhuc accuso: intenderas quid, sed liberorum morte perterritus es, tuam vitasti. — *D.* Si id intendissem, liberos non reliquissem. — *P.* Talionem subibo: mortem non vitabo. — *D.* Non erit eadem lex errori, et arti. — *P.* Nihil aliter, quam mortem tuam articulavi. — *D.* Vultis scire iudices: accusavit me eo tempore, quo non poteram damnatus occidi. — *P.* Legem suam civitas ob divitis impatientiam excedet? — *D.* Explicata est legis invidia, quum quis patitur, quod et fecit. — *P.* Cui unquam patri prohibitum est, pro liberis mori? — *D.* At tu mihi idem prohibuisti. — *P.* Nullus dolor morte maius est: hanc offero. — *D.* Parum dolet, quisque

patitur, ignoscit: innocentia opus est, ut miserum dolor faciat. — *P.* Si leges contemnendae sunt, eam simul auferatis, quae male meritis poenam parat. — *D.* Pro pudor! is legem nominat, qui immanitate sceleris legem damnavit. — *P.* Sit autem servanda, ea servetur, ut nocens puniatur. — *D.* Nulla poena est, nisi invito: infinitam datis sceleribus audaciam, si nocenti poenae praestabitis arbitrum. — *P.* Nihil inimico acerbius velis, quam quod ipse ferre non possis. — *D.* Atqui ego, saevissime, mortem opto: liberis carere non possum. — *P.* Egone tuos abstuli? — *D.* Audi, civitas, in te crimen transfert: scis, quid egit? liberos ad mortem, civitatem ad perfidiam, me ad proditionem coëgit. Nunc respondeo: nullum facinus publicum esse potest: omne commune persuadentis est. — *P.* Numquid peribunt innocentes? — *D.* Quid haeretis, iudices? numquid meos lex reperit nocentes. — *P.* Miseremini, iudices, quicumque liberos habetis, misereminі meorum. — *D.* Facinus est, iudices, praeteritarum mortium minorem esse miserationem. — *P.* Non video, quomodo obsit filiis odium patris. — *D.* Multo minus video, quid obsit meis amor patris. Adeste, iudices; audita nece liberorum, quid feci? merito remp. prodidi: factum esto: iam diu civitas defuncta est. Adhuc auctoris domus plena est. — *P.* Resipio: inimicum obtuleram: mali caput dabam: tu rectius tenes: illos habe. — *D.* Fateor, P. S., quid agam? si illos hausero, hic de paritate gaudebit: si istum, illi de orbitate mea tumescunt. — *P.* Intelligitis, iudices, divitis insolentiam: nec rationi, nec voluntati cedit: ab utroque iuste decidit, qui neutrum colligit. — *D.* Imo, nequissime, utrumque ratione obtineo. Constet licet utrinque numerus; quid forma, genus, probitas,

Pro pudoris) Lege, *pro pudor! is legem.*

super omnia bonus pater? pro his omnibus cadet, et pater non potest illis, et liberi, et pater, et civitas satiari. — *P.* In unam noxam duae vindictae non conveniunt. — *D.* Pro liberis liberi, pro patre pater talionem subeat. — *P.* Sit sane: ergo illos ad mortem paro. — *D.* Absit: nec osculaberis, nec salutabis, quod nec mihi id licuit. — *P.* Non pugno: veniant, et simul moriemur. — *D.* Minime: numquid mei uno perierunt ictu? nihil est crudelius morte populari. — *P.* Non fugio, et ego, et illi populum feramus: potes amplius? — *D.* Sed nec sic, quum miseriae mors finis est: iam deficio, P. S., nec utro, nec utroque satior: occisis liberis nil dolebit, nisi vixerit; minus etiam me, si vixerit. Relinquo vobis iniuriam, cuius vindicta nec praeteriri debet, nec inveniri potest.

Ictu) MS. *Ictum*.

PASTI CADAVERIS.

ARGVMENTVM.

Quum civitas fame laboraret, misit ad frumenta legatum quem praestituta die, inter quam rediret. Profectus emit; sed et aliam civitatem delatus, duplo vendidit, duplumque frumenti comparavit. Illo morante corporibus suorum pasti sunt. Reversus ad praestitutam diem reip. laesae accusatur.

Aliquis. Quamvis, iudices, innumerabiles indignationis causae me strangulent, quod nec dicere omnia simul possum, nec greges dolorum prorumpentium in singulis differre: ille tamen me praeoccupat, qui de vindictae dilatione oriatur. — *Legatus.* Iam primum, P. Q., obtestor, ne non iure in iram promoveamini. — *A.* Pro dolor! non nisi iure irascemur, qui contra ius viximus? — *L.* Quisquam sine ratione damnabitur? — *A.* Rationem quaerit, qui omnes nos irrationabiles fecit? reddamne, quod mihi abstulisti! — *L.* Quod libens legationem subii, puniar? — *A.* Atqui multi se offerebant, solus te cito reversurum promittebas. — *L.* Legatum me fecistis; redeo. — *A.* Omnis invidam legationem, si te a fame dimisit, ut per te fame periret. — *L.* Pro frumento illud habeo. — *A.* At ego populum non habeo. — *L.* Magis nocens ero, eo quod attuli? — *A.* Certe magis, eo quod magis poenitens fecisti: potu eri non comédisse. — *L.* Non quisquam irascitur, quod duplum recipit. — *A.* Maluissem recepisse dimidium: calcidus

Quem praestituta) Lege, *legatum aliquem, praestituta* etc.

Sed et aliam) Lege, *sed ad aliam.*

Omnis) Forte, *omnibus invidendam legationem! si* etc. *fame populus periret.*

Potu eri) Forte, *potui heri non c.*

Calidus) Lege, *Callidus n.p. rempublicam.*

negotiator perire r. p. locupletem mavult. Cur autem non quadruplo? — *L.* Non potui. — *A.* Si ad nos admonuisses, quin culpo vendidisses. Non tam care empta, quam exspectata est: atqui nos antecessus desiderabamus. — *L.* Ergo ego male gessi legationem meam, et fateor. — *A.* Caute laesionem reip. in lege male gestae legationis deflectis? Numquid si legatus fuisti, ideo rei, quam tractas, materia perit? laesionem reip. cognosce. — *L.* Si quidem ex me est; sed nunquam mea culpa fames coepit? — *A.* Sed titubantem stravisti, vulneratum iugulasti. — *L.* Fames fortunae imputanda est. — *A.* Recte prima illi, ultima tibi. — *L.* Lui: redii: citius non potui. — *A.* Bis emisti: semel duplo vendidisti: non fiunt haec cito. — *L.* Tempestate ductus sum. — *A.* O tempestatem tibi subditam! onustum ad famem tulit, exoneratum ad abundantiam: cur autem eadem ad nos aliqua non attulit? — *L.* A ventis quaere. — *A.* Recte. Quid in nave fregistis, in fune rupistis, in velo cidistis, in tritico excussistis, venti. — *L.* Certe: sed restituta sunt. — *A.* Esto: sed deos testor, cur non divertis? nunquam difficilius dimittitur triticum, quam apud famem. — *L.* Tempestas in unum agebat angulum. — *A.* Tu cum potestate in proximum locum naufragare. — *L.* Rarpes undique naufragium solum vetabant. — *A.* Sane portum intrasset repugna. — *L.* Pacem promittebant. — *A.* Cur saltem non impertisti? — *L.* Volebant totum emere: nolebant partem gratis recipere: famelicis aes nihil est. — *A.* Tu vero nostrum qui ausus es vendere? — *L.* Fame laborabant: timui, ne raperent. — *A.* Nequaquam: qui enim, quanti vult, vendit,

Si ad nos) Corrupta sunt; forte, *si ad nos admovisses, sine culpa vendidisses.*

In lege) Lege, *in legem.*

In velo cidistis) Forte, *scidistis.*

Rarpes) Quid haec vox velit ignoro; an nomen urbis latet?

Aes nihil) An *pars nihil est?*

potest non vendere: qui duplo emit, non festinat rapere. — *L.* Ego certe diu nolui. — *A.* Et nos illo diu periimus, et tandem voluisti. — *L.* Iam rapere susurrabant. — *A.* Tu patriae, aut illi aliquid nobis relinquerent, aut tu nobis iniurias retulisses; citius ad illud venissemus, quam tu cum illo rediisti. — *L.* Non aequa erat vobis cum illis pugna. — *A.* At saltem erat bene mori. — *L.* Non succurret p. a. quod addicit, veni? — *A.* Hac igitur ratione moratus es: fidum erat tempus: sed reddo. Nonne si ultra tempus stetisses, ira maris tibi profuisset? cur nobis infra tempus obsequium eius prodesse non potuit. — *L.* Hunc mihi diem dedistis. — *A.* Certe in haec verba fame laboramus; salutem publicam vehis: omnium rerum navigant animae: festina; nisi ad diem veneris, nihil agis: tu exspectas, nos perimus. — *L.* Ignorabam cladem. — *A.* Non potest, quum fame gravatam civitatem praenuntiaveris: tu illam pascis: nos vestris vescimur, non habitant una pudor, et fames; feras fericitate excedimus. Vnicuique sua imago sacra est. Primo nihil derogant, nisi totam in sepulturam; deinde beneficium est exspectare, dum moritur. Adhuc negas, remp. esse laesam: recte: non est laesa, quia plusquam laesa est. Non est resp., quia non iam res est. — *L.* Adhuc non pauci restant. — *A.* Considera, quales: aut exsanguis, aut satur est: omnes ergo a nobis imprecantur, aut non credunt. Vltima erat defensio, quam hic aufert: videbamus eius opera impulsi: si hic innocens est, nostra culpa est. — *L.* Fateor, mori merui: occidite. — *A.* At hoc mihi optavi. — *L.* Laniate. — *A.* At hoc mors feci. — *L.* Maius reperi, aut absolve. — *A.* Quid agam, iudices, nescio, nec vivere debet, nec ad mortem satis bonus est.

Fericitate) Vel *feritate*, vel *ferocitate*, legendum.

Mors feci) An, *mortibus feci?* id est cadaveribus, ut toties in declamatione sumitur.

APES PAVPERIS.

ARGVMENTVM.

Pauper, et dives vicini erant. Diviti in horto flores, pauperi apes. Questus est dives pauperi, flores decerpi: denuntiat, ut apes transferat. Illo non transferente, flores suos veneno spargit. Apes pereunt. Accusatur dives damni iniuria illati.

Pauper. Id primum, iudices, deprecor, ne taediosum vobis videatur, quod divitem pauper ago: non ego enim vivendi causam video: sicut habemus aliquid, migrandum est: quum perdidimus, tacendum. Apes mihi dives abstulit. — *Dives.* Quod a me exigis fame perire potuit. — *P.* Atqui adhuc alvearia referta sunt. — *D.* Hieme afflictae fuerunt. — *P.* Illam iam transierant: vere interfectae sunt. — *D.* A morbo repentino invasae sunt. — *P.* Nempe, quum enim sane exissent, in horto tuo mors eis parata est: tu flores tinxeras. — *D.* Nonne licuit mihi flores meos ad libitum tractare? — *P.* Sane si quidem libitum sine iniuria sit: damni autem iniuriosi sit actio. — *D.* Atqui hoc damnum dignitate iudicium minus est. — *P.* Omne ablatum magnum est, quo relictum minus est. — *D.* Vindicare flores meos non licuit? — *P.* Quis neget apes vindicandas lege, si flores veneno? — *D.* Damnum tuum apponis: meum audire non vis: flores corrumpebant. — *P.* Quasi tu illos ad vetustatem servares: non potest esse flos et non novus. — *D.* Servare non possum, corrumpi nolo. — *P.* Qua corruptione impatiens: num quid ideo citius arescit, citius

Pauper ego) Ita erat in MS. sed corr. *ago*; dictum autem videtur, pro *ago reum*.

Sicut habemus) *Si enim*, puto.

Iudicium) Pro *iudicum*, ut et saepe in declamationibus.

decidit? nonne ego tibi favorum primitias afferebam? — *D.* Immo tu, quod abstuleras, reddebas: ego, quod amiseram, recipiebam: nolo amplius, ut recipiam: amittere, malo, vindicare. — *P.* Adeo non abrupte: nonne prius demonstrare, calumniari debuit? — *D.* Vt transferres, denunciavi. — *P.* Non ego, Patres C., ad divitem, sed dives ad apes meas accessit: quo tamen transferrem? tu totam viciniam occupasti: nullum inveni agellum, in quo mihi dives vicinus non esset: nec tamen diu quaerere licuit: sequenti die damnum intulit. — *D.* Cur non oves, cur non pecudes, ceteraque innocua nutriebas? — *P.* Vix mihi tenuem ascendendi semitam reliquisti: arduum est gressibile: quaesivi violabile. — *D.* Ergo liberum, sicque non tuum. — *P.* Sane dum volant: atqui dum concludi, donari, vendi possunt. — *D.* Verum tamen extra imperium tuum: nec enim cohibere, nec regere potes. — *P.* Miraris, quod sermones non intelligunt: irrationales sunt: erunt peiores quod sine imperio omnia faciunt? — *D.* Quod universi pascunt, commune non erit? — *P.* Quomodo quod nascitur, meum erit: quod generat, alienum? — *D.* Nihil amisisti, quod habes. Nullum damnum passus es. — *P.* Itane non habui? noli impedire; videbis, ad quem venient: licebit occidere, quod non licet surripere? Itane non est damnum, perdere, quod ut habeas, oportet emere; quod lucrum est, habere? — *D.* Vt damnum sit: iure in privato meo feci. — *D.* Dividite, P. C., ubi scelus facere non liceat; iam non de facto; sed de loco quaeritur. Vbi autem non divitem privatum est? aut nusquam contra ius licet, aut in privato omnia: furta igitur, et homicidia. — *D.* Haec longe illis non conveniunt. — *P.* Atqui ista non iure, sed genere differunt.

Violabile) Lege, *volabile*. *Divitem*) Lege, *divitum*.

— *D.* Quid ad me? ultro ad mortem venerunt. — *P.* Nonne venena sparsisti, flores exposuisti? si venenum homini dedisses, dices eum labiis admovisse pocula. In saltu hominem iaculatus es. — *D.* Cedo: interfeci: reddam, si prius, quod raptum est, reddideris: nolo eas quidquam a meo sumere. — *P.* Non in omnibus sumunt; sed in omnibus quaerunt: si semper fallerentur, non semper redirent. Discerne, ubi desit, et restituam. — *D.* Quod videre nequeo, ibi intelligere queo: vacua venit, onusta abit; aut a rapina cohibe, aut raptum redde. — *P.* Recte: reddam; tu, quantum rapuerint, discerne. — *D.* Quanto difficilius diffiniri, tanto difficilius reddi: tamen redde. — *P.* Habet ne aliqua lex, P. C., ut reddatur, quod non novit, quid, vel quantum, vel quod nomen habeat? — *D.* Habet ne aliquod ius, ut, quod proprium est, quod servare, et servire potest, quod ab invito rapitur, non reddatur? — *P.* Totum mundum in controversiam vocatis, o iudices, si apium labores inter iniurias reputatis. — *D.* Omnes leges in labem trutidis, iudices, si res proprias dominicae subtrahitis, alienae voluntati subditis. — *P.* Quid haeretis, iudices? aut iudicate, aut conquerenti reddite.

Dices) *Diceres* legendum. *Trutidis*) Pro *truditis*.

ODII POTIO.

ARGVMENTVM.

Meretrix amatori dedit odii potionem. Accusat eam pauper veneficii.

Pauper. Id primum, Patres C., considerate: meretricem accuso: sceleris fidem personae conditio implet. — *Meretrix.* Rei male confidit, qui ex votibulo invidiam quaerit: sed quid agam, iudices? si moribus nomen absolvero, timeo, ne amare rursus pauper incipiat. Vos vos perpendite, quae ad me matrona, quis pater conquestus sit. — *P.* Primum amare coepit, in amorem coëgit. — *M.* Non amavi, sed passa sum: non coëgi, sed incidisti. — *P.* Quum meretricis sit, quod amator odi; cuius esse putatis, quod pauper amavi? — *M.* Qua spe tandem? quae praeda de paupere? — *P.* Deinde odio habuit. — *M.* Quod odium meretricis in amatorem? quam impatiens est, P. C., utrumque accusat, et quod amarit, et quod desierit. — *P.* Odii potionem dedit. — *M.* Pro te stat, ut amare desieris. — *P.* Contra me stat, ut invitus oderim. — *M.* Tunc tota civitate meretricis eras amicus. — *P.* Quid interest? nunc tota meretricis sum inimicus. — *M.* Bene merui, quod a miseria explicitus es. — *P.* Non habet gratiam, quod praevaricatione actum est. — *M.* Tui caritate effectum est: non potest meretrix magis amare aliquem, quam quem amare non vult. — *P.* Nemo odium dat, nisi illi, quem oderit. — *M.* Odium nominat: atqui amat profecto, qui queritur, quod non ametur. — *P.* Non queror, quod amare desii; sed illi-

Votibulo) Lege, *vocabulo*.

citum hausi. — *M.* Atqui non erat odii potio; sed insa niae remedium non habuit, quod perderet, nisi mentem — *P.* Immodice dicuntur solae, quae non licent: ut ir furorem amor convalescat, difficultate sit. — *M.* Quae difficultas maior? turbam divitum exspectas; nec deprehendere, nec deprehendi audes: et, quum admitteris supplicare, non percipere potes. Fidem veram, iudices! pauperes impatientius amant. — *P.* Si succurrere voluisti, cur indulsisti, fovisti? — *M.* Coepi, sed facultas ardorem augebat. — *P.* Cur non exclusisti? — *M.* Et hoc quidem; sed vigiliis, precibus, lacrymis praevaluisti. — *P.* Exspectares, donec fame et inopia castigarer. — *M.* At inter haec coepisti. — *P.* Saltem propinqui et amici correxissent. — *M.* Si aliqui essent, illi te ante nostram potionem vinclis tenuissent. Indignaris, quod te malui remedio, quam dolore sanari? et leviter, et necessario explicitus es. — *P.* Scitis, quomodo, o iudices! Nunc, nunc me sanandum fateor: habet aliquod solatium, quisquis in amore miser est. — *M.* Si odis, cur amare intendis? si amas, cur accusas? — *P.* Mallem neutrum agere, utrumque posse. Ego odium accepi, arbitrium perdidi: non possum amare coniugem, non liberos. — *M.* Non amorem, sed quod amasti: non voluptatem, sed tormenta perdidisti: si nescis, illud odium in meretricem facinus est, quo utitur in sui caritatem: contra me dedi: pro illis igitur steti. — *P.* Cur non statim amaturo dedisti? — *M.* Quia non statim amans insanisti. — *P.* O quantum facinus, iudices! amorem mundo potione tollit. — *M.* O quanta securitas, P. C.! incesti errorem destruit; illicitum furorem arguit. — *P.* Atqui veneficam hoc modo esse, constat. — *M.* Qua constantia? Illa horridos aspectus, haec blandos; illa

Nunc, nunc me) Puto in MS. esse, *hic nunc me.*

faciem inhumanam, haec placidam: omnis huius intentio est, ut aspectum sollicitet, sermone detineat. — *P.* Quid ad me? ego venenum bibi. — *M.* Veneficium vel morte deprehenditur, ut violentia cruore. — *P.* Mallem cito occidisse: ita malum ordinasti, ut diu paterer. — *M.* Vel membrorum nota, ut invasio ictu. — *P.* Maluissem membra notasset, non animum. — *M.* Meliori parte remedium tuli. — *P.* Tulisses igitur scienti: prima sanitatis est, libenter accipere, non desidio, sed esse aliud incipio: non emendor, sed transferor. — *M.* Non sumpsisses: non potui aliter a non amanda separare. — *P.* Atqui coniunxisti: quid interest, quomodo non liceat oblivisci? — *M.* Qui perosam non obliviscitur, in amore quae, et quanta pateretur! dolor hic saepe egit in laqueos, remedium morti tuli. — *P.* Non habeo gratiam. — *M.* Non exspecto, immodici ardorem fidelem esse statim sanitatem: qui tam ingratus esset, non potuit nisi magno sanari. — *P.* Nimis magna sunt: non possunt totam animam ad unum constringere sensum, nisi omnium membrorum corruptione: ubique anima est. — *M.* Timeo ne levia sint, non intelligemus, te amare dedisse, quum desieris odisse. — *P.* Quis magis odit, quam qui veneficii poenam erigit? — *M.* Quid ait demens? Intelligite, iudices, si mortem meam ferre poterit, ob beneficium supplicium fero: si minus, ob calumniam immeritam. — *P.* Fateor, iudices; nec viventi gratus sum, nec morientem ferre possum.

Ardorem) Malim, *ardori*. — *Dedisse*) Forte, *desisse*. — *Erigit*) An, *exigit*.

AMICI VADES.

ARGVMENTVM.

Duo amici, ex quibus erat mater, peregre profecti, ad tyrannum applicati sunt. Mater cognito, quod filius a tyranno haberetur, flendo oculos amisit. Oblata est a tyrann iuvenibus conditio, ut alterum ad visendam matrem di mitteret ad diem praestitutam reversurum, ita ut nisi a diem occurrisset, de eo, qui restiterat, poena sumeretur et iure iurando adstrictus est. Venit iuvenis in civitaten Mater ex lege detinet, qua parentes in calamitate dese rere non licebat.

Filius. Quum invidiam patiar, P. C., hominis, qui sil non reliquerit, ut amaret et matrem; id tantum a vo bis postulare volo, ne apud vos praesens miseria, quam absens plus possit: utramque praesentem aestimate. — *Mater.* Quum multas calamitates, iudices, timere cae citas edocta sit, id nunquam desperaveram, ne filiu solutus matri succurrere nollet. — *F.* Qui solutus? m nime: amicum enim alligavi: tyranno dii hominesqu invideant: scit ligare amicos: scit tenere dimissos. — *M.* Ad tyrannum ibis, insane, qui te exosum habet qui venientem interficiet? — *F.* Non odit tyrannus hominem, cuius non interest, an alium interficiet: et ta men actum est de rebus humanis, si sola servetur uti litatum fides: probata est amicitiae constantia, si m reversurum occiderit. — *M.* Itane intra nos duos ill eligendus est? — *F.* Electionem vocare facinus est, ub duobus succurri non potest. — *M.* Attende, stolide, qui interest: inde alligatus, hinc mater exspectat. — *F.* Qu alligatus? immo totum mortalium genus. — *M.* N properes eo, affectum illum mitius tractabit pirata, quo

libentius retentus est. — *F.* Immo gravioribus vinclis opus esse ad bonum amicum dixit. Quid non actum est, ut illum poeniteret? at ille clamabat, lacerate, tamen revertetur. — *M.* Matris calamitatem, saevissime, negligis? — *F.* Minime: quid enim non darem pro luce matris, qui, ut eam viderem, amicum dedi? — *M.* Cur illum adis, nisi si magis diligis? — *F.* Ea est ratio, ne, ubi non prosum, ibi me detineatis. — *M.* Quid pericli est, si, ubi ambo teneantur, unus evadat? — *F.* Audi: ego hunc videor excogitasse colorem, et quod detineor amicitiae vocatur infirmitas. — *M.* Notum est, quam reverti niteris. — *F.* An reverti voluerim, nisi revertor, sciri non poterit. — *M.* Dii boni, quanta spe decidi! in reditu tuo aliquid gaudii speravi, non abiturum intellexi. — *F.* Ego certe altius praecipitor: in reditu meo aliquid a matre famosum exspectabam; me remissuram credebam. — *M.* Non intelligis, crudelissime; pro te oculos amisi. — *F.* At amicus et corpus et animam mihi arbitrium, tibi filium praestitit: tu tuos amisisti, ne posses prodesse: ille suos servavit, ut posset redimere. Vis scire, quid patitur amicus: excaecavit te, quod ego sic tenebar. — *M.* Quid? Nonne in filiis naturae vis caritatis servitutem habemus? — *F.* Ego certe nullos puto nasci affectus: quidquid propinquos invicem ligat, amicitia est, quae omnibus, me iudice, rebus praeferenda et tenenda est. — *M.* Si omnibus et in omnes: hinc liberis, et praecipue in parentes. — *F.* Admirabilior est caritas, in qua propriis coimus viribus: quanto minus in causa, tanto magis in affectu est. Minus ei debetur, qui amat, quod necesse est. — *M.* Amicitia vestra satis hactenus probata est. — *F.* Cetera laudavit prosperitas: nunc, nunc nos ipsa amicitia ten-

Naturae vis) Forte, *n. vi.* — *In affectu*) *In affectum*, MSS. forte, *in effectu.*

tat: si vitae omnia iucunda praestas, amicus otiosa res est. — *M* Quandoquidem his non ago, ego te lege detineo. — *F.* Pessima, P. C., matris causa est, in qua lex plurimum potest. — *M.* Liberi parentes in calamitate non deserant. — *F.* Facinus est hoc homini reverso dici. —*M.* Suis matrem relinquere facinus est. — *F.* Recte pro symbolis, pro lucris, ut facinus sit: relicta mater causam facit relinquendae: tu igitur vale: ego non relinquo, sed remittor. — *M.* Quid miser? nullamne timebis legem, ne relinquar? — *F.* Nullam timuit amicus, ne relinqueretur. — *M.* Quid, perditissime, si in itinere perieris? — *F.* Mater ad diem eat: hoc illi debes, qui me tibi remisit.

VENENVM EFFVSVM.

ARGVMENTVM.

Filium abdicare voluit pater: victus invenit in secreta domus parte venenum terentem: quaesivit, quid esset; cui parasset. Ille respondit, venenum; et se velle mori. Iussit pater bibere: ille effudit: accusatur a patre parricidii.

Pater. Infinito me, iudices, dolore agendum est, qui et filium habere dicor, et invenire non possum; dum torqueor, quod cum protervo vivo, invenio ut veneno moriar: in parricidium a contumacia incidit filius. — *Filius.* Lassatus per diversos miserae mentis aestus: quo enim, P. C., innocentia impellor, in desperationem adducor, ut iam nec vivere, nec mori deceat. Quo deflebo gemitu? sed patri respondere cogor: qua tandem

Me, iudices) Malim, *mihi.*

inventione, pater? — *P.* In secreto inventus es: facinora publicos semper oderunt occursus. — *F.* Quid? mihi alius non vacabat locus; tuae irae, tua fecerunt odia: nec extrinsecus me ferebat populus, nec intrinsecus familia: sed, per Deos immortales, parricidii cur accusas? — *P.* Quia ita videtur. — *F.* Non potest, P. C., videri aliquid suspicatus de parricidio: quid tererem, cui pararem, nesciebat, qui interrogavit: cur accusas? — *P.* Venenum fuisse negare non potuisti. — *F.* Immo nolui: non habet mors spontanea, quo fingat: non habet sana conscientia, quod tegat: cur accusas? — *P.* Parricidii argumentum est venenum habuisse, quum non solum patrem oderis. — *F.* Vt aliquid pro facinore sit, non instrumentis, sed usus probat. Quid si latronem gladio tantum, peregrinantes telis arguam? Etiam non patrem; sed me ipsum odi: cur accusas? — *P.* Oculorum constantia, vultus rigor rei testimonium perhibent. — *F.* Immo voluntati. Indicia sunt haec animi, non operis: adde, si vis; nec manibus trepidavi, nec lingua erravi: integritatis sunt haec omnia: cur accusas? Iam tace; at ego dicam: nemo volet tanquam innocentem filium videri occidere; scit facinus esse in imperio, si innocentia est, quod recusavi; sive tam crudelitatis est, ab invidia criminibus meis defendi. — *P.* Cur igitur trivisti? — *F.* Mori volui. — *P.* Si mori voluisti, cur non peractum est? — *F.* Filium mori volentem paene occidit, quod intervenit, pater. — *P.* Si tibi parasti, cur non bibisti? — *F.* Ea mente desistere volui, quum praeciperes, qua mori volui, quum abdicares. Quisquis etiam dicit mori vel bibere volo, non dicit, moriturus vel bibiturus sum: respondet de animo, non promittit de fato: tam consentaneum est, ut non moriatur, qui velit, quam ut moriatur, qui nolit: et ego quidem volui: quod autem non feci, iubentis est. Nescis, quantum

mihi haesitationis paraveris, quum interroges, dum respondere cogis: iuberi mihi videbar tuum bibere venenum: nec vivere libuit, nec mori. — *P.* Si iussio sola voluntati obstitit, cur aliter mori voluisti? — *F.* Vt accusationi respondeam. — *P.* Hic, hic, iudices, quaerendum est, cur vivere absolutus noluit, qui mori accusatus voluit. — *F.* Quid facerem; P. C.? nec exire a domo licebat, ne viderer agnoscere, et in futurum viderem iurgia tam longa, quam vita. Omnis citra desperationem dolor ira languescit. — *P.* Iam omnia abiecta viceras. — *F.* At patris odium nunquam vincere potui: nunc primum te mihi opposuisti, eo quod victus oderis; patri, quod abdicare non potuit, minus est filius nocens, quam absolutus. Quaecumque nexus accipere naturae, non laxantur diducta; sed pereunt. — *P.* Odium saltem pertulisses. — *F.* Quo modo? si hilaris sum, exaspero; si tristis, offendo: si alloquor, inquieto: si accedo, honoro: si recedo, contemno: qui haec ferre potest, meruit. Odium patris is tamen filius ferre poterit, qui et patrem oderit: non habet alium, quam mortis exitum filius, qui nec abdicari potest, nec conciliari. — *P.* Si ita esset, cur potius hoc mortis genere? — *F.* Quod non placebat querulum, non tumultuosum, non quod invidiam faceret, non etiam intercipi facile posset. — *P.* Cur non subito? quid moraris? quid exspectas? — *F.* Non dissimulo: sed hoc a conscientia habe: innocentiam retractabat: diis se commendabat. — *P.* Cur admovisti testem? — *F.* Tibi omnes favebant, nemo me audiret, nemo comitaretur: illis ex odio filii patris accrescit favor. — *P.* Cur ostium non clausisti? — *F.* Quod alii non parabam: non timet deprehendi, quisquis venenum parat ipse poturus: nescis, pater, nescis; parricidii agis: exclamare hoc loco possum: fieri non potest: patrem mihi abstulisti: non habet pater, unde parricidam fi-

lium credat, nisi quem potuit occidere: nunc quaerendum est, cur potuit fieri. — *P.* Eo quod abdicare volui. — *F.* At qui posse desiisti: non sequitur, pater, ut me tuis accuses criminibus: quas parricidii praemisi notas? nullius sceleris praecessit malignitas: aestimetur, unde facinoris tam subitas induerim causas: fidem non capit, ut tres absolutiones et innocentem et parricidam afficiant: cur, inquam, potuit fieri? — *P.* Quod de testamento aliquid sperabas. — *F.* Quid sperem, P.C., de parricidio meo totiens delatus, totiens paterna conquestione perditus, defendi non poteram, si bibisses tu venenum: finge tamen causas; finge utilitatem: nunc quaerendum est, quomodo fieri potuit. Ministrum non habeo, conscium non invenio: quomodo fieri potuit? — *P.* Sperabas ipse porrigere. — *F.* O quam facilis mihi ad tuos convictus accessus; quomodo, inquam, fieri potuit? — *P.* Quandoque pervenires. — *F.* Esto, venenum certe putabit, quidquid hae porrexerint manus: quomodo fieri potuit? — *P.* Quandoque persuaderes. — *F.* Cedo: atqui omne virus subito corrumpit, aut lenta pra consumit: si primum dedero, statim deprehendor: si secundum, me prae ceteris deferres. Attendite, P. C., attendite, qui mori non deprehendor, non possum, cui parare venenum non possum? Iam silet: iam non sufficit a me depulsum esse scelus, ubi et tibi assignetur: tu ergo cur non effudisti? — *P.* Quod te velle mori non credidi. — *F.* Non credidisti et noluisti, aut non credidisti et voluisti. — *P.* Non credidi et nolui. — *F.* Atqui non credentis et nolentis est, nec effundere, nec offerre: nunc tandem considerandum est, quo affectu haurire praecepisti. — *P.* Vt verum elicerem. — *F.* Immo ut mortem iniiceres. Qui parricidium vocat, quod non bibi;

Corrumpit) Malim, *corripit, aut lenta mora consumit.*

permissurus fuit, si libere voluissem: cur, inquam, praecepisti? — *P.* Quod nocentem credidi. — *F.* Esto: atqui filius innocens amari debet, nocens servari: cur, inquam, praecepisti? — *P.* Vt tentarem, non, ut si biberes, paterer. — *F.* Frustra est, si morior, quaerere utrum occidere volueris: nunquam movebit filius patrem, quod moritur, qui non movit, quod paratus est: cur praecepisti? Iam silet: iam satis, satis habeo: ego dicam; certe ut biberem. Deceptus es pater: vis ut bibam? prohibe, ne faciam: nemo potest uti suo veneno, et alterius animo. Quid faciam, P. C., omnium miserrimus? si vivere volo, proturbat, expellit; si mori, interpellat, exigit: scio, quid faciam: unum autem, pater, deprecor: quidquid egero, miserere, ne iubeas; miserere, ne cogas. Venenum, quod te iubente, bibere non potui: quando tantum occidet, quod bibere iussisti.

INFAMIS IN MATREM.

ARGVMENTVM.

Speciosum filium infamem, tanquam incestum cum matre committeret, pater in secreta domus parte torsit, et tormentis occidit. Interrogat illum mater, quid ex filio compererit: nolentem dicere, malae tractationis accusat.

Mater. Etsi, iudices, callidissimus parricida sic facinus ordinaverit, ut matrem invisam fecerit, sive dissimularet, sive quereretur; matri tamen, in cuius calamitatibus orbitas non summum obtinet locum, id insistendum est, quid tormentis, inquisierit pater. — *Pater.* Debentur quidem, P. C., tristissimae orbitatis mi-

Debentur quidem) Lege, *deberetur.*

sero pudori, ut iam iam taceremus omnes; et post tam prodigiosas rerum sermonumque novitates novissimum malorum esse debuit, quod filium pater occidit; sed quoniam mulier immodici semper affectus super omnia accusatione impetit, veni petiturus a vobis, ne me scientem silentium contentione praestare credatis. — *M.* At illud scienter egisti, unde te malae tractationis arguo. — *P.* Quid? — *M.* Quid per tormenta inquiris? quid morte comperis? — *P.* Non respondes; sed quaeris: non probas; sed ambigis: tu vero cur inquiris? cur in hoc loco quereris? an tumulum nescis? querelas habes, non gemitus, accusationes, non lacrymas, et matre seposita solam agis uxorem: an tumulum nescis? — *M.* Mihi certe vultus sumendus, et ad hunc locum fugiendum, ut intelligatur mihi minime praestari, quod maritus tacet, quod hora stringit. Respondeat saltem accusatus: fateatur iratus: cur peracto scelere modestiae fronte subsistit? Nil agis, callidissime: incestum silentio patris non probatur, nisi si taceat et mater. — *P.* Ego nihil accuso, nihil probo: sufficit, ut taceam: iam post exitum revertor in patrem: tu inquietas, tu insultaris otiosa: tu rursus ad populum miserum rumorem vocas: tu tamen cur plus matre amasti? — *M.* Quod tu plus patre oderas, parum mihi videbar duorum implere affectum, ut et omnia anxia mea in quaestiones ducam: tu primum explica, cur filium occidisti? deinde cetera subiungam. — *P.* Infamis erat. — *M.* Quid? si occisurus eras, cur nutrivisti? cur blanditiis fovisti? cur affectibus securitatem promisisti? an parricidio proditionem adhibuisti? — *P.* Fuimus, quod fuimus, felices parentes, dum rudis arrideret infantia; dum dici poterat, nos filium habere, nec addi formosum: ast ubi

Quod fuimus) Malim, *quo ad fui mus.*

adolevit iuventus, omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est: inde rarus in publico, totus apud matrem. — *M.* Videte, P. C., quid actum sit: nulla puellares annos, nulla rude coniugium respersit infamia: patri simillimum peperi, suo fovi amplexu: suis alui uberibus: ut autem in filio mater possit concupiscere, quod formosus est, oderit oportet, quod filius est: aegrum pietate animum nec deformitas impedit, nec forma auget: ad hoc nefas non forma, sed amentia opus est. Est in filio, nescio quid, quod forma formosius est: si tamen formam accusas, ad naturam referendum est: si odium filii, ad patris infestationem: inde rarus in publico, totus apud matrem. Sed per deos immortales, ab incesto libidines coeperunt: quis unquam a summis incipit? infinitum est, quod debeat autem fecisse filius. Quid, quod hic contraria miscerentur? et ad incestum opus est, ut adametur, et ad filium, ut non adametur: cur filium occidisti? — *P.* Quod rumor eum accusabat. — *M.* Ecce res, cui naturam contra parentes, contra liberos credi debeat. Oro, P. C., oro; cui facilius credendum est, de rumore mendacium, an de matre incestum? — *P.* Omnium sermone damnatus erat. — *M.* Facillimum fuit, ut loqueretur populus, de quo mirabatur patrem suspicari: quis autem fabulae fuerit auctor, ille probat, qui credidit. Cur, inquam, filium occidisti? — *P.* Quod rumori credidi. — *M.* Quo argumento, perdite, credi debeat? Da matri et filio hanc conscientiam: ab utroque venient preces: audebit hoc rogare filius, aut sperabit se impetraturam mater: da rogatum, da concessum esse; coram patre abstinebunt: omnis familiaritas substringetur in publico: utrum velis,

Debeat autem) Forte, *debeat ante*, nam in MSS. erat *ait*, vel *aii*.

Res, cui) Lege, *res, cui contra naturam, contra* etc.

elige: incestum diligens, suspectumque, non erit negligens; deprehendetur. — *P.* Non dixi, debui; sed credidi. — *M.* Sed nec credidisti. Vis quid de rumore ipse senseris, breviter probem? Da bonum patrem; dicturam me putet, non credet? non: imo nesciet esse rumorem: prope est incesto, timere ne fiat. Da malum: tormentis quaerendum esse putasti: cur filium occidisti? — *P.* Non poteram tot delatoribus aliter respondere: breviter respondi. — *M.* O quam prava responsio! quid, si innocens erat? — *P.* Quid, an innocens, si aliud omnibus liquet? — *M.* Date, P. C., date, verbis, an rebus examinanda est veritas: nunquam reum facient, quae res ipsa absolvit. Cur filium occidisti? — *P.* Quod amabam, non osculis, non infirmitate, non lacrymis; sed viribus, dolore, patientia: erubui malitiae, abstuli infamiae. Nemo filium suum odio occidit: maioris affectus est filium occidere, quam vindicare. — *M.* Quidquid dicis matri? amavi: quid pater? occidi; mors et amor non conveniunt: nefas est utrumque filio debere: cur filium occidisti? — *P.* Vis scire breviter? quod non poterat ei, nisi morte succurri: vis aliud? ne se ipsum occideret: si non sufficit; quod in filium patri vitae necisque arbitrium commissum est. — *M.* Esto: sed per fidem paternitatis oro; cur ipse occidisti? — *P.* Pars secreti fuit, ut ipse occiderem. — *M.* Dono: cur vero id, quam ipsa morte crudelius est, cur torsisti? — *P.* Vt invenirem, quid crederem. — *M.* Quid? vis scire, quid primum facias? sermones observa; secreta custodi; dies noctesque scrutare: quid tibi, quum, supprimis? Excedit omnem stultitiam, torquere, ut scias, an torquendus sit: incestum iam credas; oportet, ut torqueas. — *P.* Non

Quae res) Lege, *quem res ipsa.*
Erubui) Lege, *eripui.*

Quam ipsa) Forte, *quod ipsa.*

erat maximum facinus a minimis inquirendum: inde incipiendum, unde valeat. — *M.* Omnium, P. C., incertorum suspiciones a corporibus pessime incipiunt; nec recte de moribus illam partem interroges, quae non iudicio, sed dolori respondet: sed fidem hominum! cur torques? incestum si non credis, torquere non debes: si credis, occidere. — *P.* Rumori satisfacere nolui. — *M.* Itane? atqui coram omnibus torquendus est, de quo loquuntur omnes: secretum quaestionis nec incesto debetur filio; nec innocenti praestare debes: aut tibi, si confessus fuerit, aut filio, si pernegaverit. Quid agunt, insane, contra rumorem tormenta secreta? coram omnibus torquere debet, qui vel absolvere, vel occidere agendum esse, qui torquetur in matrem, coram matre torquendus est: cur a causa sua infelix excluditur? adhibe speciosi cruciatibus amantem: si quod facinus admissum est, torquetur filius; sed fatebitur mater. Sed tamen quid audisti? cur non in exclamationem prorumpis? — *P.* Omnis impatientia in parricidio peracta est; in orbitate conticuit: utrumque de filio fieri non potest, ut et occiderim, et accusem: omnia pro filio dixerat, qui dixit, occidi. — *M.* Miseremini, iudices, orbitatis meae; miseremini lacrymarum: non possum non flere, non gemere: hic autem tacet. — *P.* Cavete, P. C., cavete, ne pietatis error vos involvat: me magis miseratio decet: filium et perdidi, et occidi: infelicior ex duobus est, qui et patitur, et fecit, cur patiatur. — *M.* Atqui tu scis, quid egeris, quare effeceris: me vero ignorantia dolori mixta magis confundit. — *P.* O ignorantiam in malis semper feliciorem, quae habet, quod interrogat! me maior impatientiae urit affectus: cur filium occiderim, iudicare non possum; nec poenitet, quod occidi. — *M.* Cur iudicare non potes? cur taces? — *P.* Vt uxori forsitan parcam. — *M.* Non potes uxori vi-

deri parcere, de qua scire, an incesta esset, voluisti. — *P.* Sic ut filio. — *M.* Nec filio parcit, qui, tanquam sciret, occiderit: cur taces? — *P.* Dolore tacere liceat. — *M.* Quis, P. C., non stupeat tam contrarios senis affectus? in rumore tam suspicax, in tormentis tam durus, in parricidio dolore tacere poterit? non habet alium exitum, quam ut respondere nolle videatur, quisquis filium occidit, et probare non potest, quod occidi debuerit. — *P.* Habet certe: ardor enim ille, qui me impegit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est: nullus mihi restat affectus, nisi ut omnia audiam, omnia feram: unde magis admiror, quod mulier pudoris silentium ferre non potest: novumque impatientiae genus quis colligat? queritur de populo, quod loquatur; de patre, quod taceat. — *M.* Nullane mater, P C., adeo infelix erit, ut pro filio suo unum saltem verbum non audiat? nullum maius facinus est, quam in hac causa silentium: si ita silentium est, de maternitate actum est: cur taces? — *P.* Novum, iudices, crimen audite: silentium est, quod accusat: crimen mulier vocat, quod priscis primisque rectoribus prima fuit virtus: quisquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem. — *M.* Quid saltem dixit filius? aliquid mihi loquutus est. — *P.* Ipsius animus potest scire, quid dixerit, qui putat, me habere, quia dicam. Nescis improba: prius est, quaerere, an aliquid dixerit. Quid ait! itane in morte filii tui nihil aliud ad te pertinet, quam quid loquutus sit? — *M.* Omnia certe, sed non omnia prosunt; istud quidem pro me staret. — *P.* Et istud pro me stabit, ut aliquid secreti habeam: si quis te interrogaret, haberes aliquid, quod non publicares. Nullum sine conscientia pectus, nullum sine causis tacendi genus perseveras? quanto melius ipsum adiisses; ipsum communiter mater, rogasses. — *M.* Si affuissem,

diceretur, quod et ego interfecissem. Quid dixit filius? — *P.* Pudet me, quod sola id quaeris: omnibus aliis am liquet: vis scire, quid dixit? nihil dixit. — *M.* Cur nihil dixit? quod non habuit, quod scire vellem; quod scire deberem. — *P.* Quaeris, quare? torquebam, nec interrogabam. — *M.* Non habes hoc dicere: superius torsisti, ut invenires, quid crederes: dic, quid invenisti? dic, quid dixit? — *P.* Vis scire? dixit calamitates incredibiles suis causis relinquendas esse. — *M.* Minime: elige, utinam maius aut tormenta, aut silentium damnes: quod non debet indicari, non debet quaeri: quid dixit? — *P.* Quid, si nefas infandum deprehendi? — *M.* Si ita esset, non esses una morte contentus: modestiam mariti pariter, et patris accipite: de muliere, quae convinci non potest, sufficit sibi, ut incesta credatur: sed quid dixit filius? — *P.* Ille mori voluit, ut taceret: ego non coactus loquar. Nihil agis, mulier: interrogare me ideo diceris, quia scis me omnia pati malle, quam loqui. Adeone parum est, quod filium occidi? ut vel sic taceam, libet mihi ipse mori. — *M.* In meam taces infamiam. — *P.* Itane nunc primum laboras misera de fama? vis tandem scire, quid dixerit? dixit, ut non quaereres; dixit, ut tacerem. — *M.* Minime: sed quid vere dixit. — *P.* Si potes scire, mulier, an mentiar, scis, quid dixerit. Possum fingere: non potes, si nescis, reprehendere. Vis, dicam, quid dixit? omnia dixit: plus, quam interrogarem, dixit: patri maledixit, nil bene matri: vis scire, quid dixit? Noli hic quaerere, quid dixit: eamus ad illum secretum; eamus ad tumulum: ibi quaere: ibi aut pariter tacebimus, aut invicem confitebimur. Possum iam mori: illud tamen supremum a te posco, civitas; a te imploro, uxor, ne tu amplius infamem voces, neve tu amplius, quid dixerit, quaeras. — *M.* Et ego quidem non minus mori et possum-

et debeo : sed prius me apud vos, P. C., quod tamen vixerim, excuso: rea sum, sed aliter: quod supprimis, eius non affui : quem tamen amavi : vivere quidem eo moriente non debui ; sed mori marito tacente non potui. Videte, P. C., omnium matrum miseriam; nec taciturnitatem eius ferre possum, nec efficere, ut loquatur. Me vero si quis interroget, omnes matres liberos suos tanquam adamaverint. Amant, exsultare convenerit, suspicare, quum recesserit: nunquam me ab hac conscientia deflectam. Malo simplicitatem, quae non veretur infamiam: malo affectum nudum, pietatem inconsultam : nunquam fingi poterit incestum, ubi de matre optima. Vnum, P. C., dii deaeque innocentiam veritati, maternae pietati reliquere solatium: torquentem vincit, quisquis occiditur.

Quod tamen) Forte, *quod tamdiu*. *Suspicare*) Lege, *suspirare*.

VOLVMINIS QVINTI FINIS.

TABVLA

RERVM QVAE IN HOC QVINTO VOLVMINE CONTINENTVR.